



Auicenne









Empiastro da ℞ cosse

℞ rosarum
mirtillorum
Nucum cipressi
Balaustiarum } an ℨ m. 1

Boli armeni
Terre sigillate } an ℨ 3 ½

Olei rosati
Cere q. suff.ᵗ et fiat linimentum


Ad idem ℞ Boli armeni
Mortine
Balausti
Rose rose
Noce di cipresso
Cammomilla } an ℨ 3 1

olio rosato — ℨ ij ½
Cere q. suff.ᵗ

Nº2886

Oko

1514
(colophon)
Not 1528 as
in cat.



Flores Auicenne col
lecti super quinqꝫ Canonibus
quos edidit in medicina: nec
nō super decē ꝛ nouē li-
bris de aialibus cū
Canticis eiusdē
ad longū po
sitis.



¶ Michael de capella artium et medicine magister: lectori. S. P. D.



Et si studiose lector multi ex nostris doctoribus in diversis scientiarum generibus via afforistica libros scripsere: pre ceteris tamen peonia ars hoc progressu indiget licet non intellectu ut quamplurime scie phisice difficilis sit: quo tamen ad multa que medico situ digna sunt: et in memoria semper habere non facilem arbitramur: non omnia tamen sed que individuis solum proxima sunt: ad omnium enim comprehensionem humana vita non attingit: ut voluit Arasy zacharie filius cum agebat huius doctrine quantitas vite hominis mensuram multum excedit. Non immerito igitur divus ille Hipocrates medicorum precipuus aliique huius artis ex scriptoribus afforisticos libros scripsere: non veluti omnes artis bases comprehendentes: sed que ceteris utilitate digniores ac memorie magis comendari merentur. nam hoc modo afforistico accumulata ad sententias pernecessarias utilioresque capessendas adiscenti clarum iter prebent. Hinc est quod paucis diebus iam lapsis ad manus nostras opus quoddam floridum quidem nam redolentia magis notatuque digniora ex libro canonum colligens necnon ex decem et nove libris de animalibus quos Aboali abniisceni de medicina edidit: pervenit non minus utile ni fallor quam predictorum auctorum scripta quod mendosum pluribus in locis animadvertens emendare curavi: emendatum (ut non modo mee memorie: verumetiam et multorum consulerem) bibliopole imprimendum dedi.

¶ Incipit tabula presentis operis
Et primo de quinque libris canonum.

¶ Finis tabule.

Incipit opus perutile quod flores Auicenne nuncupatur.



IN primis deo gratias agamus sicut sui ordinis celsitudo et beneficij ipsius multitudo meretur. Cuius misericordie super oēs eius pphetas existunt.

¶ Non est autem bonū vt huius libri plurimū non sit apud vnūquēqꝫ et in eius memoriam qui huius doctrine noīe vocari et per eam lucrari desiderat.

¶ Minus nanqꝫ quod medico necessarium est comprehendit: quod vero super ipsum additum est incomprehensibile est.

¶ Dico ꝙ medicina est sciētia qua humani corporis dispositiones noscūtur ex parte qua sanatur et ab ea remouetur: vt habita sanitas cōseruetur et amissa recuperetur.

¶ Theorica est sciētia ad sciēda principia: vt ꝙ genera febriū sunt tria: et ꝙ cōplexiones sunt nouē.

¶ Practica est scientia ad sciendam operandi qualitatem: vt scꝫ ꝙ in apostematibus calidis in principio competunt repercussiua.

¶ Cūqꝫ dictarū partiū qualitatē scieris iam scientiā scientialem et scientiam operatiuam adeptus eris et si nunꝗ operatus fueris.

¶ Sanitas est habitus aut dispositio ex qua operationes subiecti ipsius sane proueniunt.

¶ Cuiusqꝫ rei sciētia nō acquiritur nec cōpletur cum causas habuerit nisi per sui causas sciatur: debemus in medicina scire sanitatis et egritudinis causas. Et infra. Et accidētia et cōcomitātia essentialia.

¶ Complexio vero est ꝺm alterationem: et forma ꝺm

compositionem.
¶ Post complexiones eueniunt virtutes et compositiones.
¶ Scientiarum nanque particulariũ principia credita recipiũtur: et in alijs scientijs que sunt ante eas ratiocinantur donec scientiarum omniũ principia ad philosophiã primã que metaphisica nũcupatur: eleuẽtur.

¶ De elementis.

¶ Elemẽta sunt corpora et sunt partes prime corporis humani et aliorum que in corpora diuersarum formarum minime diuidi possunt: ex quorum cõmixtione species diuerse generatorum fiunt.
¶ Humidũ licet cito formas figurales amittat: cito tamen eas recipit. Siccum vero licet duriter eas suscipiat: duriter tamẽ eas retinet.
¶ In corpore motor non est nisi anima.

¶ De complexionibus absolute.

¶ Complexio est qualitas que ex actione adinuicem et passione contrariarum qualitatũ in elementis inuentarum prouenit: quorum partes ad tantam paruitatem redacte sunt: vt cuiusque earum plurimũ contangat plurimum alterius.
¶ Medicus phisico credere debet quod equale scilicet ad pondus impossibile est aliquo modo inuenire: et quanto magis vt sit hominis cõplexio aut mẽbri humani.
¶ Accidit autem vt hec equalitas sit iusticialis cum homo eam habuerit vere equali: scilicet põderali valde sit propinquus.
¶ Ponit diuisionẽ octo modorum equalitatis ad iusticiam valde longam. et tu vide.
¶ Vite etenim principiũ sunt cor et spiritus. Et infra. Et vita quidem existit per caliditatem et augmentum per humiditatem: et etiã caliditas in humiditate existit et ab ea nutritur.
¶ Corpus nanque indicũ secundum cõplexionẽ sclaui calefiet aut infirmabitur aut morietur et econuerso.

¶Omne enim indiuiduum debet habere complexio nem sibi propriaȝ solūmodo in qua aliud ei associari est impossibile.

¶Si fuerit locus habitabilis sub equatiōe diei opor tebit ibi habitātes equalitati certe ꝓpinquiores exi- stere ꝙ alicuiꝰ regionum. Et infra. Dispositiones ibi morātium sunt dispositiones nobiles. Post istos qui in quarto morantur climate magis sunt temperati.

¶In glo. Clima est spacium terre bene habitabilis distinctum penes diuersitatē longitudinis diei ex ad ditione hore. nota.

¶Jam nobis affirmatum est ꝙ opiuio que accipit ꝙ excessus ab equalitate est causa propinquitatis solis est falsa.

¶Cutis inter cetera membra certe equalitati: scȝ pō derali propinquior existit.

¶Quod autem in cute magis existit temperatuȝ est cutis manus: ⁊ quod in cute manus temperatius est: est cutis vole: et temperatius eius est quod est super digitos: ⁊ temperatius eius est qđ est super indicem: ⁊ quod est temperatius eius est quod est in pulpa ex- tremitatis eius: ⁊ propter illud est melioris sensibili tatis.

¶Et quod in cute vole etiam magis existit tempera tum est quod in digitoruȝ extremitatibus inuenitur: quapropter extremitates digitoꝝ alioꝝ quasi iudi- ces existūt qualitatum natura tactualium.

¶Res enim que vnius sunt originis: id est generis et in naturis opponuntur vne ab alijs patiūtur: sed ab eo quod ei in qualitate communicat res non pa- titur.

¶Debet enim declinatio iudicis equalis existere ad vnāquāqȝ extremitatum: ideo vt egressum ab equali tate percipiat ⁊ a medietate.

¶Ponit quedam de medicina temperata ⁊ distēpe- ratis medicinis, ⁊ tu vide.

¶ Qñq; etiã vna medicina existit calida cõparatione corporis petri magis q̃ cõparatiõe corporis pauli: ideoq; precipit eis que medicant: vt cũ cõplexionem mutare voluerint ⁊ vnã adhibuerint medicinaȝ que non contulerit ab ea discedant. glosa. ⁊ aliam similis qualitatis: diuersam tamen in forma approximent.
¶ Caliditas maior q̃ debet reddit corpus siccius q̃ opȝ: ⁊ frigiditas humidius humiditate extranea.
¶ Siccitas maior q̃ debet reddit corpus frigidius q̃ oportet. Et sic humiditas vehemẽs siccius q̃ siccitas: ⁊ parua tandẽ reddit corpꝰ frigidiꝰ q̃ oportet.
¶ Tu tñ ex hoc intellige q̄ equalitas ⁊ sanitas magis pertinẽt caliditati q̃ frigiditati.
¶ Medicus autẽ phisico credere debet ſm semitaȝ positionis quod nõ est ei manifestum per se.

¶ De complexionibus membrorum.

¶ Dico q̄ deus donauit animali et cuiq; membro ex complexione quod magis meret: ⁊ quod eiꝰ actionibus ⁊ dispositionibus ſm possibilitatem meliꝰ existit. hoc aũt certificare est phisici ⁊ nõ medici.
¶ Donauit aũt homini complexionẽ temperatiorem q̃ in hoc mundo esse est possibile cũ suarũ virtutum cõuenientia quibus agit ⁊ patitur.
¶ Epar est sicut sanguis congelatus.
¶ Ponit longum ꝓcessum de situ membrorum in cõplexionibus suis diuersis in caliditate humiditate frigiditate ⁊ siccitate. et tu vide.
¶ Qđ in corpe est calidius est spũs ⁊ cor a quo procedit: ⁊ humidius ꝟo quod est in corpore est flegma.
¶ Frigidius quod in corpore existit est flegma.
¶ Flegma naturale est sanguis qui aliqua cõuersus est conuersione.
¶ Omnis eñ mẽbri complexio naturalis silis existit ei quo nutrit: ⁊ ſm suã accidentalẽ cõplexionẽ similatur ei qđ in ipso superfluit.
¶ Flegmatis eniȝ humectatio est ſm modum made

faciendi: et sanguinis humectatio secundum modum augmentum faciendi in substantia.
¶ Res autem siccior que est in corpore sunt pili: sunt enim ex vapore fumoso qui elevatur.
¶ Os multa nutrit aialia: pili vero nullum aut valde rarum et extraneum: sicut quidam dicunt vespertiliones qui eos digerunt et in eis delectantur.
¶ De complexionibus etatum.
¶ Etates omnes sunt quattuor: scilicet etas adolescendi consistendi minuendi insensibiliter et minuendi cum manifesta virtutis debilitate.
¶ In glo. Etas est dispositio accidentalis complexioni principaliter attributa mensurata periodo temporali.
¶ Desiderium namque non est ex calore sed ex frigiditate ideoque caninus appetitus ex frigiditate sepius contingit.
¶ Quomodo in re augmentum prestare potest quod radicem non valet custodire.
¶ Ponit magnum processum de caliditate pueri et iuvenis. et tu vide.
¶ Humiditas namque augmenti est materia: et materia non per se patitur nec creatur: immo apud operationem virtutis in eam agentis.
¶ Virtus autem agens in corpore est anima aut natura precepto dei: neque agit nisi cum instrumento: et illud est calor innatus.
¶ Puerorum enim istimbre melior est que esse potest in pluribus horis: et in summa ponit quod non advenit eis nocumentum digestionis nisi ex superflua quantitate ciborum et qualitate ordine etc.
¶ Ponit quod ipse est interpres Galieni.
¶ Omnes enim virtutes corporee sunt finite: sicut ratiocinatum est in scientia naturali eius: igitur operatio non semper existit in materiis.
¶ Ponit quod etiam si virtus esset infinita adhuc sequeretur mors naturalis que est naturalis terminus vi-

te. sunt ꝟo ꝛ alij termini abbreuiati: totum tamen di uisio procedit precepto.
¶ Juuentus aũt habet cõplexionem magis equalem complexione pueri.

¶ De humoribus.

¶ Humor est corpus humidum liquidum in quod in primis nutriens conuertitur.
¶ Ponit modum ꝛ essentiã humiditatuꝫ secundarũ. et tu vide.
¶ Ponit longum tractatum de materia humorum. et tu vide.
¶ Sanguis naturalis est cuius color est rubeus ma lo carens odore ꝛ dulcis in sapore.
¶ Flegma naturale est quod est aptũ vt in aliquo tp̃e fiat sanguis: qm̃ est sanguis non plene coctus.
¶ Omnis ꝟo salsuginis causa est quod est vt aquose humiditati paucis saporis aut priuate eo terree partes aduste complexionũ siccarum aut saporis amari equali tẽperamento misceantur. Si enim multe fuerint amarus sapor prouenit: ex hac quidem fiunt sales ꝛ aque salse.
¶ Colera naturalis est spuma sanguinis: cuius color est rubeus clarus ꝛ est leuis acuta: ꝛ quãto magis acuta fuerit erit eius rubedo maior.
¶ Sepe accidit colica causa opillationis q̃ fit ĩ foramine quod a felle descẽdit ad intestina.
¶ Colera prassina ex vitellina generatur: et zinaria i. eruginosa fit ex prassina per vlteriorẽ adustionem. Calor nãqꝫ in humido corpore in primis nigredinem efficit: ꝛ eius contrarto albedinem. Et frigiditas in humido albedinem operatur et nigredinem in eius contrario.
¶ Hec tamen duo indicia que in prassina ꝛ zinaria indicaui estimatiua sunt indicia.
¶ Colera nigra naturalis est boni sanguinis fex et turbulentia et superfluitas: cuius sapor inter dulce.

dinem & ponticitatem existit.
¶ Omnes humores dicuntur superfluitates in comparatione ad sanguinem.
¶ Unde sit deo oibus meliori factoribus laus.
¶ Et neq habent ypostasim nisi sanguis.
¶ De qualitate humorum.
¶ Nutriēs masticatione aliquam habet digestionē: superficies enim oris superficiei stomachi contigua existit.
¶ Et in hoc quidem auxiliatur saliua acquisita per digestionē in qua cadit calor innatus: ideoq triticum masticatū in maturatione furunculorum & exiturarum operatur: qd non operatur triticū cū aqua tritū: nec illud qd cum aqua coquitur. Et infra. Quia nec primus sapor nec primus odor in eo inuenitur.
¶ Cunq nutriens in primis digeritur fit sua essentia in multis animalium auxilio eius quod bibitur plerunq chilus.
¶ Et est substantia liquida ptisane in spissitudine similis.
¶ Et non facit ipsum penetrare in illas coangustiones scz epatis: nisi melior cōmixtio aque bibite supra illud qd indiget corpus.
¶ Sanguis ab orificijs venarum resudando labitur in membra ex parte diuina.
¶ Efficiens vo co. ru. causa est igneus calor superfluus & proprie in epate: et eius causa materialis est qd de nutrientibus est subtile: calidum: dulce: vnctuosum: & acutum.
¶ Caliditas equalis sanguinem generat: et superfluens co. gignit rubeam multumq superflua melancholiam.
¶ Complexioni enim accidit multotiēs vt sibi cōtrarium generet per accidens.
¶ Ponit tertiam digestionem in venis et quartam in membris.

¶ Motus & res calide sanguinem mouēt & coleram: quies vero flegma forte reddit.

¶ Ipsemet estimationes mouēt humores: sanguinē enim mouet res intueri rubeas.

¶ Quapropter prohibemus illum ex cuius naribus sanguis fluit res splēdorē habētes rubeū aspicere.

¶ Loqui vero cōtra proteruos & deuiātes debēt sapientiarum opifices & nō medici.

¶ De membris.

¶ Membra sunt corpora que ex prima humorum generantur cōmixtione quemadmodū humores ex cibis & cibi ex elementis.

¶ Mēbra simplicia sunt quorum quācūq3 partē sumpseris erit toti cōicans in noīe & diffinitione: sicut caro: os: & hmōi. sed composita sunt quorum quācunq3 partē sumpseris nō erit toti cōicans noīe & diffinitione: vt manus: pulmo: & facies.

¶ Pulmo epar & splen & renes ex sua substātia nullo modo sentiūt: nisi qd de pāniculis supra ea est.

¶ In vnoquoq3 vero mēbro est virtus naturalis qua ei res nutrimenti completur: & hoc est nutrimentū attrahere retinere & assimilare & vnire & superfluitates expellere.

¶ Ponit valde pulchrū processum de mēbris tribuentibus & suscipiētibus principalibus & ortis. & tu vide.

¶ Et phisici quidē sermo cum subtiliter certificatur est veracior: sed medicorum in primis cū attenditur est magis manifestus.

¶ Medico tamē in hoc nō attinet: vt in sequēdo demōstratiua procedat argumentatione.

¶ Si inter os & epar via clauderetur: & os aptū nutrimentū haberet eius actio destrueretur.

¶ Virtus illa ossi naturalis facta est dū eius permāserit complexio.

¶ Cōplexio masculina & feminina speciebus sunt accidentia inseparabilia: & neq3 sunt ex rebus inanima

litatis essentiam indigerentibus.
¶ Mébra que sunt preter adipē ꝛ carnē ex duobus generantur spermatibus: masculoꝝ scꝫ ꝛ mulierum.
¶ Ponit cōparationē duoꝝ spermatū ad cōparatio-nē coaguli ꝛ lactis in cōficiēdo caseum.
¶ Mébra aūt que ex spermate sunt creata cū solutio nem cōtinuitatis patiuntur certa cōtinuitate non re-staurantur: nisi pauca ex eis ꝛ in paucis habitudini-bus ꝛ in etate pueritie: sicut ossa ꝛc. illa vero que ex sanguine sic.
¶ Omniū panniculorum qui sunt in pectore: sicut dia fragmatis venaꝝ ꝛ arteriaꝝ ꝛ pulmonis origo est ex pāniculo interiori qui costas tegit ꝛ mēbroꝝ ꝛ venaꝝ que sunt in vētre pāniculi oriuntur ex syphac qđ inte rius vētris cooperit musculos.
¶ Nullus quidē motus fit nisi per villos: volūtarius vero fit causa villoꝝ qui sunt in musculis.
¶ Attractioni deseruiūt villi qui in longitudine pro-tenduntur: expulsioni que in latitudine: ꝛ retentioni que ex trāsuerso vadunt.
¶ Pōt nanqꝫ digerētis operatio ad id qđ digestū est in potētia sine occursu peruenire. sentiēs vero id qđ sen titur non pōt sentire nisi obuiādo ei scꝫ sensu tactus.
¶ Mébra autē fortia superfluitates suas ad debilia sibi vicina expellūt: sicut cor ad ascellas: cerebrū post auriculas: ꝛ epar ad inguina.

¶ De ossibus ꝛ iuncturis.

¶ Oia ossa corporis sustētaculū sunt ꝛ erectio.
¶ Concauitas vero ossiū minor est cum firmitudo ma-gis est necessaria: et est maior cum plus necessaria est leuitas.

¶ De anathomia cranei.

¶ Figura nanqꝫ rotunda est maioris dimēsionis ea quā recte linee cōprehendunt figure.
¶ Figura rotunda ꝓpter impressiones non patitur: quemadmodū angulos habentes patiuntur.

¶ Dixit quod Galienus est summus medicorum.

¶ De anathomia mandibularum et narium.

¶ Licet enim plurimum aeris qui attrahitur ad pulmonem: magna tamen eius pars ad cerebrum etiam tendit.

¶ De anathomia dentium.

¶ Dentes quidē sunt.xxxij. et quidā tamē postremos quattuor nō habēt: et sunt.xxviij.

¶ Et cōsistentia quidē est circa.xxx.annos.

¶ Nullū preterea ossiū vllo modo sentit preter dentes: et hoc etiam secundum Galienum.

¶ De iuuamento dorsi.

¶ Deus cuius nomen sit benedictum misericorditer egit faciens partem cerebri que est nucha ad inferiora corporis incedere: sicut cannales a fonte.

¶ De iuuamento colli.

¶ Collum fuit creatū propter tracheam arteriam.

¶ Quod enim defertur de fronte leuius esse oportet cū placuerit: vt motus sint secundum sapientie ordinem.

¶ Spondiles colli septē sunt numero.

¶ De anathomia spondilium.

¶ Spondiles pectoris sunt ille cum quibus coste iunguntur: et sunt vndecim habētes alas et vna que alas non habet.

¶ De anathomia spondilium alcatin.

¶ Super alcatin.i.in loco vbi sunt spondiles quinque habētes alas: et sustinēt et deferūt os femoris: et sunt a quibus nerui pedis oriuntur.

¶ De anathomia alhauin.

¶ Ossa alhauini.i.loci qui est post illos spōdiles sunt tria que magis ingeniose sunt coniuncta quam omnes spondiles.

¶ De anathomia alohosos.

¶ Alohosos.i.locus postremus perueniēs vsque ad finē dorsi cōpositus est ex tribus spondilibus cartilaginosis que non habent additamenta.

¶ De anathomia costarum.

¶ Coste sunt tutamentum eius quod instrumētis attractionis aeris ꝛ ex superioribus instrumentorū nutrimenti circundant.

¶ Septem coste superiores create fuerunt continentes: ille vero que existunt in parte instrumentorum nutrimenti create fuerunt: sicut posterius minute. Et infra dicit. Et sunt quinqꝫ ꝛ sunt coste false.

¶ De anathomia thoracis.

¶ Thorax ex septē ossibus est compositus. Et infra. ſm numerū costarū que in eis iunguntur.

¶ De anathomia furcule.

¶ Furcula est os positum super vnāquāqꝫ duarū partium eius quod in thorace est supremum.

¶ De anathomia digitorum.

¶ Pugnū est arma dolorem faciens.

¶ Pollex omniū digitorum iusticia existit.

¶ De anathomia vnguium.

¶ Et vnguis creata fuit ex ossibus leuibus: vt sub eis flecteretur que ipsam percutiunt ne scinderetur.

¶ Et vngues create sunt semꝑ crescētes: ꝓpterea ꝙ sunt apte vt fricentur ꝛ radantur.

¶ De anathomia ossis coxe.

¶ Os coxe maius est quod in corpore existit: quia ipsum est deferens illud quod est supra ipsum: ꝛ mutās illud quod est sub ipso.

¶ De anathomia ossis pedis.

¶ Pes creatus fuit vt sit instrumentū fugiendi.

¶ Pedis vero ossa sunt.xxvi.

¶ Ossa cum cōputata fuerint erunt ducēta ꝛ quadragintaocto preter sisamiā ꝛ preter os quod lābde littere grece assimilatur.

¶ De anathomia neruorꝫ musculorꝫ chordarum ꝛ ligamentorum.

¶ Motus voluntarius membris non completur nisi virtute a cerebro eis mediātibus neruis aduenięte.

¶ Misericorditer egit deus: quia ex ossibus rem ner uo similē extraxerit que cōnexio et ligamentū vocatur et ipsam neruo adiunxit et ex eis recte faciēdo quasi rem vnam effecit.
¶ Membrum ex neruo et ligamēto et eorum villis et carne implente et panniculo cooperiente compositū musculus est.
¶ Cum musculus colligitur: trahitur chorda ad membrum attrahendum: et cū dilatatur laxatur chorda et elongatur membrum.
¶ De anathomia musculorum oculi.
¶ Musculi oculū mouentes sunt sex.
¶ De anothomia musculorum palpebre.
¶ Voluntas enī dei fuit vt instrumēta quanto plus possibile fuerit sint pauciora cum non proueniret impedimentū: quoniam in multiplicatiōe eorum prouenit ex nocumentis illud quod est scitum.
¶ Factoris volūtas est vt operationes suis approximent principijs et causas ad suos eleuet fines temperatiori via et rectiori semita.
¶ De anathomia musculorum mandibularum.
¶ Cerebrum est corpus in vltimo molle.
¶ Et due chorde nascentes ex istis duobus musculis procedunt ex medio eorum et nō ex eorum extremitatibus propter firmitudinem.
¶ De anathomia musculorum capitis.
¶ Unde deus melior oībus factoribus sit benedictus.
¶ De anathomia musculorum pedis.
¶ Oēs igitur corpis musculi sunt quingenti et .xxix.
¶ De sermone vniuersali neruorum.
¶ Neruorum quidem principium est cerebrum.
¶ Ex neruis quidē qui a cerebro egrediuntur non iuuātur membra in sentiēdo et mouēdo: nisi capitis et faciei mēbra et viscerū interiorū. Alia vero mēbra hec iuuamēta nō habent nisi ex neruis nuche.
¶ Plurimi nanque neruorum qui sensum tribuunt ab

anteriori oriuntur cerebri parte q̃ est in essentia mol lior: et plurimi eorum qui motum prebẽt a postremo que est in essentia magis spissa.

¶ De anathomia neruorũ a cerebro egrediẽtiũ.

¶ A cerebro.vij.neruorum paria oriuntur.

¶ Unaqueqꝫ duarum pupillarum cum alter clauditur oculus in videndo fit fortior et clarior: et propter hoc foraminis vue dilatatio augmentatur cũ alter clauditur oculus.

¶ De anathomia neruorum nuche colli.

¶ Nerui ex nucha nascẽtes qui per colli vadũt spondiles octo sunt paria.

¶ De forma arteriarum.

¶ Arteriarũ aũt origo est a sinistro vẽtriculo cordis: qm̃ dexter epati est ꝓpinquior occupatus in attrahendo nutrimentum et exercendo ipsum.

¶ De anathomia arterie venalis.

¶ Transitus nutrimenti venalis est ad cor: et a corde vadit ad pulmonem.

¶ De anathomia adorti descendentis.

¶ Ponit ꝙ in non natis.i.embrionibus aliqua vena manifeste apparet et in completis non.

¶ In mẽbris autem manifestis arteria sub vena non pulsatili submergit̃ vt sit magis cooperta et tecta: et sit vena nõ pulsatilis sicut clypeus ei.

¶ De modo venarum nõ pulsatilium.

¶ Omniũ aũt venarũ quietarũ origo est ab epate.

¶ De anathomia vene porte.

¶ Una pars vene ex sex ramis ad partem stomachi latam tendit ad ipsius superficiem manifestã nutriẽdum occultũ nãqꝫ stomachi.primum nutrimentum qđ est in ipso tangit et ex eo per tactũ nutritur.

¶ De virtutib⁹ ꝯm sermonem vniuersalem.

¶ Uirtutum et operationũ adinuicẽ alie ex alijs cognoscuntur. Omnis em̃ virtus operationis existit initiũ: neqꝫ aliqua operatio ꝓuenit nisi ex virtute.

¶ Medici inueniūt tractatus suos extractos ex ꝓpositionibus sufficiētibus ⁊ nō necessarijs in quibus nō assequūtur nisi id quod ex rebus apparet.

¶ Uirtus nutritiua est illa que nutriens in nutriti conuertit similitudinem: ideo vt per ipsum restaurationem recuperet quod deperditum est vel dissolutum fuit.

¶ Uirtus crescitiua est illa que in totius corporis dyametris addit ſm ꝓportionalitatē naturalem: quatenus ipsum ad augmenti finē producat per illud qđ ipsum ex nutriente ingreditur.

¶ Crescitiua non erit nisi cum illud quod ingreditur plus fuerit eo quod dissoluitur.

¶ Post etatē consistentie nullo modo est crescitiua ⁊ si sit ibi impinguatio: quēadmodum ante consistentiam non est ibi ariditas: ⁊ si sit ibi macredo: lʒ illud longius existat: ⁊ a necessario magis exiens.

¶ In vnoquoqꝫ eñi membro existit virtus ſm eiꝰ cōplexionem que nutrimentum in eius conuertit similitudinem diuersa a virtute que nutrimentuʒ in similitudinem alterius permutat.

¶ De virtutibus ministrantibus.

¶ Expulsiua expellit quod non est cōueniens: aut qđ excedit mensuram: aut ad propria receptacula: aut a nobili ad ignobile: aut a duro ad laxum.

¶ Caliditatis seruitium oībus quattuor virtutibus pro certo est commune.

¶ Frigiditati essentialiter inest vt omnibus sit virtutibus contraria: quoniā omniū virtutum operatiōes per motum existunt.

¶ Frigiditas est paraliticuʒ faciens ⁊ mollificans ⁊ ab omnibus ꝓhibens operationibus.

¶ Et frigus non intrat in seruitium harum virtutuʒ nisi per accidens.

¶ Ponit ꝙ attractio fit a ꝓpria ꝟtute attractiua: vt cū magnes attrahit ferrū aut a vacuo aut a calore.

¶ Quod enim ex rebus durum existit puerorum complexioni non est homogeneum. virtutes igitur digestiue eorum in eo non operantur: nec ipsum recipiunt retentiue: sed cito ipsum expellunt expulsiue. Iuuenum vero complexionibus congruum et ad eos nutriendos conueniens.

¶ De virtutibus aialibus. i. vitalibus.

¶ Quemadmodum ex humorum spissitudine secundum aliquam complexionem substātia generatur spissa que est membrum: ita ex humorum vaporibus et eorum subtilitate secundum aliquam complexionem substantia generatur subtilis que est spiritus.

¶ Licet virtutes animales alicuius membri destruātur: vnum tamē membrū adhuc existit: nisi hec virtus scilicet vitalis in eo fuerit destructa.

¶ Membrū cui accidit mors est nō habēs sensum.

¶ Phisici autē cum aīam dicunt aiam terrenam dicere volūt perfectionē corporis naturalis instrumentalis: et volūt dicere principiū oīs virtutis ex quamet ipsi motus proueniūt et operationes diuerse.

¶ De virtutibus animalibus comprehendentibus.

¶ Sensus cōmunis est illa virtus que omnia sensu percepta recipit: et propter eorum formas patitur que in ipsa copulantur.

¶ Fantasia virtus est illa que eas custodit postquam cōiungūtur et retinet eas post sensus absentiam: et recipiēs alia est a custodiente: et eius sedes et operationis principiū est anterior cerebri ventriculus.

¶ Ponit aliam virtutē que imaginatiua vocatur cū imperauit ei virtus estimatiua aīalis: et ipsamet ad suā peruenerit operationem.

¶ Et si virtus rationalis ei imperauerit et reduxerit eam ad id quod sibi prodest vocatur cogitatiua.

¶ Ponit et ista est illa que se exercet in eis que in imaginatione recondita sunt exercitio componendi

et diuidendi et percipit formas: quemadmodum ad eam perueniunt a sensu ⁊ alias formas ab eis diuersas: sicut hominē qui in monte volat smaragdino ⁊ eius sedes est in medio cerebri.
¶ Ponit ꝙ hec virtus est instrumentum virtutis in aīali occulta comprehēsiua: ⁊ est estimatiua qua aīal iudicat ꝙ lupus est inimicus ⁊ filius est dilectus.
¶ Et hoc iudiciū ſm modū existit nō rationalē. Amicitia enī ⁊ inimicitia non sunt sensu percepte: nec de eis iudicat nisi virtus alia. Et licet nō cōprehēsio sit rationalis: est tñ aliqua cōprehēsio rationalis: ⁊ homo plerūq; vtitur ea: sicut aīal nō rationale.
¶ Ponit ꝙ hec scʒ estimatiua differt a cogitatiua vel imaginatiua: qm̄ illius operationes nullū sequit̄ iudiciū: sed istius operationes nō solū iudiciū: sed ⁊ iudicia. Illius enim operationes sunt in sensu et perceptis cōpositionē facere in sensu perceptis iudicare intentiones extra sensum.
¶ Quemadmodū in aīali sensus scʒ cōis est iudicās de formis sensu perceptis: similiter estimatiua est iudicās de intentionibus illaꝝ formaꝝ que ad estimationē perueniūt ⁊ nō ad sensum.
¶ De noībus nō disputemus: sed intētiones ⁊ differētias intelligere debemus.
¶ Et medico quidem non est curandum: vt hanc virtutem sciat.
¶ Medicus enim nō curat nisi de virtutibus ex quibus cum in suis impedimentis acciderit lesio: proueniet egritudo.
¶ Virtus autem conseruatiua ⁊ memorialis est thesaurus eius quod prouenit ad estimatiuā intentionibus in perceptis sensu extra formas eorum sensu perceptas: sicut fantasia est thesaurus eius quod peruenit ad sensum ex formis sensu perceptis: ⁊ eius locus est posterior cerebri ventriculus.
¶ Virtus vero cōprehensiua que est vna de virtutibus

anime comprehensiuis est humana rationalis.
¶ Ponit quod medici hanc virtutē nō considerauerunt propter causam dictam: eorum enim consideratio nō est nisi in operibus trium virtutum: scilicet sensus cōmunis vel fantastice imaginatiue vel cogitatiue et conseruatiue vel memoratiue et immediate habentium propriū organum et instrumentum.

¶ De virtutibus aīalibus motiuis.

¶ In vnoquoque igitur musculo est alia natura scilicet virtutis motiue: et est sequens iudiciū estimatiue a qua prouenit cōmunis sensus.

¶ De operationibus.

¶ Cum desiderium non recte procedit duriter prouenit operatio trāsglutiēdi illud quod nō desiderat. Et caliditatis quidē qualitas et necessitas vacui non attrahunt in primis nisi illud quod est subtile et postea quod est spissum.

¶ Fen secunda. De doctrina cause egritudinis et accidentis.



Causa in libris medicorū est id quod primo est et ex quo prouenit inuentio alicuius dispositionis in corpore humano: aut eius fixionis.
¶ Egritudo est dispositio non naturalis in corpore humano ex qua in operatione essentialiter prouenit nocumentū prouentu primo: et est vt complexio non naturalis: aut compositio nō naturalis: aut natura cōmunis.
¶ Accidens est res que hanc sequitur dispositionem que est nō naturalis: siue sit naturali contraria: sicut dolor in colica: siue nō sit contraria: sicut rubedo multa maxille in peripleumonia.
¶ Colica aliquādo fit alterius causa: vt sincopis aut paralisis aut epilempsie.

¶ De diuisionibus dispositionum corporis humani.

¶ Sanitas est dispositio per quam corpus hominis in sua complexione ꝛ compositione tale existit: vt ex eo operationes sue oẽs ꝓueniant incolumes.
¶ Egritudo est dispositio in corpore hominis huic contraria.
¶ Ponit ꝙ corpora senũ cõualescentiũ ꝛ puerorꝫ nõ sunt sana in vltimo: nec egra in vltimo.
¶ Membra autem officialia sunt operationum instrumenta.

¶ De egritudinibus compositionis.

¶ Ad vltimũ quidẽ egritudinũ tria sunt genera.
¶ Compositionis egritudines quattuor comprehenduntur generibus: scilicet egritudines creature quãtitatis: numeri: ꝛ situs.
¶ Accidit cuidam homini qui vocabatur Nichomachus ꝙ omnia eius mẽbra adeo creuerunt ꝙ se mouere non poterat. In glo. Quem Asclepides medicauit ꝛ sanauit eum.

¶ De egritudinibus solutionis continuitatis.

¶ Ponit ꝙ solutio continuitatis in cute vocatur excoriatio vel scarificatio: ꝛ si est in carne ꝓpinqua ei in qua nondum factum est pus vocatur plaga: sed cũ pus fit ibi vocatur vlcus.
¶ Non omne membrũ in partes separationem tolerat. Cor enĩ non tolerat qꝛ prius accidit mors.
¶ Et solutio quidem continuitatis ꝛ vlceratio ꝛ his similia cum in membro fuerint bone complexionis cito sanantur: ꝛ cũ in mẽbro fuerint male complexionis longo resistunt tempore.

¶ De egritudinibus compositis.

¶ Per egritudines compositas non quaslibet coniunctas egritudines intelligimus: sed egritudines ex quibus oĩbus cũ coniungentur ꝓuenit in eis res que est vna egritudo: ꝛ hec quidem est sicut apostema.
¶ In apostemate quidem omniũ egritudinum gene

ra reperiuntur.
¶ Nullũ namq; accidit apostema nisi ex cōpositionis malitia cum materia.
¶ Nullum enim fit apostema nisi proculdubio continuitas soluatur.
¶ Ponit q mulieribus accidit cum pariunt vt naturaliter euacuentur humores boni.
¶ Materie vero vnde fiunt apostemata sunt.vi.s.hu. quattuor ⁊ aquositas ⁊ ventus.
¶ Declinat enim apostematum esse maxime calidorum aut ad resolutionem: aut ad puris collectionem: aut ad conuertendum in duritiem.
¶ Aquosa autem apostemata sunt sicut ydropisis et rames aquosa. Et ventosa apostemata vt cacesia et inflatio.
¶ Amplius botor sunt sm numerum apostematum.

¶ De rebus q̄ cū egritudinibus numerantur ⁊ sunt egritudines.

¶ Ponit q res que in decoratione ingrediunt extra egritudines existunt: ⁊ tamē cū eis numerant: quarū alie consistunt in pilis: alie in colore: alie in odore: et alie in figura post colorem sicut macies.

¶ De horis egritudinum.

¶ Egritudinū plurime quattuor habēt horas. s. horā principij ⁊ horā augmēti ⁊ horā status ⁊ declinatiōis que vero extra istas sunt de horis sunt sanitatis.
¶ Hora principij est tempus in quo egritudo apparet ⁊ eius similantur dispositiones ⁊ neq; apparet in ea augmentum eius.
¶ Hora augmēti est tp̄s in quo egritudinis manifestatur constrictio. i. grauamē omni hora post horam.
¶ Hora status est hora in qua egritudo i oībus suis partibus sm vnam manet dispositionem.
¶ Hora declinationis est tempus in quo eius apparet diminutio: ⁊ quanto plus procedit eius minoratio magis est manifesta.

¶ Hee quidē hore qñqꝫ attendunt a principio ad finē ⁊ vocātur hore vniuersales: ⁊ qñqꝫ cōsiderant ſm vnūquēqꝫ paroxiſmū ⁊ vocantur particulares.
¶ De ſermone cōplendo diſpoſitionum egritudinum.
¶ Ponit de mente Gali. ꝙ quedā egritudines ſunt manifeſte ſicut que ſenſu apparent: quedā ſunt occulte ſꝫ facile cognoſcibiles ſicut egritudines ſtomachi ⁊ pulmonis: quedā difficile cognoſcūtur ſicut egritudines epatis ⁊ cānaliū pulmonis: q̄dā nō ſunt cōprehenſe niſi cū eſtimatione: vt egritudines que vijs accidunt vrine.
¶ Omne em̄ mēbrum quod alteri aſſociat et proprie cum vnū eoꝝ alteri vicinū debile fuerit ſocij ſui recipit ſuperfluitates ſicut aſelle cordis.
¶ Ponit ꝙ cū ſocietas membroꝝ ꝑuenit ad malitiā ꝙ ex tali egritudine perueniūt patientes ad durabilitatē ⁊ circuitum: vt cū egrotat cerebrū aſſociatur ei ſtomachus.
¶ Corporuꝫ ordines inter ſanitatem ⁊ egritudinem ſunt ſex. ſ. corpus quod eſt in vltimo ſanitatis: ⁊ corpus quod eſt ſanū nō in vltimo: et corpus quod neqꝫ eſt ſanū nec egrum ſicut dicūt: ⁊ corpus egrotatiuum quod egritudinem cito recipit: ⁊ corpus egri qui paruam habet egritudinem: ⁊ corpus egri qui multam habet egritudinem.
¶ Sanatiua egritudo eſt que non prohibet quin mediceturvt debet: non ſanatiua eſt ecōuerſo. Una egritudo eſt aliquando alterius egritudinis medicamentum ſicut ex quartana aliqñ ſanatur epilepſia podagra varices ⁊ articuloꝝum dolores.
¶ Ani venarum apertio omnibus confert melācholicis egritudinibus ⁊ dolori ſcie renū ⁊ matricis.
¶ Quedā egritudines de vno ad aliū tranſeunt: ſicut lepra ſcabies variola febris peſtilētialis ⁊ apoſtemata putrida: ⁊ maxime cū domus ſtricte fuerint obtal-

mia congelatio dentiū ex imaginatione ptisis ⁊ albaras. Quedā egritudines in semine hereditātur sicut albaras alba tynia naturalis podagra ptisis ⁊ lepra.
¶ Debes autē scire ꝙ membrorū debilitas cōplexionis sequit̃ malitiā ⁊ solutionē fabricationis.

¶ Verbum vniuersale de causis.

¶ Cause dispositionum corpoꝝ sunt tres. s. primitiue antecedentes ⁊ coniuncte.

¶ Cause antecedētes sunt cause corporales. s. humorales aut cōplexionales aut compositionales ex quibus aduenit dispositio nō primo aduentu sed aliquo mediante.

¶ Cause cōiūcte sunt cause corpales ex q̄bus dispositiones ꝓueniūt aduentu primo. s. absq; medio.

¶ Cause primitiue sunt cause nō corporales ex q̄bus ꝓueniūt dispositiones aduētu primo ⁊ nō primo.

¶ Omnes cause aut sunt s̄m essentiam sicut piper cū calefacit. Aut sunt cause s̄m accidēs sicut aq̄ frigida.

¶ Ponit ꝙ ad actionem tria sunt necessaria. s. fortitudo agentis: preparatio patientis: et tempus.

¶ De affectione aeris qui circūdat corpora.

¶ Aer est elementum nostrorum corporum ⁊ spirituum: et preter hoc quod est elementum nostrorū corporum et spirituum est etiam emanatio nostris adueniens spiritibus ⁊ est causa meliorationis eorum: non tantum sicut elementum sed etiam sicut faciens scilicet temperans.

¶ Et aer quidē dum est tēperatus ⁊ clarus nec substātia extranea complexioni spiritus cōtraria admiscetur ei est sanitatem efficiens et ipsam conseruans: et cum mutatur contrarium operatur.

¶ Aeri accidūt mutationes naturales ⁊ non naturales ⁊ cursum egrediētes naturalem ei contrarie.

¶ De naturis temporum.

¶ Quattuor nāq; tempora s̄m astrologos sunt mutationes solis in vnaquaq; quarta circuli signoꝝ a pun

cto incipientes vernali.
¶ Scdm medicos ver in terris temperatis est tempus in quo non tm sunt necessarie res calefacientes ppter frigus vt inde sit multu curandu: nec euentatio propter calorem: & in ipso quidem est principium frondendi arbores.
¶ Unuquodq duoru tepor. s. veris & autuni est magis breue sm medicos q estatis & hyemis.
¶ Et videtur q ver sit tps floru & initij pomorum. Et autunus tepus mutationis coloris folior & principij casus eorum. & quod est pter istud est hyems & estas.
¶ Et videtur q veris coplexio sit temperata: nec est sicut quida estimat calida & humida.
¶ In estate lume existit magis splendidum: licet spacium quod est a nostro loco ad locum solis est longius cum circa suum existit augem.
¶ Cu tu calefeceris aqua & volueris ipsam coagulare citius congelabitur q frigida.
¶ Corpora no tantu sentiut ex frigiditate veris quatu autuni: eo q in vere sunt exeunta a frigiditate ad caliditatem consueta in frigore & in autuno sunt ad hec contraria.
¶ Ponit in hoc caplo magnum pcessum quo ver sit teperatu in qualitatibus suis & autumnus non.
¶ De iudicijs tepor & cor mutationibus.
¶ Omne tempus qd coplexione habet sana pportionale est ei coueniens: sed qui malitiam coplexionis hz proportionale diuersificatur ab eo.
¶ Ex complexionibus aeris dignior vt couertatur ad putrefactione est calidi & humidi aeris coplexio.
¶ Plurimum accidunt aeris mutationes in locis diuersorum situum et in profunditatibus vallium: sz in collibus & in altis pauce proprie existunt.
¶ Annus pterea in quo oia eius tpa sm vna eueniunt qualitate est malus. Et infra. Unu naq tps multu commouet egritudinem sibi proportionalem quantoma

gis totus annus.
¶ Et si ver pluuiosum fuerit ⁊ estas nō absq̧ pluuia fuerit istud est qđ sanius esse potest.
¶ De aere bono.
¶ Cum in aere acciderit putredo cōis discoopertus erit tnuc ipsam recipiens ꝙ cōstrictus ⁊ occultatus. Aliter vero discoopertus melior existit.
¶ Ex dispositionibus quidem temporū sanior est vt existant ꝰm suam naturam: quoniam eorum mutationes afferunt egritudines.
¶ De mutatione qualitatum aeris.
¶ Aer calidus dissoluit ⁊ laxat. Et infra. Multū efficit sudorē ⁊ minuit vrinā digestionē debilitat ⁊ sitim facit. Frigidus vero cōstringit ⁊ reliqua facit ꝯtria.
¶ Aer vero humidus cutē lenit ⁊ corpus humectat. Et siccus exiccat cutem ⁊ denigrat corpus.
¶ Aer turbatus tristificat aīam et cōmiscet hūores.
¶ Omne tempus quod prouenit ꝰm qđ debet iudicia habet propria.
¶ In vere quoq̧ egritudines cōmouentur cronice. facit enim humores quietos currere et eliquat eos. Ideoq̧ melancholiā patientibus melancholia commouetur.
¶ Ver efficit vt ille in quo multitudo exuberat humorum in hyeme ꝓpter ipsius gulositatē ⁊ exercitij paucitatem egritudinibus sit aptus qui ex illis cōmouentur materijs.
¶ Nulla res est que ita tueatur ab egritudinibus veris: sicut flobothomia ⁊ diminutio comedēdi ⁊ augmētū bibēdi ⁊ debilitatio potus inebriātis. i. ipsius temperamentū. i. comestio. Senibus nocet hyems.
¶ Ponit ꝙ estas abbreuiat tēpora egritudinū si virtus egri fortis fuerit: si vero debilis fuerit calor aeris ei addet debilitatem ⁊ morietur eger.
¶ Cumq̧ estas fuerit meridionalis multiplicabūtur in ea mortalitates ⁊ egritudines variole ⁊ morbili.

¶ Estas adurit humores & autumnus facit ex eis cinerem.

¶ Amplius autūnus est sicut nutritor reliquarum egritudinum estatis: & melior est magis humidus & pluuiosus: & deterior est ille qui est siccus.

¶ De iudicijs & dispositionibus anni.

¶ Hyems que est frigida & pluuiosa ardorem efficit vrine.

¶ Amplius mortalitas corrumpit arbores & vegetabilia: ideoqꝫ corrūpuntur ex animalibus que ea comedunt: & ideo hoīes qui eis vescūtur corrūpuntur.

¶ De impressionibus aeris cursui naturali contrarijs.

¶ Ponit φ aer qui nos circundat nō est aer purus & mundus: qꝛ ei nō accideret putrefactio in substantia eius: sed est corpus in substantia sua cōmixtū qđ est aer: sicut dicimus φ aqua maris & lacuū est aqua: & sicut aque potest accidere putrefactio sic & aeri: & maxime accidit ei in postremo estatis & autūmo.

¶ Cū aer putrescit incipit humores putrefacere qui cor circundant: quoniam ad ipsos propinquius accidit φ̄ ad alios.

¶ Ad vltimū aer frigidus sanis magis est cōueniēs φ̄ aer multe caliditatis.

¶ De locis habitabilibus calidis.

¶ Illis qui in terra nigrorum habitāt: scꝫ in ethiopia aduenit seniū in annis. xxx. & eorum corda sunt timida: sed corpora magis leuia.

¶ De locis altis.

¶ In locis altis morantes sunt sani & fortes & labores multū patientes & viuunt diu.

¶ De locis petrosis & discoopertis.

¶ Sunt malorum morū inobediētes & est in eis bellorum fortitudo & solertia in artibus & acuitas.

¶ De his que ꝓueniūt a motu & quiete.

¶ Et cū quisqꝫ motuū multū existit infrigidat: ꝓpter

ea q vehementer calorē resoluit naturalem et etiam exiccat.
¶Quies vero semper est infrigidans propter priuationē viuificationis caloris et cōstrictionē que est suffocans et humectat propter defectum resolutionis superfluitatum.

¶De his que proueniūt ex somno et vigilijs.

¶Somnus quieti vehementer similis existit et vigilie valde sunt motui similes.
¶Somnus oēs operationes naturales fortes efficit. Et infra. Lassitudinis modos omnes remouet et fortes retinet euacuationes.
¶Qui autem in somno multū sudat nullā habēs causam nutrimēto plenus existit: q ipse tolerare nequit.
¶Cū vigilie sunt multe cōplexionē corrūpūt cerebri aliquo siccitatis modo et debilitent ipm et permiscent rationē: et adurūt humores et egritudines faciunt acutas. Somnus vero multus contrarium facit.
¶Et insomnietas quidem inter vigiliam et somnū est mala in omnibus dispositionibus.
¶In somno oibus mēbris tanta necessaria sunt operimēta qnta in vigilijs nō sunt necessaria.

¶De his qui proueniūt ex motu animali.

¶Oia aīe accidētia sequētur aut eis associantur motiones spūs aut exterius aut interius.
¶Ponit q si motus spirituū fiat subito ad exteriora fit ira: et cū fiunt paulatim fit delitia et gaudium. Si vero motus fit subito ad interiora fit timor: et si paulatim fit tristitia.
¶In verecundia fit prius cōstrictio ad interiora: deinde redit ratio et consilium et egreditur exterius et rubificat colorem.
¶Ponit q imaginationes animales aliquando imprimunt res naturales sicut accidit vt fetus assimiletur ei cuius forma imaginata fuit et aliquādo cōgelatio dentiū accidit cum alius acredinē comedit: et has

res non credunt nisi qui sapientiam diligunt.

¶ De his que comeduntur ꝛ bibuntur.

¶ Quod comeditur ꝛ bibitur in corpore humano tribus operatur modis: aut sui qualitate: aut sui materia: aut tota sui substantia.

¶ Sui qualitate agens est illud quod calefieri solet cũ est in corpore hominis aut infrigidari ꝛ calefacit caliditate sui ꝛ infrigidat sui frigiditate: ita ꝙ non ei assimilatur.

¶ Et sui quidem operãs materia est illud quod a sui cõuertitur natura ꝛ recipit formã alicuius diuisionis membrorum humanorum.

¶ Sui ꝟo substantia operans est forma sui specifica agens que est illa que ipm est id qđ est ꝛ nõ qualitate sui preter ꝙ corpus simile fiat: aut fiat simile corpori. Et infra. Ista forma acquisita est post complexionẽ ꝛ addita super illud qđ habent simplicia. Et infra. Et est verbigratia color vel odor vel anima vel alia forma de non perceptis sensu.

¶ Hec forma specifica qñqꝫ est cõueniens sicut peonie operatio q̃ destruit melãcholiã: qñqꝫ nõ cõueniẽs sicut operatio napelli que hoĩs corrũpit substantiã.

¶ Ponit multos modos rerum talium in potentia. ꝛ tu vide.

¶ Ponit pulchrũ ꝓcessum de his que mutabuntur a corde ꝛ mutant corpus ꝛ de alijs cõbinationibus. et tu vide: q꞉ nõ sunt in forma allegabili.

¶ Totum ꝟo illud qđ nutrit in fine rei naturali mutatione corpus mutat ꝛ est calefacere: qm̃ cũ in sanguinẽ cõuertitur ꝓculdubio in calefaciẽdo augmentum prebet: ita vt lactuce ꝛ cucurbite taliter calefiãt qualiter istud calefacere existit.

¶ Aliqua materia primo mutatur in caliditate ꝛ calefacit: sicut allia. ꝛ alia est que mutatur primo in frigiditate ꝛ infrigidat: sicut lactuce.

¶ Vinũ ouoꝝ vitelli ꝛ aqua carnis ꝓpinquiora sunt

substãtie sanguinis: lõginquiora vero sicut panis ꝛ caro.
¶ Augmẽtũ in q̃titate ex nutriẽte semper est infrigidãs nisi proueniat ex eo putredo ꝛ calefactio.
¶ Ponit multas diuersitates in cibis ex pte subtilitatis nutrimẽti multitudinis ꝛ bonitatis eiusdem.

¶ De dispositionibus aquarum.

¶ Aqua vnum existit elemẽtorum que sola inter oĩa elementa habet proprium vt in eo quod comeditur ꝛ bibitur ingrediatur: non vt nutriat sed q꞉ nutrimẽtũ penetrare facit et eius rectificat.
¶ Corpus simplex non conuertitur ad formam sanguineam recipiendam neqꝫ formam membri humani nisi componatur.
¶ Aque vero que sunt aliis meliores sunt aque fontiũ: neqꝫ tamen omniũ sed fontium terre libere.
¶ Illa tamen aqua que est fontis terre libere melior est petrosa.
¶ Omnis aqua currens soli ꝛ ventis discooperta ex eo quod currẽs nobilitatem acquirit.
¶ Aqua que sup lutũ nõ fetidũ liberum currit melior est ea que sup petras fluit: lutũ eñi mũdat aquã ꝛ aufert ab ea res extraneas ꝛ colat ipsam.
¶ Illa aqua que a locis descendit altis cum aliis bonitatibus est melior.
¶ Ponit multas conditiones bonitatis aquarum. ꝛ tu vide.
¶ Aqua que est leuior in plurimis dispositionum est melior.
¶ Sublimatio ꝛ distillatio aquas malas rectificat.
¶ Aqua cocta sicut testificati sunt sapiẽtes minoris est inflationis ꝛ velocioris descensionis.
¶ In aq̃s autẽ malis si quotidie eas de vno vase in aliud mutares quotidie manifestã videres descẽsionẽ.
¶ Ex aquis vero laudabilibus sunt aque pluuie: ꝛ precipue ille que in estate eueniunt et ex nubibus cum quibus adsunt tonitrua. Et infra. Sed tamen aque

pluuialis cito euenit putredo licz sit melior causa putrescendi humores: et impedit pectus et vocem.
¶ Qꝫ si aqua pluuie ebullierit eiꝰ receptio putrefactionis minuetur: et tunc acetosa comedere confert.
¶ Puteorum vero aque et aqueductuum sunt male cōparatione aquarum fontium: quia sunt ingenio et arte terrestreitate longo recipientes tempore.
¶ Ponit ꝙ aque quibus vie ex plumbo facte fuerūt freouenter ad dissinteriam ducunt.
¶ Manatio aque putei renouatur ꝓpter illud quod de ipsa extrahitur.
¶ Ponit ꝙ aque stantes lacunales precipue discooperte sunt male: et ꝙ ex eis diuerse egritudines adueniunt et in diuersis membris et in diuersis etatibus. et tu vide.
¶ Ponit multas varietates aquarum ex metallis ex niue et glacie ex salsis aquis ex caliditate et frigiditate actuali et tepiditate. et tu vide.
¶ Et ferree quidem aque splenem resoluūt et nō coire valentes adiuuant.

¶ De his que proueniunt ex retentione et euacuatione.

¶ Ponit multas causas retentionis eius quod euacuari debet. et tu vide.
¶ Cūqꝫ retentio eius quod euacuari debet acciderit proueniunt inde egritudines.
¶ Ponit multas causas euacuatiōis eius quod retineri debet. et tu vide.
¶ Cūqꝫ euacuatio eiꝰ quod retineri debet acciderit: ꝓuenit ꝓpter ip̄m cōplexionis frigiditas ꝓpter euacuationē materiei ex qua calor nutrit̄ innatus.
¶ Frigiditas sequit̄ oēm superfluā euacuationem: et siccitas in substantia mēbrorꝫ: lꝫ alicui ipsorum calor acciderit extraneus: et humiditas non bona.
¶ Retentio vero et euacuatio q̄ sunt eq̄les et ī hora qua est necesse conferentes sunt: et vitam conseruantes

sanam.

¶ De causis vero non necessarijs et non impedientibus.

¶ Cepa cum exterius in modnm emplastri ponitur vulnerat: sed interius recepta non vulnerat.

¶ Cerusa cum bibitur vehementer mutat: sed cum extra fit epithima nihil ex hoc operatur.

¶ Ponit causas quare cepa et cerusa predicta predicto modo operentur. et tu vide.

¶ De his que proueniunt a balneatione et fricatione ad solem.

¶ Debes autem scire quod operatio naturalis balnei est calefacere suo aere et humectare sui aqua.

¶ Ponit quod diu morari in balneo exiccat: et parum morari humectat.

¶ Ponit quod cum ingrediuntur balneum ieiunij et vacui exiccat et macrescere facit et debilitat. post saturitatem vero impinguat: sed opillationes facit.

¶ Ponit pulchram doctrinam de balneatione ethici. et tu vide.

¶ Ponit iuuamenta et nocumenta que sequuntur ex diuersitate balneorum secundum quod sunt aque sulphuree et nitrose marine ciner[i]tice salse eree enee aluminose et huiusmodi.

¶ De his que proueniunt ex vsu solis.

¶ Ponit multa iuuamenta et nocumenta que proueniunt ex vsu solis et sepeliri in arena.

¶ In sole autem in vno loco morari est deterius in adurendo cutem quam in ipso ambulare et est plus prohibens resolutionem.

¶ Ponit post hunc locum predictum multa capitula: sed quia in his non repperi dicta multum allegabilia: ideo pertransiui sicco pede.

¶ De causis apostematum.

¶ In dente quoque plerumque fit apostema: quoniam nutrimenti recipit augmentum et infusionem et putrefactionem: ergo recipit apostema.

¶De causis doloris absolute.

¶Dolor est sensibilitas rei contrarie.

¶Omnes vero doloris cause duobus comprehendun tur generibus: scilicet in malitia cõplexionis diuerse et genere solutionis continuitatis.

¶Quoniam dolere non est nisi cõtrarie rei contrarietatem sentire.

¶Malitia enim cõplexionis mansiue nullo modo efficit dolorem nec sentitur. Et infra. Oportet enim vt sentiens ab illo quod sentitur patiatur.

¶Ethicã nõ tantũ sentit inflãmationes quantũ habẽs effimeram aut tertianam: licet ethice calor calore tertiane sit maior.

¶Complexio mala non diuersa non fit mansiua in membro nisi ordinatim.

¶Calidum essentialiter frigidum essentialiter et siccum accidentaliter faciunt dolorem: et humidum vero nullo modo dolorem facit.

¶Ponit opinionem Galie. allegãdo opinionis sue rationẽ. s. quod dolor nõ fiat nisi a solutiõe cõtinuitatis.

¶Certa autem dictio in hoc est vt complexionis mutatio ponatur genus ex quo dolor essentialiter prouenit: licet cum eo continuitatis solutio contingat: huius tamen declaratio in medicina non continetur: sed in sapientia naturali.

¶Amplius dolor est proculdubio cõtrariũ subito impressionẽ sentire: vnde ipse est cõtrarius et dolorẽ faciẽs.

¶De causis cuiuslibet doloris.

¶Mutatio complexionis subito causa existit doloris quẽadmodum solutio continuitatis.

¶Causa vero doloris pulsanti est apostema calidum et non frigidum. frigidum enim quocunque modo fuerit siue durum siue molle dolorem non efficit: nisi in calidum prius conuertatur.

¶De causis sedandi dolorem.

¶Ponit tres modos sedandi dolorẽ. s. aut auferẽdo

causam aut faciẽdo somnũ aut mẽbrũ stupefaciẽdo.
¶ Sedans tamen certum est primum.

¶ De eo quod prouenit ex dolore.

¶ Dolor virtutem dissoluit et membra a suis proprijs operationibus prohibet.
¶ Dolor in primis calefacit mẽbrũ postea infrigidat ꝓpter illud quod resoluit de spiritu et vita.

¶ De causis delitiarum.

¶ Delitiarꝫ cause duo sunt genera. Unũ qđ cõplexionẽ naturalẽ subito reducit ad hoc vt ipa sentiat. Alterũ qđ naturalẽ cõtinuitatẽ subito reducit.
¶ Nulla enĩ res que nõ subito venit sentitur: nec delitie ex ea habentur.
¶ Est nanqꝫ delitia sentire conueniẽs.
¶ Ponit ꝙ q2 sensus tactus est spissior et magis retinens illud qđ recipit: ideo eius sentire cõueniens est maioris delitie et econuerso maioris doloris ꝙ̃ illud quod alijs virtutibus existit proprium.

¶ De causis debilitatis membrorꝫ.

¶ Causa debilitatis aut erit veniẽs super corpus mẽbri: aut super spm̃ qui est virtutis lator qui in mẽbro ministrat: aut super ipsam virtutem.
¶ Dolores spm̃ resoluũt: licꝫ etiã cõplexionẽ ꝑmutẽt.
¶ Ponit ꝙ raritas texture est maxima causa debilitatis virtutis.
¶ Omnes operationes naturales et volũtarie per villos et ipsorꝫ cõplexionẽ complentur.
¶ Ponit ꝙ nulla causa debilitatis est similis fetori et precipue aque et venenosarꝫ virtutũ expansio in aere aut in corpore.
¶ Loc⁹ cerebri ꝓpri⁹ si alt⁹ nõ eẽt res ꝓueniret quã tolerare nõ posset: neqꝫ eius ṽtus cũ ipo remaneret.

¶ De accidentibus et significationibus.

¶ Ponit de mẽte Galie. ꝙ significationes que significant rem presentem soli cõferũt infirmo et que rem preteritã soli medico: quoniã declarãt ipsum in arte

excellentem aut futuram et utriq conferunt.
¶ Omne enim membrum cuius operatio completur est sanum.
¶ Ponit multas et varias differentias in accidentibus et significationibus. et tu vide.
¶ Oportet illum qui egritudines vult cognoscere occultas vt ante anathomie noticiam adeptus sit ad hoc vt per eam scientia substantie cuiusqz membri ei acquiratur.
¶ Cumqz operatio nō ſm naturalē pcesserit cursum que est ei significatur qp virtuti accidit nocumentū et virtutis nocumentū egritudinem sequitur que est in membro in quo est virtus.

¶ De differentia inter egritudines proprias et associatas.

¶ Capitis em̄ ſm plurimū suarum dispositionū sunt egritudines per societatem stomachi: sed illud cōuertere est perparum.

¶ De signis complexionum.

¶ Eorum autē plurimi qui frigide existunt cōplexionis corpora mollia sunt: licet sint macra: quoniā cruditas multa consistit in eis.
¶ Pinguedo em̄ et adeps semper significant frigiditatem et est cum eis laxitas. Et infra. Ipsorum diminutio semper caliditatem significat.
¶ Multitudo capillorū caliditatē significat: et grossities multā fumositatē: et cōtraria econtrario.
¶ Pili preterea in puero multi significant qp ipsius complexio cū crescet ad melancholiā cōuertetur: et in sene significat qp in presenti est melancholicus.
¶ Membrū em̄ cum cito calet absqz difficultate est calide complexionis: quoniā cōuersio in genere proportionali est facilior cōuersione ad contrarium: et si cito infrigidatur res erit econtrario.
¶ Calor nāqz innatus virtutū omniū est instrumentū quo caloris euenientis expellit nocumentum.

¶ Calor nanq; innatus est ille qui humores naturales tuetur ne eis caliditates extranee dominētur. nā cum est fortis potest natura in humoribus ministrare sm modum maturandi ꝛ digerēdi ꝛ custodire eos sm sanitatem.
¶ Calor igitur innatus virtutū omniū est instrumentum: sed frigiditas est eis inconueniens ꝛ non ꝓdest nisi accidentaliter.
¶ Corpus est instrumentum anime.
¶ Cum enim operationes sm naturalē cursum protendunt plene et perfecte significant complexionis equalitatem.
¶ Plures naturaliū operationū deficiūt ꝓpter caliditatē ꝛ augētur ꝓpter frigiditatē: sicut somnus.
¶ Somni nanq; necessitas in vita ꝛ sanitate non est necessitas absoluta: immo ꝓpterea vt spiritus ab impedientibus separetur.
¶ Somni igitur necessitas nō est nisi ex parte alicuius impotētie: ꝛ est exitus a necessitate naturali.

¶ De signis ventositates significantibus.

¶ Et tamē cū in ossibus fiūt ventositates que ossa rūpendo frangūt nō erit dolor nisi sequens puncturam qua os fractū illud qđ est corā ipso frangit.

¶ De signis apostema declarātibus.

¶ Frigidum autem apostema scilicet intrinsecū dolor ꝓculdubio nō comitatur: cuius vniuersalia signa demōstrare est difficile: que si facilia facta fuerint necessario erunt tediosa.

¶ Sermo vniuersalis de pulsu.

¶ Pulsus est motus receptaculoꝝ spūs ex dyastole ꝛ systole cōpositus ad regēdū spm̄ per aerē attractum.
¶ Quisq; pulsus cōpositus est ex duobus motibus et duabus quietibus. Et infra. Necesse ꝟo est vt inter oēs duos cōtrarios motus quies interueniat.
¶ Galienus quoq; dixit. Longo tempore nō fui solitus ex depressione pulsus: postea nō quieui tangēdo

donec ex ea aliquid percepi et postea illud compleui. nam porte pulsus mihi postea aperte fuerunt: qui vero ita studuerit vt ego percipiet illud quod ego consecutus fui.

¶ Licet ita sit: vt dicit Galie. in plurimis tamen dispositionū depressio nō est sensu percepta.

¶ Oportet vt sit experimentū de pulsu temperati nobilis: ita vt alius ei comparatur.

¶ Debes scire q in pulsu reperitur natura musice.

¶ Et ego quidem miror quomodo proportiones iste discerni possunt per tactū: dico tamē q ei est facile qui in gradu tangendi consueuit.

¶ Et pondus quidem est illud in quo proportiones musice cadunt.

¶ De causis specierum pulsus.

¶ Contentiue cause pulsus sunt tres: scilicet virtus vitalis que est in corde mouens pulsum. secūda est instrumentum scilicet vena pulsatilis. tertia est necessitas extinguendi.

¶ De causis contentiuis solūmodo.

¶ Ponit res valde pulchras de causis predictorum pulsuum penes diuersitatē causarum contentiuarum pulsus: quarum narratio valde diffusa foret. quare tu vide.

¶ De pulsu complexionum.

¶ Neque existimes q si calor innatus fortis fuerit quantumcunque sit minuat ex virtute: immo ex eo prouenit in substantia spūs fortitudo et in aīa audacia.

¶ Calor vero complexionis malitiam sequens quāto plus augmentatus fuerit: tanto plus in virtute debilitatem augmentabit.

¶ Et debilitas quidem quā mala complexio frigida hereditare facit maior est ea quā mala complexio calida facit hereditare: quoniam caliditas calori innato magis est conueniens.

¶ Ponit q accidit vni homini vt vnū latus eius sit calidum: et pulsus in eo erit pulsus calide complexio-

nis et alterum latus frigidum: ⁊ erit pulsus frigide complexionis. vnde scitur ꝙ pulsus nõ est ẜm moduz cordis: sed ẜm modum arterie.

¶ De pulsu temporum.

¶ Complexio enĩ diuersa semꝑ deterius efficit nocumentũ ꝙ̃ similis ⁊ equalis lꝫ sit mala.

¶ Autũnus est tẽpus nature vite contrarium.

¶ De pulsu ex cibo ⁊ potu.

¶ Exterius corpori aduenientia ⁊ ipm̃ ingredientia pulsus dispositionẽ mutãt qualitate sui ⁊ quãtitate.

¶ Ex omni grauitate ꝓuenit in pulsu diuersitas.

¶ Ponit ꝙ nulla ex alijs rebus penetrat ad membra citius cum eius compleat calefactio ꝙ̃ vinũ: ⁊ ꝙ tũc eius impedimentũ est magnũ: quia facit deficere naturam ⁊ eius virtutem extinguit anteꝙ̃ ad partitionem, ⁊ distributionẽ ⁊ resolutionẽ perueniat.

¶ Vinũ sua essentia fortes efficit sanos: quia velociter prebet augmentũ in substãtia spiritus.

¶ Galienus dixit ꝙ succus granati calefactos semper fortes efficit: et ydromel infrigidatos semper reddit vigorosos.

¶ De pulsu somni ⁊ vigilie.

¶ Cũqꝫ bene cõsideraueris non inuenies aliq̃d quod calorẽ vehemẽtius intẽdat ꝙ̃ labor ⁊ motus.

¶ De vrina sermone vniuersali.

¶ Dixerunt quidã ꝙ vrina non est post sex horas cõsideranda: q̃m ipsius significatio mutaẗ: ꝙ̃uis ego dicam ꝙ nec post horam vnam.

¶ Obseruandũ est ne sol eã tangat nec ventus.

¶ Amplius vrine puerorum significatio est parua: ⁊ precipue infantium.

¶ Scias ꝙ vrina quãto plus eaꝫ tibi approximas tãto magis spissitudo augmentatur: ⁊ ꝙ̃to plus elõgas augmentatur in ea claritas: ⁊ per hoc differt ab omnibus falsitatibus ⁊c.

¶ Prima significatio quã vrina hꝫ est de dispositiõe

epatis et viarum aquositatis et venarum et eis mediã tibus alias demonstrat egritudines.
¶ Genus tact⁹ et genus saporis proijcimus a significationibus vrine.
¶ In ictricia cum vrina alba fuerit aut pauce rubedinis ictricia in sua dispositione manẽte timetur ex ea ydropisis.
¶ Urina viridis in pueris spasmum significat.
¶ Ad summũ vrina nigra significat aut vehemẽs incẽdium: aut forte frigus: aut mortem: aut caloris naturalis superationem: aut crisim.
¶ Cum in vrina fortis odor fuerit significat caliditatem: et cum in ea fuerit odoris priuatio: aut ei⁹ debilitas significat frigiditatem.
¶ Ad summũ vrina nigra in principio febriũ est periciosa: et siliter in fine quãdo cum ea nõ fuerit alienatio nec significauerit crisim.
¶ Translucentia nãq pro certo non est nisi omnium colorum priuatio.
¶ Album igitur ꝑm intentionem translucentis significat frigiditatem omnino: et est auferẽs digestionis fiduciam.
¶ Et cum in omnibus horis febris alba fuerit vrina: cito in quartanam conuertetur.
¶ Cum vrina rubea est in febribus: deinde subito fit alba significat dissipientiam.
¶ Cum vrina in sanitate perseuerauerit in colore albo significat priuationem digestionis.
¶ Scito autẽ quod possibile est vt vrina sit alba et cõplexio calida aut colerica: aut vrina rubea et cõplexio frigida et flegmatica.
¶ Ponit ꝙ si vrina fuerit multa et luminosa et eius sedimen multum et grossum et eius substantia grossa: tunc est a frigiditate flegmatis: et si fuerit ex eius cõtrario contrarium.
¶ Tinctura rubea ĩ egritudinibus acutis melior est

q̄ aquosa alba.
¶ Digestio in primis magis operatur substantiaz q̄ coloris ꝑmixtionem. Prima nāq; digestiōis oꝑatio est substātiam efficere: deinde ipsam tingere: ⁊ digestio quidā in substātia melior est q̄ in colore.
¶ Urina q̄ aquosa mingit ⁊ aquosa remanet signuz est priuationis maturationis penitus.
¶ De significationib⁹ vrine ex spuma.
¶ Spuma accidit ex humiditate et ventositate ꝓiecta in vrinali cum ꝓiectione vrine.
¶ In vrina opilationes habentium fiunt ampulle multe.
¶ De significationibus ypostasis.
¶ Ypostasis naturalis alba descēdens inferius eius partes cōtinue similes ⁊ equales ⁊ rotundam habens figuram subtilis ⁊ silr̄is ypostasis aque rosate.
¶ Albedo ypostasis erit. qn̄q; nō propter maturationem: ⁊ equalitas nō est nisi ꝓpter maturationē.
¶ Male autem ypostasis incontinuitas melior est q̄ eius continuitas.
¶ Et ypostasis quidem nō queritur nisi in egritudinibus: quoniam in sanitate nō requiritur. Et infra. In venis autem sani non semper oportet esse humorem qui sit excutiendus.
¶ Et in macilentis quidem est sedimē paucum ⁊ proprie qui exercitio vtūtur et artibus se exercent laboriosis: ⁊ nō multiplicatur nisi in corporibus pinguiū ociose viuentium: et sic similiter attendendum est in vrinis egrorum.
¶ Et in nullis quidē vrinis ypostasis ilico cū mingitur descēdit nisi in eis q̄ valde macri sunt.
¶ Ponit q̄ in acutis egritudinibus non semꝑ confidendum est in ypostasi que apparet laudabilis cum fuerit ante horā maturationis nec presentes fuerint eius significationes.
¶ Lenitas ⁊ equalitas in ypostasi laudata est melior

et in nō laudata est deterior.
¶ Si humor fuerit flegmaticus vel melācholicus ea que est vt nubes melior est ea que inferius descendit. significat enim eius subtilitatē nisi causa natatiōis fuerit ventositas.

¶ De significationibus multitudinis et paucitatis vrine.

¶ Urina que pauce existit quātitatis virtutis significat debilitatem.
¶ Urina mali coloris malū significās q̄to plurimā fuerit tātomagis erit salutis initia: ⁊ cum intersecta fuerit plus malitiā significabit sicut nigra ⁊ grossa.
¶ Urine multitudo in acutis egritudinibus cum nō post ipsam aduenit requies est significatio ethice et spasmi ex inflammatione et similiter sudor.

¶ De vrinis etatum.

¶ Infantium vrine ad lactis ꝓprietatē trahūt. Et infra. Ideo declinānt magis ad albedinem.

¶ De vrinis virorum.

¶ In vrinis viroꝛ ilico cum mulieribus cōmiscētur sunt fila adinuicem texta.
¶ Ponit q̄ vrine pregnātium sunt clare ⁊ supra ipsarū sup̄ficiem est nebula: ⁊ q̄n̄qꝫ trahunt ad naturam aque ciceroꝛ et pedū animalium: ⁊ in ipsa est irineus coloꝛ: ⁊ in medio videbitur sicut cottū carpinatū et velut grana que ascendunt ⁊ descendunt.
¶ Parientis vrina ſm plurimū est nigra.

¶ De significationibus egestionis.

¶ Augmentum egestionis scꝫ respectu eius quod comeditur est ꝓpter humorum multitudinem ⁊ paucitas ꝓpter ipsoꝛ paucitatem vel eius longā retentionem vel expulsiue debilitatem.
¶ Ad vltimum v̄o humor melancholicus purus per necans est ſm plurimum ⁊ cum egreditur est significatio mortis.
¶ Que v̄o ex egestione melior est iuncta similiū par-

tiū in qua aquositas siccitati vehementer est annexa ⁊ eius spissitudo est sicut mellis: ⁊ eius exitus est facilis ⁊ nō pūgit: ⁊ eius color attinet citrinitati ⁊ nō est multi fetoris nec priuata fetore ⁊ nō habet gurgulationē nec rugitū nec spumā: ⁊ eius exitus est in hora qua solet ⁊ ſm quantitatē que ei quod comeditur est propinqua quantitate sui.

¶ Fen tertia. De causa sanitatis ⁊ egritudinis ⁊ necessitatis mortis.


Edicina in prima diuisione in duas diuiditur partes: scꝫ partē theoricā ⁊ partē practicā: que tamē omnes sunt scientie speculandi.
¶ Theorica ꝓprie designatur per illud qđ in demōstrando sentētias tm̄ cōfert: ita ꝙ in demōstratione operationis nullo modo auxiliū prebet: sicut in qua res sciūtur cōplexionū ⁊ humorꝝ ⁊ virtutum ⁊c.
¶ Practica ꝓprie per illud quod in demōstrādo operationis ⁊ regiminis qualitatē auxiliatur.
¶ Nec estimes ꝙ pars que dicitur practica sit operatio ⁊ actio: sed est pars que docet nos quomodo sit operandū ⁊ agendum.
¶ Generationis nostrorꝝ corporꝝ due res fuerūt: scꝫ sperma viri cuius essentie certius est qđ tenet locum factoris: ⁊ sperma mulieris ⁊ eius sanguis mēstruus cuius essentie certius est qđ locū tenet materiei.
¶ Corpora nostra duabus nocumentorꝝ spēbus sunt exposita: quarꝝ quecūqꝫ causam habet intrinsecā ⁊ extrinsecam. Prima est humiditatis resolutio ex qua creati fuimus: ⁊ hec ordinate ꝓcedit. ⁊ scđa est humorū putrefactio ⁊ eius corruptio ⁊ eius alteratio vnde fomento vite cōueniens nō est.
¶ Putrefactio in primis corrūpit humiditatē postea ipsam resoluit ⁊ rem siccā dimittit cineritiam.

¶Calor innatus est causa extinguendi semetipsum accidentaliter: quia est causa suiipsius materiã consumẽdi sicut lampadis flamma que extinguitur ꝓpterea ꝙ suam consumit materiam.
¶Cum siccitas ad cõplementũ accidit calor innatus extinguitur ⁊ mors naturalis subsequitur.
¶Corpus nãq; nostrũ stare non facit nisi illud restaurat qđ ex eo dissoluitur ⁊ est nutriens.
¶Et ars quidem sanitatẽ custodiendi nõ est ars que a morte nos securos faciat: nec corpus ab extrinsecis nocumẽtis muniat: nec vnũquodq; corpus ad vltimã vite longitudinẽ perducat ꝙ est ꝓm hoĩem absolute: sed de duabus rebus securitatem prebet putrefactionis penitus ꝓhibitione ⁊ defensione humiditatis ne cito resoluatur.
¶Omnia corpora nõ sunt equalia in fortitudine humiditatis radicalis ⁊ caloris innati radicalis: ideo corpora in his sunt diuersa.
¶Unũquodq; corpus terminũ habet in quo resistat siccitati necessarie complexione sua: ⁊ calore suo innato ⁊ quantitati sue innate humiditatis a quo non remouetur.
¶Ars custodiẽdi sanitatem quasi est illa que corpus humanũ ad naturalẽ perducit terminũ si conuenientia conseruat.
¶Et qꝛ nutriens non fuit simile nutrito in potẽtia: ideo creata fuit virtus immutatiua quatenus nutriẽtia mutet in similitudinem nutritoꝝ in effectu.
¶De regimine lactationis.
¶Oĩbus modis quibus possibile est lac matris infanti ad sugendũ dandũ est: qm̃ est nutriẽs qđ magis simile existit in substãtie nutrientiũ preteritoꝝ scꝫ in vẽtre matris: mẽstrua sunt que cõuertũtur ⁊ fiũt lac.
¶Extremum mamille matris in os infantis ponere valde cõfert ad remouendũ quicquid ei nocet.
¶Bis aut ter in die mamillas sugere debet ei suf-

ficere.
¶ Melius est vt parum mellis ei prius tribuatur: deinde lactetur.
¶ Ex lacte quoq3 qd puer sugit in mane bis aut ter emulgendũ est: deinde mamilla ei tribuenda: ꝛ precipue cum in lacte fuerit macula.
¶ Due res sunt faciende ad hoc vt eius cõplexio fiat fortis: quaꝝ vna est lentus motus: ꝛ altera cõsonãtia musice: et vox cantilene. Et infra. Quoꝝ vnũ est corporis ꝛ alterum anime.
¶ Melius est vt nutrix sit etatis que est inter .xxv. ꝛ xxxv. annos: quoniam hec etas est iuuentutis sanitatis ꝛ complementi.
¶ Omnes eñi iste scilicet male passiones anime corrumpunt complexionem: ꝛ fortasse a lactatione abstinebit: et propter hoc quidam prohibuerunt ne stolida lactet.
¶ Lac super vnguẽ distilletur mulgẽdo qd si fluit est subtile: ꝛ si vnguis inclinetur ꝛ nõ currat est spissum.
¶ Ponit ꝙ vinum dulce aut mustum coctum faciunt sanguinem grossum.
¶ Et mamillas quidẽ blande manibus fricare multum lactis efficit multitudinem.
¶ Ponit ꝙ in eligenda nutrice debet transire a partu naturali ꝛ nõ abortiuo mensis vnus cum dimidio: aut ad minus duo: ꝛ sit ille quẽ peperit masculus.
¶ Neq3 vllo modo aliquis cum ea coeat. Dic eñi sanguinem permiscet menstruũ ꝛ lactis odorem corrumpit ꝛ ipsius minuit quantitatem.
¶ Et si ante lactationem quaq3 vice parũ mellis ad lãbẽdũ detur iuuatiuũ erit: ꝛ si que in prima die ipm lactauerit alia fuerit ꝙ ipsius mater erit melius.
¶ Naturale autem lactandi tempus est duorum annorum.
¶ Postꝙ vo duales apparere inceperint dentes ipe ad nutriens mouendus erit ordinate.

¶ Et cerebro leporis et adipe gallinaceo fricati fit dentium origo facilis.

¶ De egritudinibus que infantibus accidũt.

¶ Intentio de medicandis infantibus est nutricem regere.

¶ Ponit ꝙ mel aut parum terebentine sumptum ad quantitatem ciceris confert constrictioni vẽtris pueroꝛum.

¶ Ponit ꝙ cũ ex succo cannarum recentium ponitur super verticẽ ⁊ super pedes pueri ⁊ cooperitur ꝙ facit sudare.

¶ Bothor vlcerosum ⁊ nigrum est in pueris mortale.

¶ De regimine infantium cum mutantur ad etatem pueritie.

¶ Oportet vt tota intentio sit in meliorando mores pueri ⁊ moderando ipsos.

¶ Quoniam sicut mali mores malitie complexionis speciem sunt sequentes: ita cum ex cõsuetudine acciderint sequitur eos cõplexionis malitia.

¶ Ira nanqꝫ vehementer calefacit: tristitia multum exiccat: ⁊ pigritia virtutes laxat aĩales ⁊ cõplexionẽ ad flegmatis ꝓprietatem inclinat.

¶ In temperamento igitur morũ custodia sanitatis aĩe simul ⁊ corporis consistit.

¶ Et quanto plus possibile est aquã super cibũ bibere nõ est permittendus.

¶ Cum autẽ sex habuerit annos magistro tradẽdus erit qui eũ doceat. Et infra. Nec est cogẽdus in scholis assidue morari.

¶ Neqꝫ vinum erit ei dandum ⁊ proprie cũ fuerit calide complexionis ⁊ humide. Et infra. Sed ipse permittendus est aquam frigidam dulcem limpidã ꝺm desiderium in potu sumere: ⁊ sic donec ad. xiiij. annos perueniat regatur.

¶ Post hanc ꝟo etatem sit regimen eorum regimen sanorum ⁊ conseruatio sanitatis.

¶De regimine adolescētium cōmuni et conseruatione de exercitio.

¶Exercitium est motus voluntarius propter quem anhelitus magnus et frequēs est necessarius.

¶Ponit quod stante bono regimine in reliquis rebus quod siquis vtitur exercitio equali: et in hora sua nullo eorum indiget medicamento que materialibus necessaria sunt egritudinibus.

¶Nullum autem ex nutrientibus que sunt in potentia cum omni totalitate sui ad nutrimentum mutatur in effectu: immo in vnaquaque digestiōe aliqua ex ea superest superfluitas: ad quam euacuandam studet natura.

¶Verūtamen nature euacuatio solummodo nō est completa: immo proculdubio ex superfluitate cuiusque digestionis remanet absterfio et impressio: cumque hoc frequenter fiet et aggregabitur ex eo mēsurā habēs et sic leditur corpus et fient egritudines.

¶Fumi materierum corruptarū et superfluentiū substātie spiritus complexionem corrūpunt.

¶Medicine venenose proculdubio naturam frangunt: nō venenosas autem bibere necessarie laboriosum est: sicut dixit Hipocrates quod medicina purgat et inueterat.

¶Medicine ille cum humore superfluo euacuant ex humiditatibus naturalibus et spiritu qui est vite substantia partem magnam.

¶Exercitium autem relinquens frequenter ethicam incurrit.

¶De speciebus exercitij.

¶Magnam longo tempore efficere vocem est timorosum.

¶Reuolutio in cura illis est cōueniens quos febres debilitauerunt et cōualescentibus. Et cum fit suauiter facit dormire et ventositates dissoluit et commouet desideria.

¶ Cumq; super lectum fiet motus erit co͂ueniẽs ei qui habet emitriteũ ⁊ fe.co͂positas ⁊ flegmaticas ydropisim podagrã egritudines renum: quia hec inundatio materias efficit aptas euulsioni.
¶ In plaustris vehi facie retrouersa visus debilitati ⁊ offuscationi magnũ affert iuuamentum.
¶ In paruis vero nauibus ⁊ magnis fieri confert lepre ydropisi apoplexie frigiditati stomachi et eius inflationi.
¶ Unumquodq; membrũ exercitium habet sibi proprium.
¶ Corporis vero debilis exercitium oportet vt sit debile ⁊ fortis vt sit forte.

¶ De hora incipiendi ⁊ dimittendi. exercitium.

¶ Hora qua inceptio exercitij preparat̃: oportet vt corpus mundũ sit: ⁊ ne in partibus intraneoꝝ ⁊ venarum chimi siluestres et mali existant: quos exercitiũ in corpore diffundat.
¶ Cum forte exercitium necessarium est bonum est ne sit stomachus vehemẽter inanitus: immo sit ĩ paucum nutriens.
¶ Amplius qui exercitat̃ si est plenus melius est q̃ si exercitetur cum est vacuus.
¶ Ponit q͂ quãtitas exercitij tribus mensurat̃ reb⁹: scz calore lenitate ⁊ inflatione membrorum.

¶ De fricatione.

¶ Qd aũt ex fricatione querit̃ est corporum rarorũ inspissatio ⁊ mollium induratio ⁊ spissoꝝ rarificatio et duroꝝ mollificatio.
¶ Ipsa scilicet fricatio pro certo est ac si esset altera pars exercitij.

¶ De balneis ⁊ nominãdis balneis.

¶ Qui impinguari desiderat balneuz post comestionem ingrediatur si securus fuerit ne opilationes sibi accidant.

¶ Qui aũt vult resolutionẽ ꝛ macrefieri balneãdus est dũ est famelicus ꝛ ibi multum moretur.
¶ Qui sanitatem vult conseruare tantum balneuꝫ ingredi debet postꝙ digestum est quod est in stomacho et epate.
¶ Qui febrem habet a balneo se custodiri oportet in hora febris: ꝛ qui solutionem habet continuitatis et apostema.

¶ De regimine eius quod comeditur.

¶ Oportet vt sanitatis conseruator studeat ne cibi ipsius substantia sit aliquod nutrientium medicinalium: sicut olera fructus ꝛ reliqua ab ipsis. Et infra. Sed cib⁹ sit talis quales sunt carnes ꝛ ꝓprie hedoꝝ ꝛ vitulorum lactantium paruoꝝ ꝛ agnorum annualium triticum purgatum ꝛ ex messe sana collectũ res dulces ꝛ vinum bonum odorem bonum habens: alia auteꝫ ab illis non respiciat nisi ꝭm modũ medicationis aut ꝭm preseruationem.
¶ Fructus tñ nutriẽti magis siles sunt fic⁹ ꝛ vue valde mature ꝛ dactili in regionibus ꝛ ciuitatibus in ꝗbus esse consueuerunt.
¶ Oportet preterea ne aliꝗs comedat nisi post desiderium: nec in hoc tardetur cum desiderium habuerit nisi mẽdosum fuerit. Et infra. Qm̃ tolerare famẽ stomachũ putridis replet humoribus.
¶ In hyeme nutriens actu calidum comedat.
¶ Nihil deterius est saturitate in tpe fertilitatis ꝙ fames sequitur in tpe sterilitatis ꝛ econuerso: sed tñ conuersio est deterior.
¶ Vidimus eñi multos quibus in tẽpore sterilitatis cibus deficit: postea cum in tẽpore fertilitatis abundauit repletos fuisse ꝛ mortuos.
¶ Neqꝫ ipse neqꝫ omnes qui sanitatem custodire volunt aliquid comedant: nisi desiderium fuerit certuꝫ ꝛ stomachus ꝛ superiora intestina a primo nutriente euacuata fuerint.

¶ Quod enim in corpore existit deterius est nutriens super nutriens quod non est digestum ponere.
¶ Nunquam necesse est aliquem cibum aut rem cibo similem super alium mittere cibum qui sunt ei sicut medicina.
¶ Amplius paruus motus post comestionem ipsam in stomacho quiescere facit: et proprie cum dormiendi post ipsum voluntas affuerit.
¶ Accidentia preterea anime horribilia et motus corporei fortes digestionem fieri prohibent.
¶ Et in hyeme quidem cibi pauci nutrimenti non sunt edendi sicut olera: sed nutriens quod est ex granis et fortis etiam soliditatis et in estate huius contrarium.
¶ Ex cibo nullus est replendus: sed ab eo est retinendus reliquiis desiderii adhuc in anima remanentibus. Et infra. Omnis deterior comestio est que stomachi facit grauitatem: et deterior potus est qui temperamentum egreditur et in stomacho natat.
¶ Si aliquo die cibus superfluerit sequenti die famelicus maneat et somno vtatur prolixiori: quod si somnus non adiuuerit multo vtatur incessu suauiter in quo non sit requies et parum puri vini bibat.
¶ Ruffus inquit. Incessus hic mihi placet et proprie post prandium: quoniam bonitatem operationis cene preparat.
¶ Post comestionem primo super dextrum latus dormiat pauco tempore: deinde super sinistrum reuoluatur: postea reuoluat se super dextrum.
¶ Pisces et que eis similantur post laboriosum exercitium comedendi non sunt.
¶ Scias etiam quod multis cooperiri pannis et ceruicale eleuare existunt ex illis que in digerendo iuuant.
¶ Amplius qui quantum ei sufficit digere non valet comedendi numerum multiplicet et quantitatem minuat.
¶ Ponit quod quodlibet corpus lapsum vti debet regimine contrario sue discrasie.
¶ Sanitatis conseruator solicictus sit ne illud quod sub

tile est et cito digeritur: post forte nutriens quod sit eo durius in cibo sumat.
¶ Aliquis hoim est in cuius stomacho cibus corrupitur subtilis qui cito digeri solet: et fortis qui tarde solet digeri in ipo digeratur: et hic est cuius stomachus est igneus et alius huic contrarius.
¶ Unusquisq; sm suum vsum est regedus. Et infra. Et vsus sunt res extra rationē: et hoc quidē obseruandū est et oportet vt experimētū in hoc rationē vincat.
¶ Cibus enim qui solet comedi in quo aliquod existit nocumentū cōuenientior est bono nō vsitato.
¶ Unaqueq; preterea figura et cōplexio hoīs cibum habet cōuenientē et cōsimilē ad quē imitandū si voluntas affuerit nocumentū ei faciet et impedimentū.
¶ Ex hoībus quoq; est cui aliquod nutrientiū bonorum et laudabiliū nocet: ipsum igitur relinquere est ei conueniens.
¶ Ille in quo mala digerūtur nutrientia ob hoc non decipiatur: qm̄ post dies in ipo mali generabūtur humores egritudines faciētes pernecantes.
¶ Cōceditur ei in cuius corpore mali habētur humores vt rē bonā largiter comedat: et ꝓprie cum nō patitur ventrē sibi solui ꝓpterea quod est debilis.
¶ Et nihil quidē est deterius ꝙ diuersa nutriētia simul iungere: et post in comedendo tempus ꝓlongare.
¶ Oportet preterea te scire ꝙ nutriens melius est qđ melius sapit. Et infra. Cū bone fuerit substātie et fuerint ipsa principalia mēbra sibi adinuicē cōueniētia et sana: aliter nō erit illud considerandum.
¶ Ex vicibus ꝟo satieratis comestionis melior est vt homo vna die semel: et altera bis: scilicet mane et vespere comedat: sed in hoc vsus vehementer est considerandus.
¶ Qui autē ex hoībus pinguis existit huic quidem semel in die comedere cōueniens.
¶ Ponit ꝙ ilico post comestionē nō ē dormiēdū: nec

forti motu vtendum: nec multa bibenda est aqua que inter ipsum ⁊ stomachi corpus separationem facit: ⁊ ipsum natare faciat.
¶ Et si sitis ei necessitatem fecerit modicū aque frigide sugendo sumat: ⁊ quāto plus fuerit frigida tanto minus ex ea sufficiet.
¶ Sitim tolerare ⁊ cum ea dormire infrigidatis et humectatis confert: ⁊ febres ex colera rubea habētibus nocet ⁊ similiter tolerare famem.
¶ Licet corpora humida cū humiditate naturali abūdātes veloci resolutioni sint apti: nec tātū famis tolerēt q̄tū corpora sicca pauce humiditatis nisi alias humiditates bonas habuerint aptas ad nutriendū.
¶ Vinū quoq; post cibū est ex rebus magis impedientibus digestionē: q̄m digeritur velociter ⁊ penetrat ⁊ facit penetrare cibū nondū digestū ⁊ facit hereditare opilationes ⁊ putrefactiones.
¶ Res vero dulces ad faciēdas opilationes sunt veloces: q̄m natura eas trahit anteq̄ digerantur.
¶ Ponit q̄ qui habet intestina calida ⁊ fortia ⁊ stomachū vacuum melius est vt grossis cibis paulatim premittat: q̄m tūc stomachus a subtili nō terrebitur.
¶ Et potu quidē impleri melius est q̄ impleri cibo.
¶ Et ex eo qđ est leue: scilicet ad soluendū est sumere ex terebētina s̄m q̄titatē duoꝝ vel triū ciceroꝝ.
¶ Nutrienti multo ⁊ superfluo licet accidat vt in stomacho digeratur: raro tamen digeritur in venis: immo in ipsis remanet crudū ⁊ extendit eas ⁊ quādoq; scinduntur.
¶ Nutrientia vero subtilia magis sunt sanitatis cōseruatiua ⁊ virtutem minus iuuāt ⁊ fortitudinē ⁊ grossa sunt istis contraria.
¶ Exercitati vero ⁊ multi laboris magis sunt tolerantes nutrientia grossa. Et infra. Et preparant eos ad egritudines periculosas in fine vite.
¶ Fructus preterea recentes non sunt boni nisi labo

riosis exercitatis co. ru. habūdātibus in estate ⁊ eos ante comestionem comedent: sicut crisomila: mora: melones: persica: ⁊ pruna.
¶ Or si alijs regantur rebus ⁊ non istis erit melius: quoniam est res que sanguinem aquositate implet que in corpore ebullit: sicut succus fructuum: licet ea hora iuuamentū prestet: tamen ipsum ad putrefactionē parat. Et infra. Qui his nutrientibus multū vtuntur febribus sunt apti: licet prius infrigident.
¶ Cum alicuius corpus malis fuerit repletū humoribus cum subtilitate ipsum nutrientibus laudabilibus copiose refice.
¶ Rarus preterea est magis tolerās nutriens grossum ꝙ solidus.
¶ Nutrientia quoqꝫ sicca assidue comedere fortitudinem cadere facit ⁊ colorem corrumpit ⁊ naturam siccat. Ex vnctuoso ꝟo fit ociositas et aufertur desiderium.
¶ Ex acetoso et acuto fit senium ⁊ salsum etiam impedit oculum.
¶ Dulce nutriens rapit natura anteꝙ maturescat et digeratur et corrumpit sanguinem. Famem tolerare quandoqꝫ stomachum replet malis humoribus.
¶ Panis cum suo furfure velocius descendit ꝙ cribellatus.
¶ In tempore quoqꝫ antiquo qui exercitabantur iam fugierunt ab hoc scilicet ad diuersitatem nutrientiū: contenti enim erant solius carnis comestione in mane ⁊ solius panis in cena.
¶ Ius pulli vehementer temperat humorem ⁊ plus ꝙ gallinaꝝ ius: sed in hoc est magis nutriens.
¶ Ex gallinis ꝟo assatis melior est que in ventre hedi aut agni assatur: qm̄ cōseruatur humiditas.
¶ Hedus cum fuerit frigidus erit melior: quia eius quiescit vapor: ⁊ agnus cū est calidus est melior: quia

ipsius malus odor resoluitur.
¶ Amplius scire debes ꝙ panis impedimentū cum nō digeritur est multū: sed carnis impedimentū cum non digeritur est minus hoc.

¶ De regimine aque ⁊ vini.

¶ Et siti quidē mēdosa impeditus scire debet ꝙ dormire ⁊ sitim tolerare ipam sedat: natura em̄ tunc materiam sitim facientem resoluit.
¶ Multam aquam frigidam bibere est malum.
¶ Aqua tepida nauseam facit.
¶ Super cibum vero mali chimi bibere vinum aut anteꝙ digeritur est malū: quoniam facit malū chimū in extrema corporis penetrare: ⁊ similiter super fructus ⁊ ꝑprie melones.
¶ Vinum vero albū ⁊ subtile calefactis est melius: nō em̄ capitis dolorem efficit.
¶ A paruis quidem vinis melius est incipere ꝙ̄ a magnis: super cibum tamē duas briolas aut tres bibere non nocet ei qui consueuit: ⁊ similiter sano post minutionem.
¶ Ponit multa iuuamenta vini. ⁊ tu vide.
¶ Vinum est cibo bonus penetrator.
¶ Et ille quem vinum ex parte sui capitis impedierit minuat ex ipso: et quod est temperatum et clarificatum bibat.
¶ Et scias ꝙ vinum vetus est quasi medicina ⁊ pauci existit nutrimenti: nouū vero impedit epar ⁊ ad epaticam perducit dissinteriam ꝓpter inflationem suam: ⁊ quia calefacit ventrem.
¶ Ex vinis illud est melius quod inter vetustatem et nouitatem est equale: et est clarum et ad rubedinem trahit bonum habens odorem equalis saporis quod neqꝫ est acre neqꝫ dulce.
¶ Ponit quasi modū faciēdi puscam. ⁊ tu vide.
¶ Scias preterea ꝙ vinum mixtū velocius inebriat

ppterea aqueitas penetrat.
¶ Ponit multa nocumenta ex potatione vini in ieiuno ꝛ similiter ex ebrietate.
¶ Amplius sapiens sibi prohibere debet ne ieiunus vinum bibat. Et infra. Frequens enim ebrietas est res mala que epatis ꝛ cerebri complexionem corrūpit et neruos debilitat ꝛ ad neruorum egritudinē perducit ꝛ ad apoplexiā ꝛ ad mortē subitaneam.
¶ Scias magis nocumentum vini non est nisi in cerebro: ex ipso igitur nemo debile cerebrum habēs bibat nisi parum ꝛ mixtum.
¶ Et pueris quidem vinū dare ad bibendum est sicut ignem igni addere in lignis debilibus: sed seni quantum tolerare potest da: et iuuenibus da ipsum temperate.
¶ Ponit aliquas medicinas ad tartandum ebrietatem: et aliquas ad remouendum ipsam: ꝛ aliquas ad faciendam ipsam.
¶ De somno ꝛ vigilijs.
¶ Ponit multa iuuamenta somni: ꝛ tandē dicit est magis proficiens senibus: quoniā in eis humiditatē conseruat ꝛ ipsam eis reducit.
¶ Dicit Galienus. Comedēdo qua nocte olera ex lactucis facta cum aromatibus ex lactucis dormire faciunt et cum aromatibus ad emendandum eoꝝ frigiditatem. Et dixit quia ego sum diligens somnum: nam ego nunc sum senex et confert mihi humiditas quam ipse mihi facit.
¶ Melior quo somnus est ille qui est profundus.
¶ Amplius sup vacuitatē dormire est malū ꝛ virtutem deijciēs et etiā sup repletionē ante a superiori ventre fiat descensio: quoniā non erit profundus sed cum reuolutione de latere ad latus.
¶ In die quo dormire est malum: generat enim egritudines humectantes ꝛ reumatismos ꝛ corrum-

pit colorem: grauat splenem: laxat neruos: efficit pigritiam.
¶ Incipere dormire sup vētrē auxiliū fert satis magnū in dirigendo. Et infra. Resupine autem dormire est malum: ad malas preparans egritudines: sicut apoplexiā frenesim ⁊ incubū: qꝛ superfluitates ad posteriora declinare facit: et per suos cannales nō incedunt sicut nares et pallatum.
¶ De medicatione laxitudinis per se venientis.
¶ Cibi in quo nō est viscositas nec multum nutrimētū est sicut ordeum et spelta.
¶ Vinū albū et subtile est naturam prouocans.
¶ De regimine corporum quorum cōplexiones non sunt bone.
¶ Corpora ista aut sunt quibꝰ superuenit error: aut in creatione male fuerūt impedita. Tribus modis cibꝰ indigestus ad venas trahitur. Unus eorum est quoniam cū cibus fuerit paucus stomachus erit auarus ⁊ contraria erit eius virtus retentiua virtuti epatis attractiue. Secundus modus quoniam multus non bene digeritur in stomacho. Tertius quoniam multus multum venis transmittit nutrimentū quod vene etiam digerere non valent.
¶ De nutriente senum.
¶ Nutriēs senū paulatim est partiendū: et paulatim bis aut ter nutriēdi sunt ꝺm digestionē eoꝝ et fortitudinē et debilitatem: ⁊ comedant in hora scd̄a panem bene coctum cum melle.
¶ Cibi caueant ex quo melācholia ⁊ flegma generet et ab omni calido ⁊ acuto ⁊ desiccatiuo: sicut sunt capares oliue synapis ⁊ eruca piper ⁊ cynamomū: nisi ꝺm semitam medicationis.
¶ Lac ꝟo eis qui bene appetunt ⁊ digerunt confert. Et infra. Quoniam lac nutrit ⁊ humectat.
¶ Ex proprietate lactis afinini est quod non fit ca-

seus et descendit cito et precipue si fuerit cum eo sal ⁊ mel.
¶ Olera autem ⁊ fructus quibus senes vesci debent sunt sicut sicla et apium ⁊ parũ porrorũ que comedere debẽt cõdita cum almuri ⁊ oleo: et ꝓprie in principio comestionis ipsoꝝ: ideo vt eorum naturam mollificando iuuent.
¶ Zinziber miraba id est cõditum est ex medicinis q̃ eis cõferũt: et plurima ex alijs miraba calida: sintq̈ cum quantitate que tñ calefaciant et digerant ⁊ non que corpus siccent.
¶ Ponit aliquas medicinas leues solutiuas ventris senum. ⁊ tu vide.
¶ De vino senum.
¶ Uinum eis melius est vetus rubeum: a nouo autẽ et albo vino sibi caueãt. Et infra. Ab illo qd̓ ex vinis est dulce et opillatiuum sibi caueãt.
¶ De aperiẽdis senũ opillationibus.
¶ In senibus facilior opillationũ est ea que ex vini ꝓuenit potatione.
¶ Si allea et cepas comedere consueuerunt comedant.
¶ Thiriaca athanasia ⁊ amorosia eis cõferunt: ⁊ proprie cũ opillationes acciderint.
¶ Q; si opillatio petrosa fuerit aperiatur ex eo quod est fortius istis: sicut est petrosilinum. et si opillatio fuerit in pulmone aperiatur cum aliquo quod sit sicut ysopus ⁊ capillus veneris ⁊ cassia lignea ⁊ his similia.
¶ De rectificatione cõplexionis superflue caliditatis.
¶ Calidi ꝟo cum humiditate societas nõ durat: quoniam humiditas q̃nq̈ superat caliditatem et extinguit ipsam: et quãdoq̈ caliditas superat humiditatẽ et siccat eam.
¶ Uoluntatẽ se reducendi ad equalitatem habere

possunt ociosi qui suas domuerunt animas ꝺm prolixam tolerantiā in tēpore quo ordinate ad equalitatem redeant: ipsos nanq̄ absq̄ ordine regere pducet eorum corpora ad egritudinem.

¶ De regimine corporum que velociter egritudines incurrunt.

¶ Isti autē ad hoc sunt preparati ꝑpter repletionē sui: ⁊ tunc quidem in ipsis temperanda est humorum ipsorū quantitas. Aut propter humores crudos qui in eis existunt: ⁊ tunc quidem temperanda est humorum ipsorum qualitas et eligendum est eis ex nutriētibus illud quod nutrimentum prebet medium inter multum ⁊ paucum.

¶ De impinguando macrum.

¶ Causarum maciei fortior est siccitas complexiōis et mesaraice et siccitas aeris.

¶ De regimine temporum cum rectificatione aeris.

¶ In veris quidem principio succurrendū est ad minuendum et ad bibendum catartica ꝺm ꝙ necesse est ꝺm consuetudinem.

¶ In estate ꝓo minuatur ex cibis et potibus et exercitio et maneat quietus et extinguentia bibat: ⁊ si poterit vomat et semper in vmbra moretur et in loco cooperto.

¶ In autumno cauendum est a coitu et a potu multe aque frigide. Et infra. A fructibus ꝓo qui sunt in tempore isto sibi caueant ne ex eis multum comedant.

¶ Vinum preterea vehementer debet esse aquatum et non superflue.

¶ Scias quoq̄ ꝙ in multis pluuijs in ipso existit securatio ab ipsius malitia.

¶ Amplius corporibus sanis accidunt raro egritudines in hyeme. Et infra. Impossibile nanq̄ est vt in ipsa accidat egritudo nisi propter magnam cau-

sam.
¶ In pestilentia quoqꝫ necessitas multum aerem attrahendi est minuendum: et hoc quod fit cum ocio et euentatione.
¶ Ponit ꝙ quādo in pestilentia corruptio aeris eleuatur a terra ꝙ tunc conuenit in lectis sedere: et hospitia querere vehementer alta que a ventis rumpūtur. Et si principium corruptionis aeris est ab ipso aere propter illud quod ei aduenit a vicinis partibus aut propter rem celestem cuius qualitas non est hominibus cognita ad domos subterraneas: et que parietibus vndiqꝫ sunt circundate et ad cauernas est fugiendum.
¶ Aceto preterea in cibo ⁊ potu vti in pestilentia est nocumenti ipsius securatio.

¶ De accidentibus que pronosticant egritudines.

¶ Ponit valde pulchrum capitulum et vtile de his que ꝓnosticant egritudines futuras: ideo ipsum fere totum hic ponitur.
¶ Ille cui tremor cordis assidue acciderit de seipso sit solicitus ne subita intercipiatur morte.
¶ Ille cui frequēter accidit incubus ⁊ scothomia de seipso solicitus existat ⁊ humorem euacuet grossum ne ad epilepsiam perueniat ⁊ apoplexiam.
¶ Cum multus in toto corpore fuerit saltus regatur flegmatis euacuatione: ideo ne hoc habens in spasmū incidat ⁊ apoplexiam.
¶ Et similiter cum perdurauerit vt sensus sint turbidi ⁊ motionū adsit debilitas cum repletione.
¶ Cum in membris multotiens acciderit vt sensum amittant regatur cui hoc acciderit cum euacuatione flegmatis ne ad paralisim perueniat.
¶ Cum facies multum salierit cui hoc acciderit regatur purgatione cerebri anteq̄ ad torturam deueniat.

¶ Cum facies vehementer rubuerit et oculus et lachryme fluxerint et lumen effugerit et capitis dolorem habuerit minutione regendus erit: et solutione ventris et similibus ne incidat in frenesim.
¶ Cumque multa absque causa fuerit tristitia et timor regendus erit adusti humoris euacuatione: ne ad melancholiam deueniat.
¶ Facies quoque cū rubet et tumet et fuscitati attinet: et fit hoc perdurans ꝓtendit lepram.
¶ Cum corpus fuerit graue et lassum fit et vene apparuerint minuendum erit antequam vene scissura accidat aut apoplexia aut mors subitanea.
¶ Cum in facie parum tumoris apparet et in palpebris et in extremitatibus dispositioni epatis est succurrendum ne incidat in ydropisim.
¶ Cum stercoris fetor multus fuerit: regimine vtendum erit remouendo a venis putrefactionem antequam ad febres perueniat: vrine tamen significatio est in hoc deterior.
¶ Cumque lassitudinem et fracturam videris time ne febris accidat.
¶ Cum comedendi appetitus cadit aut augmentatur significat egritudinem.
¶ Et ad summum omnis res que de suo mutatur vsu siue fit naturalis: scilicet desiderium vel egestio vel vrina vel sudor: et sic de alijs. siue non naturalis vt emorroidarum fluxus et menstruorum et huiusmodi. siue mutetur ad augmentū siue ad diminutionem pronosticat egritudines.
¶ Quō vsus est sicut natura et ꝓpter hoc nō debet abstinere quis nisi a multū malis que tamē ex eis dimittere debet ordinate dimittat.
¶ Imaginari coram facie sicut cimicus et reliqua cū mansiuū fit et stabile et visus cum hoc debilitatur assidue portendit descensum aque in oculum.
¶ Cum grauitas et punctura in parte dextra perseue-

rauerit epatis significabit egritudinem.
¶ Grauitas ⁊ tensio in inferioribus dorsi ⁊ ilio cum mutatione dispositionis vrine ab vsu nocumentū in renibus ꝓnosticatur.
¶ Stercus nō habens tincturam sicut solebat significat ictericiam.
¶ Cum ardor vrine perseuerat vlcera significat que in vesica accidunt ⁊ virga.
¶ Egestio in ano adustionem faciens pronosticatur dissinteriam.
¶ Desiderij casus cū vomitu ⁊ inflatione ⁊ extremitatum dolor ꝓtendunt colicam.
¶ Pruritus in ano cū parui vermes ibi nō affuerint ꝓnosticat emorroidas.
¶ Multa carbunculoꝝ natiuitas ⁊ nodorū magnum ꝓnosticat apostema.
¶ Serpigo albaras ꝓnosticat nigram. Et morphea alba ꝓnosticat albaras alba. Et morphea nigra pronosticat albaras nigra.

¶ De regimine iter agentium.

¶ Illud de quo plus solicitus esse debet: scilicet iter agens est nutriens ⁊ lassitudo.
¶ Suū vō nutriēs meliorare debet ⁊ facere vt sit bone substautie ⁊ ꝓpinque mensure ⁊ non multe.
¶ Amplius equitare non debet plenus ne eius cibus corrūpatur ⁊ necessitatē habeat bibendi aquā: immo expectare cibū debet vsqꝫ ad horā hospitādi nisi causa necessaria fuerit.
¶ Qꝫ si multū ei necessariū fuerit rem modicā comedat ꝫm modū temperamenti.
¶ Oportet preterea ne eat in vias repletus sanguine aut alio humore scđm: sed corpus suum primū mundificet deinde incedat. Et si fastiditus fuerit famelicus fiat ⁊ dormiat ⁊ fastidiū resoluat: postea in viā pergat.
¶ Eius cibus sit in q̄titate paucus ⁊ multi nutrimē-

ti:olera quoq dimittat ꝛ fructus ꝛ quicquid humorē generat crudū nisi fuerit causa medicationis.

¶ De regendo iter agente in frigore ꝛ congelatione.

¶ Dico ꝙ iter agere in forti frigore est res magni timoris: ꝙplures enim mortui sunt quos frigus interfecit ꝛ pruina.

¶ Cū iter agēs in frigore hospitatur nō ilico se calefacere debet immo paulatim.

¶ Ponit ꝙ in oleo de lilio consistit ꝓprietas tyriace.

¶ Nutriētia q̄ rē frigoris facilē efficiūt sunt in q̇bus multū ponūtur allia nuces sinapis ꝛ assa ꝛ cepe: ꝛ butyrū est eis bonū ꝛ ꝓprie cū post ipm hauserint vinū.

¶ Oportet preterea vt iter agēs in frigore nō ambulet dū est vacuus: immo impleat̄ nutrientibus ꝛ vinū loco aque bibat ꝛ moretur donec in suo ventre quiescat ꝛ calefiat postea equitet.

¶ Fructibus accidit congelatis cū in aquā ꝓijciūtur frigidā vt ab eis extrahatur congelatio ꝛ leniūtur ꝛ equātur: ꝛ si igni applicaueris corrūpentur: sed quomodo fit istud nō est medico necessarium.

¶ De cōseruatione a nocumento diuersarum aquarum.

¶ Aquaꝝ diuersitas iter agētes ad egritudines magis perducit ꝙ̄ nutrientiū diuersitas.

¶ Ponit vltra decoctionē modū clarificandi aquam cū lana retorta ꝛ alios modos. ꝛ tu vide.

¶ Aquā quoq cū vino bibere eius remouet malitiā et ꝓprie cū fuerit ex genere pauce penetrationis.

¶ Aq̄ etiā cū pauca fuerit ꝛ nō inueniat̄ tēperata cū aceto bibēda erit ꝓprie ī estate a multo excusat potu.

¶ Ex his que diuersaꝝ aquaꝝ remouēt malitiā sunt cepe que sunt vt tyriaca huius ꝛ ꝓprie cū aceto: ꝛ ex rebus frigidis sunt lactuce.

¶ Aqua panno interposito bibēda est ne sanguisuga cū errore egrediatur ꝛ ne qđ ex malis ꝑmixtionibus

vehementer est minutū transglutiat.

¶ Ex rob acetosum secū deferre vt eo cū vnaquaq; diuersarū aquarum misceat est regimē cōueniēs.

¶ De regimine viatoris in mari.

¶ Viatori in mari plerūq; accidit vertigo ꝛ reuoluitur cū ea et cōmouetur in ea: nausea ꝛ vomitus ꝛ hoc quidē in primis diebus sed postea residet ꝛ quiescit.

¶ Et oportet ne fortiter retineat nausea ꝛ vomitus sed dimittat donec p ipm mūdet: q si superfluus fuerit retinebitur tūc preparatio tamen ne vomitus accidat non est mala.

¶ Aqua preterea salsa cū aceto est bibenda ꝛ syrupo acetoso in qua silique et mirti grana sunt pijciēda ꝛ sorbe. Sup aquas grossas ꝛ turbidas vtēdū ē alleis.

¶ Fen quarta. Locutio vniuersalis de medicatione.



Dicemus q res medicationis ex vna triū rerū cōplet: vna eaꝝ est regimē ꝛ nutriētia: ꝛ alia est medicinaꝝ exhibitio: ꝛ tertia est manualis operatio.

¶ Nutriēs qñq; auferf: qñq; minuit: qñq; equat: et qñq; augetur.

¶ Nutriens nō phibet nisi cū medicus vult vt natura occupet: in maturatione hūoꝝ ꝛ nō minuit nisi cū vult etiā cum hoc virtutem custodire.

¶ Ipse quoq; semper sit solicitus de eo quod magis est suspectum et est virtus si fuerit valde debilis aut egritudo si fuerit multum fortis.

¶ Nutriēs qñq; est multe quantitatis ꝛ pauci nutrimenti: sicut olera ꝛ fruct⁹. Et qñq; ē nutriēs pauce q̄titatis ꝛ multi nutrimēti sicut oua ꝛ galloꝝ testiculi.

¶ Plurimū autem q nos laboramus in minuēdo cibum aut prohibēdo est cum egritudines medicamur acutas. In egritudinibus quoq; cronicis minuimus sed minus q̄ in acutis.

¶ Et quãto plus egritudo principio ꝓpinquior fuerit ⁊ accidentia magis quieta nutriem⁹ virtutes confortãdo: ⁊ quãto plus ſm augmentũ ꝓcesserit ⁊ accidentie augmẽtata fuerint minuemus dietam.
¶ In tempore quoqꝫ status regimẽ vehemẽter subtiliamus.
¶ Ponit ꝙ alicui nutrienti inest velocitas penetrationis: sicut est dispositio vini: ⁊ alicui tarditas: sicut dispositio assatoꝝ ⁊ frixoꝝ: ⁊ alicui spissitudo substãtie: sicut carnes porcine ⁊ vituline: ⁊ alicui subtilitas substãtie: sicut nutricẽti qđ fit ex vino ⁊ ficubus.
¶ Eligimus cibum fortis nutrimenti et tarde digestionis propter eum quem confortare volumus ⁊ exercitijs fortibus preparare.
¶ In electione qualitatis medicine absolute nõ habetur cognitio nisi ꝑ cognitionẽ speciei egritudinis: qm̃ cum egritudinis q̃litas scita fuerit: erit medicina eligenda que in sua qualitate sit cõtraria: qm̃ egritudo suo cõtrario medicatᷣ ⁊ conseruatᷣ sanitas suo silĩ.
¶ Quãtitas aũt medicine mẽsura cognoscitᷣ ſm modum mensure artificialis.
¶ Si sanatiua cõplexio fuerit frigida ⁊ egritudinalis calida: tunc iã multa est elõgatio a cõplexiõe sui: ⁊ tũc multa indigebit infrigidatione: q̃ si ambe fuerint calide sufficiet ei parua infrigidatio.
¶ Cum fuerit materia ĩ gilbo epatis: euacuabis per vrinam: ⁊ si in epatis concauitate per ventrem: quoniam epatis gilbositas membris vrine est associata: ⁊ eius concauitas intestinis.
¶ Cum ad diuersum trahere volueris membri a quo protrahis dolorem prius seda et caue tibi ne transitus super principale fiat.
¶ Super membra principalia cum fortibus medicinis nõ faciemus aliquid quãto magis potuerim⁹ ne nocumentũ cõmune toti corpori faciamus. Et infra. Quod aũt inter oĩa mẽbra hac tota custodia dignius

existit est cor & postea cerebrū & post ipm epar.
¶ In febribus cū stomachi debilitate aquā frigidaz in potu q̄ sit vehemētis frigiditatis nō damus.
¶ Dare ea pura que laxa faciūt pricipalibus mēbris & eis q̄ sunt corā ipsis est valde timorosum in re vite.
¶ Medicinarum vero a quarum datione nobis caue-mus species tres sunt: scʒ res soluētes: & vehemēter infrigidātes: & cōtrarias habētes qualitates.
¶ Multas prolixarū egritudinū preter febres sub-tiliatiuum resoluit regimen.
¶ Egritudo si multe fuerit ebulliētis materie in prin-cipio eam euacuabimus non expectātes maturatio-nem: & si mediocris fuerit maturabimus eaʒ & postea euacuabimus.
¶ In egritudinibus in quibus est timor & non securi sumus ex defectu virtutis si quod facere debem⁹ tar dauerimus aut alleuiauerim⁹: a forti medicatiōe pri mo incipere debemus.
¶ Preter hoc quoq; tibi caue ne a rectitudine rece-das: licet videris q̄ ipsarum tardetur iuuamen: nec in errore moreris: & si videris q̄ eius non appareat impedimentum.
¶ Ille vero in quibus nō existit timor sm ordinem ad fortiorem procedēt si nō suffecerit eis debilis.
¶ Et cū hoc nō sm vnā medicationē cū vna tibi stan-dū est medicina: imo in vna medicatione medicinas pmuta: qm̄ ab eo qd̄ consuetū est nō fit passio.
¶ Et vnicuiq; quidem corpori immo omni membro immo vni corpori et vni membro et in vna hora & nō in alia inest proprietas ab vna medicina pati et non ab alia.
¶ Cum autem ignoras que sit egritudo relinque eaʒ nature: quoniā natura aut superabit egritudinē aut ipsam manifestabit.
¶ Cum egritudo dolori coniuncta fuerit &c. incipies sedare dolorem: & si tibi necesse fuerit stuporem indu

cere non transcendas tale quale est papauer: quia cũ suo stupore est domesticum.
¶ Ex congruis medicationibus est id quod virtutes confortat animales ꝛ vitales: sicut leticia. quandoqꝫ confert etiã sedere cum eo a quo verecundatᷓ: ꝛ quez erubescit: qm̃ egrũ ꝓhibet a rebus que ei nocent.
¶ Ponit ꝙ mutatio de terra in terram et de aere in aerem ꝛ efficere motus qui membrum dirigunt aut complexionem mutant confert: sicut puero lusco precipitur vt scintillas intueatur: ꝛ patienti torturaz: vt speculum intueatur calibis.
¶ Ampliꝰ scire debes ꝙ nõ omnis repletio: nec omnis complexionis malitia suo medicatur contrario: immo quandoqꝫ sufficit multa regiminis bonitas in repletione ꝛ malitia complexionis.

¶ De medicationibus egritudinum malitie complexionis.

¶ Que ex eis quidem sine materia existit complexio tm̃ mutatur: sed si cuz materia fuerit euacuabitᷓ ipa.
¶ Cuz in aliqua egritudine dubitaueris an causa sit caliditas vel frigiditas ꝛ experiri volueris nõ expiaris cũ superfluo: ꝛ caue tibi ne te decipiat impressio que erit accidentalis.
¶ Et debes scire ꝙ calefactionis et infrigidationis tempus est vnum: sed in infrigidando est plus timoris: quoniam caliditas est amica nature: ꝛ in exiccando ꝛ in humectando timor est equalis: sed humectandi tempus est longius.
¶ Fortis extinctio deijcit virtutẽ ꝛ quanto magis in corporibus q̃ ab egritudine debilitata fuerint.
¶ Calefacere frigidum in principio rei est faciliꝰ ꝙ̃ calidũ in principio infrigidare: sed calidũ in fine infrigidare lꝫ sit difficile: est tñ facilius ꝙ̃ frigidum in fine calefacere: qm̃ superflua frigiditas ẽ ipsa mors innati caloris aut ei propinqua.
¶ Siccitas magis fit mãsiua cũ frigiditate que ser

uit: et humiditas est magis adducens frigiditatem que accidit.
¶ Omnis caloris cause cũ superfluunt in exiccando iuuant: ⁊ quandoq; cause frigidatis cum superfluunt in humectando iuuant.
¶ Nobis necessariũ est dare acetũ cũ medicinis calidis alicui mẽbro: ideo vt ipsoꝝ penetrant virtutes.
¶ Nobis necessariũ est dare crocũ cum medicinis in frigidãtibus cor: ꝓpterea vt eas ad ipm ferat.
¶ Vinũ preterea tẽperatũ in humectando est forte.
¶ Licet senibus complexio frigida ⁊ humida sit accidentalis: est tamẽ eis quasi naturalis.
¶ Ad sciendũ qualiter ⁊ qñ oportet euacuari.
¶ Vẽtrẽ soluere sup vẽtris solutionẽ est timorosum.
¶ Vacuitas itaq; sine dubio euacuationẽ fieri prohibet.
¶ Oportet ne illũ euacuare sis ausus q ex consuetudine parũ comedit qñ ab euacuatiõe abstinere poteris.
¶ Parua quoq; cõsuetudo euacuandi ab euacuatione prohibet.
¶ Et non oportet in euacuatione vt in duas dyametros prolongationẽ facias: sed in vnã tm̃ que sit dyameter magis ꝓpinqua.
¶ Euacuato est necessariũ ne properet comedere nutrientia multa ⁊ mala.
¶ Minutio quoq; est euacuatio humoribus equaliter augmentatis propria.
¶ Et euacuatio humori qui in q̃titate solus augmentatur aut corrũpitur ꝓpria est ⁊ a minutione aliena.
¶ Omnis euacuatio que est superflua ẜm plurimum febrem generat.
¶ Scito ꝙ residuũ materiei dimittere quod necesse erat euacuare minus nocumentum est q̃ꝫ exquisitissime euacuare ⁊ peruenire in ipa ad hoc vt virtus terreatur: qm̃ multotiens natura hoc resoluit residuum.
¶ Et debes scire ꝙ vẽtris solutio a superioribus tra

bit ad inferiora et ab inferioribus eradicatur.
¶ Minus itaque cūctis hominibus euacuatione dignius est ille cuius cibus est bonus et digestio bona.
¶ De regulis cōmunibus vomitui et solutioni ventris.
¶ Vomitus est ventris solutio et que istis similātur non attinent ei qui bono vtitur regimine. Et infra. Fortasse excusabūt eum exercitiū fricatio balneum et huiusmodi.
¶ Et ad summū si humores fuerint equales premitte minutionē: et si postea habundauerint euacua: quod si equales nō fuerint in primis habundantem euacua donec equentur: deinde minue.
¶ Multotiens enim est euacuatio necessaria: sed superuenit aliquid quod prohibet: et non est ingenium nisi in ieiunando et dormiendo.
¶ Non oēs euacuationes sunt necessarie propter superfluitatē repletionis: immo quādoque sunt necessarie ꝓpter egritudinū magnitudinē et ꝓpter repletionem secundum qualitatē et nō quantitatem.
¶ Habentiū quoque in interioribus apostema ventrē soluere est difficile et facere vt vomāt. Et infra. Sed da eis si necesse fuerit cassiamfistulā et similia.
¶ Ampliatio cannaliū et ipsorum apertio in euacuatione est ex eo quod corpus a pena securū reddit.
¶ Ponit causas ꝓpter quas medicina vētris solutiua aliquā fit vomitiua et econuerso.
¶ Et febrem quidē habētis ventrem soluere melius quam facere vt euomant.
¶ Et cuius humor descēdens fuerit sicut lienteriam habentis facere vt euomāt est incōueniens.
¶ Medicinarū solutiuarum deterior est que ex medicinis est composita multe diuersitatis. Et infra. Quia prima ventrem soluit antequam secunda: et quādoque prima ipsam expellit secundam.
¶ Ad vltimū quidē dū medicina superfluitates eua-

cuat non erit in ea estuatio: cunq3 estuationem habere ceperit iam euacuat qd superfluu non est.
¶ Somnus cum post ventris solutionem aut vomitum fuerit multus demostrabit q iam euacuatio perfecta mudauit corpus et contulit.
¶ Et scias q cum sitis post ventris solutione aut vomitu fuerit fortis maxima et vltima bonitate purgationis significat.
¶ Ponit modu quo medicine solutiue et vomitiue attrahunt hu. in euacuationibus et in vno reprehendit Galienum. et tu vide.

¶ De sermone purgationis ventris et regulis.

¶ Ad summu natura mollificare anteq venter soluatur est competens regula in qua existit securitas: nisi in eo qui colice passioni valde est aptus.
¶ Trauli fortem non tolerant medicinam.
¶ Ex causa etiam timorosa est vt medicina solutiua fece in intestinis existete sicca: immo est expellendo salte cu clisteri aut iure mollificatiuo.
¶ Oportet vt aer illius qui farmacia bibit sit caliditatis pauce ne sudore faciat nec turbationem.
¶ Cum aliquis medicine cosuetus no est melius est medico vt sibi caueat ne vetris solutiua violetes virtutes habentia ei tribuat.
¶ Illis vero qui stantes bibut aquas et habetibus splenes fortes medicine sunt necessarie.
¶ Ponit q post medicina solutiuam si fortis fuerit medicina dormire debet: et si fuerit debilis non: qm natura ipam digereret: et cum ceperit operari no dormiat quocunq3 modo fuerit.
¶ Cunq3 aliquis medicinam biberit non ilico se super eam mouere debet: sed quiescere vt natura in ea operetur: quoniam nisi natura in ipam operata fuerit no operabitur ipsa in naturam.
¶ In potu aque calide malitie medicine existit debi-

¶Qui aut vinum biberit inebrians ad hoc vt vomat non incipiat vomere dum adhuc parum bibit: sed bibat multum.
¶Qui vomere voluerit non fortiter masticare debet prope ipsum.
¶Motus facit magis vomere et quies minus.
¶Estas est tempus dignius vt in ipso fiat vomitus.
¶Et finiu̅ vomit⁹ longinquior ſm modu̅ purgationis prīe est stomachi solius ⁊ no̅ intestinoꝝ: ⁊ ſm modu̅ purgationis ſcd̅e capitis ⁊ totius corporis. Ipsius attractio ⁊ eradicatio est ab inferioribus.
¶Ponit ꝙ in oleo de lilio existit virtus tyriace.
¶Egritudines digniores vt in eis fiat vomit⁹ sunt cronice sicut ydropisis: epilepsia: melancholia: lepra: podagra: et scyatica.
¶Vomitus quoq̧ cum suis iuuamentis aliq̄n affert egritudines sicut surditate̅ ⁊ congelatione̅ dentium.
¶Hora vome̅di in estate melior causa doloris est in meridie.
¶Et vomit⁹ quide̅ corpori confert sed visui nocet.
¶Amplius faciendum non est vt pregnans vomat: quoniam superfluitates non egredientur: et labor ea̅ ad estuationem perducet.
¶Cum ex multa minutione debilitatur virtus multi generabuntur humores.
¶Minutio est perturbans donec quiescat.

¶De iuuamentis vomitus.

¶Ponit iuuamenta que facit vomitus ſm mentem Hipocra. et tu vide.

¶De enemate. i. clisteri.

¶Enema est medicamen nobile in expellendo superfluitates que sunt in intestinis ⁊ in sedando dolores renum ⁊ vesice ⁊ apostemata ip̄oꝝ ⁊ colice ⁊ in attrahendo a superioribus: que ꝟo ex eis sunt acuta debilitant epar ⁊ perducunt ad febrem.
¶Ex enematibus preterea fit iuuamen in expellen-

do reliquias quas inanientia relinquunt.
¶ Videtur quoqȝ ꝙ clisterizati situs melioꝛ sit vt su-
pinus iaceat: deinde reuoluat se ad latus dolens.
¶ Clisterizandi hoꝛa melioꝛ ē cū ē aeris frigiditas.
¶ De epythimatibus.
¶ Emplastra sunt talia qualia epythimata: sȝ empla
stra sunt dura et epithimata currentia.
¶ De flobothomia.
¶ Flobothomia est euacuatio vniuersalis humoꝛuȝ
euacuans multitudinem: multitudo ꝟo est augmētuȝ
humoꝝ suꝑ equalitatem ipsoꝝ in venis.
¶ Nemo quidem est flobothomādus nisi vnus duo-
rum: vnus scȝ egritudinibus pꝛeparatus cuius san-
guis cum multiplicatus fuerit cadet ī eas: et alter est
cadens in eas.
¶ Vnusquisqȝ flobothomatꝰ pꝛopter sanguinis mul-
titudinem: aut pꝛopter ipsius malitiam: aut pꝛopter
vtrunqȝ.
¶ Ponit ꝙ melius est vt parati egritudinibus cum
dn̄io sanguinis in vere minuantꝰ: licet in has nōdum
inciderint egritudines.
¶ Illi quibus ꝑcussio vel casus accidit qn̄qȝ minuun-
tur timendo ne eis accidat apostema.
¶ Ponit ꝙ cum iste egritudines pꝛedicte timentur
eis plus secure conceditur minutio: sed cum aduene-
rit in earum pꝛincipio flobothomia penitus dimitta-
tur: quia hu. subtiliat ⁊ eos per totū coꝛpus fluere fa
cit ⁊ sano insani eos admiscet.
¶ Flobothomia quoqȝ nec euacuatio nō est faciēda
in die motus egritudinis.
¶ Flobothomia ꝓpterea ꝙ ad diuersum trahit na-
turam ꝟm plurimum retinet.
¶ Cum ꝟo alicuius sang. fuerit bonus paucus ⁊ fue-
rint in ipsius coꝛpoꝛe multi mali humoꝛes flobotho-
mia bonū rapiet et malum relinquet.
¶ Cū flobothomia necessaria fuerit cum debilitate

virtutis causa febris: & alioꝝ partire flobothomiam.
¶ Flobothomia stricta magis est virtutis cōseruati
ua: sed tñ subtile & claꝝ interdū fluere facit & spissum
& turbidū tenet. Ampla vero velocior est ad sincopim.
¶ Flobothomādus pterea supinꝰ iaceat qñ flobotho
matur: qm̄ hoc est cōuenientius vt ipsiꝰ virtus cōser-
uetur et ne ei superueniat sincopis.
¶ In febribꝰ aūt a minutiōe cauēdꝰ est. s. in his que
vehemētis sunt calefactionis & inflammationis.
¶ Si vrina fuerit subtilis aut ignea et facies a prin
cipio fuerit tornatilis caue tibi a flobothomia: ꝙ si
fuerit interpollatio ī ea & oēs fe. in ipa fiat minutio.
¶ Et summopere tibi caue ne egrum ad vnam dua-
rum perducas rerum. s. humorum colericorum ebulli
tionem & frigidorum cruditatem.
¶ Cūqꝫ in fe. te oportet flobothomare nō attēdas ꝙ
quidā dicūt. s. ꝙ nō sit bonū vt fiat post quartā diem
qm̄ bonū est etiā post. xl. dies ꝑm Galie. licet ꝑmitte-
re & preparare sit melius.
¶ Multotiēs flobothomia in febribus licet necessa-
ria nō sit efficit vt naturam supra materiā fortis fiat
ꝓpterea ꝙ eā efficit paucam.
¶ In fe. aūt sanguinea necesse ē vt euacuatio fiat mi
nutiōe nō supflua in pricipio & supflua cū fuerit ma-
turatio fe. q̄ mlutotiēs remouet̄ ī hora flobothomie.
¶ A minutiōe etiā tibi cauere debes super cibi reple
tionem ne materiā nō maturā ad venas trahas loco
eius quod euacuasti.
¶ Caue etiā tibi ne fastiditū flobothomes sed ꝓlon-
ga ipm vt eiꝰ fastidiū digerat̄. Et tibi etiam caue ne
flobothomes subtilitatē sensus oris stomachi haben
tē: aut eiꝰ debilitatē: aut infelicē ex gn̄atiōe co. multe
et ꝓprie cū est ieiunꝰ. Et infra. Istis nāqꝫ cū flobotho
mati fuerint oris stomachi cōseruatiōe nō premissa
accidet inde timor magnꝰ & qn̄qꝫ moriunt̄ inde.
¶ Assatura carnis que fit suꝑ prunas si digerit̄ mul

tum nutrit & bene.
¶ Ponit quod cũ flobotbomia fit causa diuersionis me lius est vt flobothomie vices sint multe quam quantitas multa.
¶ Si debilitas nõ affuerit fit tardatio secũdationis vna hora: & si trahatur grã diuersionis fit dies vnus.
¶ Ex iuuamentis vero secũdationis est quod flobothoma ti virtutẽ cũ perfectione sue euacuationis conseruat & melior quidẽ secũdationis terminus est vt duobus aut tribus tardatur diebus.
¶ Ex dormitione quoque flobothomie propinqua pluri mũque accidit in mẽbris confractio.
¶ Et oportet ne flobothomatus in se replẽdo fit audax: sed secundum rationẽ nutriatur & cibũ primit⁹ subtiliet.
¶ Cum aũt aliquis flobothomatur & postea eius brachiũ apostematur ex altero brachio minuatur secundum quod tolerat & super ipm emplastrũ de cerusa ponatur.
¶ Amplius flobothomia multotiens cõmouet fe. et multotiẽs resoluit putrefactionem.
¶ Sanior venarum sex est cephalica.
¶ In cephalica flobothomus flobothomũ non sequatur: quoniam faciet apostema.
¶ Videtur quod prius fecerit librum quartũ quam hunc primũ: quia dicit & nos iam locuti fuimus de ipo in libro quarto & etiã supra dixit.
¶ Basilica quoque maioris est timoris: propterea quod arteria cadit sub ea & etiã nerui & musculi.
¶ Signum quod arteria iam fit percussa est quod sanguis egreditur subtilis & saliendo manat.
¶ Amplius plures hoĩm propter sanguinis exitũ moriũtur: & quidã propter fortitudinẽ doloris ligature ne sanguis arterie exeat donec factũ est secundum viã mortis.
¶ Sanguis qui a cephalica euacuatur est qui ex collo & eo quod est super ipsum parũ & parũ sub ipo egreditur: & terminũ partis epatis nõ pertrãsit: & inferiora nõ taliter mũdificat vt fit inde cura.

¶ Nigre vero iudicium inter cephalicam et basilicam est medium.
¶ Et basilica quidem euacuat quod est a parte suminis ventris inferius.i.a stomacho inferius.
¶ Funis vero brachij similis est cephalice.
¶ De sceillem.i.saluatella dicũt quod que dextra est doloribus epatis confert et que sinistra splenis et quod san. fluere permittatur donec per se constringatur.
¶ Ponit quod Galienus vidit in somnis quod precipiebat vni quod fieret flobothomia arterie manus que est inter indicem et pollicem causa doloris epatis: qui eam fecit et sanus factus est.
¶ Quidã sunt qui tolerare possunt: et si febricitantes sint vt.v.aut.vi.sanguinis libre auferantur. Sunt et alij qui nõ possunt tolerare ipsis etiã sanis vt vna libra eis auferatur.
¶ Pulsus est a quo recedere non debes: cũ igitur pertransierit pulchritudo coloris et mutabitur pulsus ad debilitatẽ retẽtiue: et similiter si accidat oscitatio alices singultus et nausea.
¶ Ponit quod scyatica est in parte siluestri calcanei et flobothomatur: aut sub eo aut supra ipm: et eius iuuamentũ est in dolore scie et podagre.
¶ Saphena est super partẽ domesticam et ex ipa euacuatur sanguis ex mẽbris que sunt sub epate et prouocat mẽstrua et emorroidas.
¶ Et ratio quidẽ facit oportere vt scyatica et saphena similis existãt iuuamẽti: sed experimentũ facit vt operatio scyatice conueniat plurimũ dolori scie sicut si hoc esset debitum.
¶ Vena curuature pollicis tantũ efficit quãtũ saphena: sed est fortior ipsa in prouocatione menstruorum doloribus ani et emorroidis.
¶ Flobothomia venarum pedis cõfert egritudinibus que fiũt ex materiebus ad caput declinãtibus et egritudinibus melancholie: et ipsa quidẽ magis debilitat

virtutem q̄ flobothomia venarum manus.
¶ Vena frontis que est inter duo supercilia confert grauitati capitis et proprie que est in posteriori parte et grauitati oculorum et stupori et dolori capitis perseueranti antiquo.
¶ Et Galienus negat qd quidē dicunt: scilicet q due vene que sunt post aures flobothomātur vt qui filios gignūt ipsos nō gignant.
¶ Sanguinē stringere qui fluit ex flobothomia in latitudine facta est difficile.
¶ Galienus quoq3 dixit q cuiusdā in gula vulnerati arteriā percussio parūper tetigit ex qua magna pars sanguinis emanauit: et dū sanguis restrictus fuerit dolor antiquus quē in anteriori parte coxe posterius habebat recessit.
¶ Flobothomia duas habet horas: vnā electam que est in lumine diei post digestionis complementū et superfluitatū expulsionem: et horā necessariā que tardari nō potest: et res prohibitoria nō attēditur.
¶ Cum vena tibi rebellauerit et ipsius repletio sub ligatura nō apparuerit solue ipsam et multotiens liga et vnge eam et cōprimendo ascēde et descēde donec manifestam eam facias.
¶ Oportet vt flobothomi apprehensio fiat pollice et impudico et dimittatur index ad palpandum.
¶ Et scito q qui multum sudat causa repletionis est flobothomia indigens.
¶ Multotiēs habēti fe. et habenti dolorē capitis qui ex cōsilio flobothomia esset medicandus superuenit fluxus vētris naturaliter qui flobothomiā excusat
¶ De ventosis.
¶ Ventose cutis partē magis mūdificāt q̄ flobothomia: et plus extrahūt sanguinē subtilē q̄ grossum.
¶ Ponit sm opinionē quorūdā q humores augmentū luminis in corpore lune sunt sequētes et q augmētatur cerebrū in craneis et aqua in fluminibus acces-

sionem et recessionem habentibus.
¶ Ex suis uero horis in die melior est secunda et tertia.
¶ Et ei quidem que ex mulieribus alba existit et laxa sanguinem habens subtilem ventose in cruribus posite sunt meliores: scilicet in prouocatione menstruorum quam flobothomia saphene.
¶ Ventose que sine scapellatione sunt in remouendo ventositates frigidas et vt radicitus euellantur: hic et vbique sunt fortiores scilicet quam cum scapellatione.
¶ Ventose super nates posite a toto corpore trahunt et a capite: et conferunt intestinis et menstruorum sanant corruptionem et alleuiatur per eas corpus.
¶ Oportet vt ventosatus post vnam horam cibetur.
¶ Infans preterea in tertio anno ventosetur: et prius transactis duobus annis: quoniam prorsus non debet ventosari cum est vnius anni.
¶ In ventosis fit securitas ne materie ad inferiora descendent.
¶ Ponit in hoc capitulo multa iuuamenta ex vento sis in diuersis partibus corporis. et tu vide.

¶ De sanguisugis.

¶ Ponit modum cognoscendi bonas a malis et rectificationes earum. et tu vide.
¶ Extractio preterea sanguinis a sanguisugis facta profundior est extractione que fit cum ventosis.
¶ Ex eo autem quod eas efficit voluntarias ad se suspendendum est vt locus luto liniatur aut sanguine.
¶ Appositio sanguisugarum confert egritudinibus.

¶ De medicationibus apostematum.

¶ Multotiens a manu apostemosa trahitur materia quando cum res defertur ponderosa et hora vna tenetur.
Maturatio uero completur ex eo in quo cum calore existit opillatio et glutinatio vt per ipsum calor retineatur. Et infra. Attendere tamen debes si membrum calorem innatum debilem habuerit predicta remouere debes.
¶ Multotiens erit apostema profundum et erit no-

bis necessarium trahere ipsum ad partē cutis: ꝛ si nō cū alio saltem cum ventosis ignitis.
¶ Occultorum vero apostematum materia minorāda est flobothomia et ventris solutione.
¶ Solatrum nanqꝫ proprietatem habent resoluendi apostemata calida que sunt occulta.
¶ Cum syntoma superuenerit propter collectionem apostematis interiorum cum casu virtutis in itinere mortis existit.

¶ De sectione. i. apertione.

¶ Si in fronte fiat incisio sicut incedunt rugarum ipsius collectiones inscinderetur musculus frontis ꝛ caderet supercilium.
¶ Oportet vt sector ex anothomia sciat anothomiā neruorum arteriarum et venarum ne erret et inscindat aliquid ex eis.
¶ Oportet etiā vt secum deferat multas ex medicinis sanguinē cōstringētibꝰ ꝛ ex emplastris dolorē sedātibus: ꝛ ex instrumentis que ad hoc ptinent.

¶ De egritudinibꝰ corruptiōis mēbri ꝛ incisiōe.

¶ Et melius est.s. vt remoueaꝛ caro corrupta si fuerit possibile sine ferro: qm̄ ferrum aliqn̄ inuenit tunicas musculoꝝ ꝛ venaꝝ pulsatiliū periculose.
¶ Et si os coxe fuerit magnuꝫ: et neruis ꝛ arterijs et venis ꝓpinquū: ꝛ fuerit eius corruptio multa: debet medicus ab eo fugere.

¶ De medicatiōibus solutiōis cōtinuitatis.

¶ Solutio cōtinuitatis in magnis membris medicatur equatione et ligatura conuenienti. Et infra. Cuꝫ quiete et comestione cibi cōglutinatiui. Et infra. Sicut cibus qui fit ex extremitatibus aīalium.
¶ Impossibile em̄ est vt os restauretur nisi ƒm hunc modū: ꝛ ꝓprie in corporibus consistentium: qm̄ nullo modo redibit ad cōtinuitatem.
¶ Intentio in medicanda vlcera est exiccatio: quod igitur ex eis mundum fuerit tantū exiccetur: et quod

putridum fuerit ex eis medicine acute corrosiue mittantur: deinde ignis si oportet.
¶ Et caro quidē nō generat nisi ex eo cuius siccitas non multū primū gradum transcendit.
¶ Et omnes quidē medicine que sine mordicatione desiccant sunt ingredientes in genus earum que carnem nasci faciunt.
¶ Omne vlcus qđ in loco existit nō carnoso est inobediēs ad hoc vt cito medicet̄ ꝛ silr rotundum.
¶ Omne vlcus qđ cito reuertit̄ postq̄ carne repletū fuerit est in semita ꝑueniēdi ad fistulam.
¶ Si pus multiplicatur sine multiplicatione nutrimenti est ibi alphase.i.attritio vel contusio. In medicando autem alphase ꝛ contusionem leuez fortasse sufficit flobothomia.
¶ In contorsione sufficit mollis ligatura ꝛ non dolorosa.
¶ In his autē q̄ sunt sicut casus ꝛ ꝑcussio necessaria est flobothomia ex ꝑte diuersa et subtiliandū est nutriēs ꝛ dimittēda est caro ꝛ q̄ sunt sicut ipsa.

¶ De cauterizatione.

¶ Cauterizatio est medicamē valde vtile iuuans ad prohibendū ne corruptio spergat̄: ꝛ ad cōfortanduz membrū cuius complexionem volumus rectificare: ꝛ ad resoluendum materias corruptas in mēbro retentas ꝛ ad stringendū sanguinis fluxum.
¶ Res vero qua cauteriū fit melior est aurum.
¶ Cauterizator sibi cauere debet ne fortitudo cauterizationis ad neruos ꝑueniat: nec ad chordas: nec ad ligamenta.
¶ Cūq₃ cauterizaueris vt carnez corruptā ꝓijcias et terminū sani scire volueris erit vbi dolet.

¶ De sedatione doloris.

¶ Omnis quidē dolor qui fit fortior interficit.
¶ Et ad summum id quod dolores sedat est aut illud quod complexionem mutat: aut quod resoluit mate-

riã: aut quod stupefacit: ⁊ stupefaciens remouet do-
lorem: quia destruit sensum membri.
¶Omnibus autem stupefacientibus fortius est opiũ
⁊ poma mandragore. Et infra. Et ex istis sunt nix ⁊
aqua frigida.
¶Sunt preterea mẽbra de quibus nõ curamus: ⁊ si
eis superponas narcotica que nõ inde ad vehemẽtẽ
malũ finem perueniunt sicut dentes.
¶In eo autẽ quod est sicut colica magnificat malus
finis scz stupefactiuis: qm̃ materiã augmẽtat frigus
congelationem ⁊ clausuram.
¶Sõnus vna est ex causis sedationis doloris ⁊ pro-
prie qñ cũ eo facta fuerit fames ⁊ ĩ dolore materiali.
¶Et stupefaciẽtia quidẽ composita quoꝝ fortitudi-
nes alie debilitãt medicine sicut tyriaca sunt magis
secura: sicut filoniũ ⁊ trocisci ternarij.
¶Plerũqꝫ causa doloris erit apostema ⁊ extimabit
ꝙ sit vẽtositas: ⁊ si fortasse factum fuerit ei embroca
ex aqua calida in eius pricipio magnũ aufert malũ.
¶Ponit ꝙ oculus non potest tolerare euaporationẽ
ex milio.
¶Ventose cum igne sunt fortes in sedando dolorez
ventosum: ⁊ si eas iterum adhibueris dolor penitus
destruetur.
¶Ex sedãtibus dolorẽ est molliter longo tpe incede
re: ⁊ adipes subtiles noti ⁊ olea.
¶Dulcis cantilena et proprie cum ex ea prouocatur
somnus: occupari in eo quod gaudium efficit doloris
vehementiam sedat.

¶A quibus curationibus incipiemus.

¶Ponit ꝙ incipere debemus a curatione eius sine
qua alia nõ potest curari: sicut apostema ⁊ vlcus: aut
ab ea q̃ est cã alteriꝰ: sicut opillatio et fe. aut de q̃ ma-
ior est habẽda solicitudo sicut synochus ⁊ paralysis.
¶Si nobis necessariũ sit aperire cum eo in quo aliq̃
existit caliditas non curamus de febre.

¶ Impossibile est vt fe. remoueat cā ipi⁹ remanēte.
¶ Cum egritudo ꝛ accidēs cōiungunt ab egritudine curam incipiemus. Et si accidēs superauerit accidentis curā habebimus ꝛ egritudinē nō cōsiderabimus: vt in colica stupefaciendo.
¶ Et deus quidē nos iuuabit cui sint grates ꝑm eius innumerabiles misericordias. Amen.

¶ Explicit primus liber Auicēne. Incipit scōs de virtutibus medicinarū simplicium.

¶ Capitulū primū de complexionibus medicinarum singularium.


Omniū composito-rū mineralium ꝛ vegetabiliū ꝛ viuentiū elementa quattuor sunt materia.
¶ Complexio nāq₃ hoīs nō est nisi in homine.
¶ Complexio prima est complexio proueniēs ab elementis. ꝛ complexio secunda est complexio que ꝓuenit a rebusque in seipsis habent complexionem: sicut complexio medicinarum compositarum: vt cōplexio tyriace.
¶ Hec cōplexio scōa non semꝑ est ab arte: imo etiā quādoq₃ est a natura sicut in lacte.
¶ Oēs medicine sunt cōposite ex virtutib⁹ cōtrarijs.
¶ In camomilla est virtus resolutiua ꝛ virtus stiptica: ꝛ cū coquit̄ ī emplastris nō separant̄ ab ea vtreq₃ virtutes. Alie sunt in quib⁹ decoctio separare potest inter eas: sicut caules. Et infra. Lens fructus mādragore ꝛ allium ꝛ cepe ꝛ rafanus.
¶ Rafanus ꝑm qd̄ dicitur digerit ꝛ nō digerit.
¶ Ablutio etiā aliquando separare potest simplicia: sicut endiuia ꝛ plurima olerum.

¶ Cum coriandrū sumitur eius infrigidatio fortior fit: ⁊ cū ex eo fit emplastrū quādoq̧ resoluit.
¶ Ponit de psilio supra cuius corticē est muscilago: ⁊ infrigidans multū: ⁊ cum teritur partes interiores sunt ita calide vt rubificent.

¶ De cognitione virtutum medicinarum per experimentum.

¶ Medicinarum cognoscuntur virtutes ex duabus vijs: vna est semita experimenti: ⁊ altera est ratiocinationis semita.
¶ Caro piscium ꝙuis sit frigida: tamen cum salitur calefacit potentia.
¶ Nam si aliquid per se efficit operatur dum obuiat: impossibile enim est vt deficiat dum obuiat ⁊ operetur dum non obuiat.
¶ Res naturales ꝓcedunt a principijs suis: aut semper aut vt plurimum.
¶ Videtur s̄m qd̄ estimo ꝙ reubarbarū sit frigidū cōparando ad equū: ⁊ calidum comparando ad hoīem.
¶ Ponit septem canones obseruandos in cognitione virtutū medicinaꝝ per experimentū. ⁊ tu vide.

¶ De cognitione virtutum medicinaꝝ singularium per ratiocinationem.

¶ Rerū similiū in cōstitutione essentie: scꝫ raritate ⁊ spissitudine quecūq̧ recipit calefactionē velocius est calidior: ⁊ quecūq̧ infrigidationē frigidior.
¶ Quecūq̧ est velocioris congelationis ceteris paribus in essentia est frigidior: ⁊ quecunq̧ est velocioris inflāmationis est calidior.
¶ Condēsatio aūt ⁊ cōgelatio nō significāt augmentū in caliditate nec in frigiditate.
¶ Non est possibile vt sapores dulcis amarus ⁊ acutus sint nisi in substantia calida: neq̧ stipticus ⁊ acetosus ⁊ ponticus nisi in substantia frigida.
¶ Odores boni et acuti non sunt nisi in substantia calida.

¶ Res quarum proprium est in calore congelari omnes resoluūtur per frigus: sicut res que congelantur ex frigore omnes resoluūtur calore.
¶ Frigus enim albificat humidam substantiā ꝛ denigrat siccā: ꝛ calor denigrat humidā ꝛ albificat siccā: ꝛ hoc quidem verū est ꝛ necessarium.
¶ Sapores igitur sunt plus in significatione veri: deinde odores post colores.
¶ Calor in pluribus dispositionibus est fortioris impressionis ꝛ manifestioris operationis ꝛ magis penetrans. Et infra. Et sit dignius vt ferat sapores et odores.
¶ Medici ponūt sapores simplices nouē: quāuis penitus sint octo: ꝛ vnus priuatus sapore ꝛ est insipidus.
¶ Hūiditas posita ī lingua est media ī sensu gustus.
¶ Sapores aūt octo qui sunt vere sapores post insipidū sunt dulcedo ꝛ amaritudo ꝛ acuitas ꝛ salsedo ꝛ acetositas ꝛ pōticitas ꝛ stipticitas ꝛ vnctuositas.
¶ Et insipida sunt verba eorum qui ponunt saporem insipidum.
¶ Acutū est calidius: deinde amarū: deinde salsum.
¶ Ponticum est frigidius: deinde stipticum: deinde acetosum.
¶ Acetosum quāuis sit minus frigidum q̄ stipticū: tamē in pluribus est pluris infrigidationis ꝑpter subtilitatem ꝛ penetrationem suam.
¶ Stipticum non contrahit nisi qḋ de lingua manifestum est: ponticum ꝟo contrahit ꝛ exasperat qḋ manifestum est ꝛ occultum.
¶ Et ponticū quidē est subtilius ꝛ magis intrans.
¶ Acutū ꝟo ꝛ amarū sunt linguā radentia: sed amarū nō radit nisi qḋ de lingua apparet: acuti aūt abrasio ꝛ eius separatio est ꝓfunda.
¶ Amarū purū nō recipit putrefactionē ex qua aīal generetur: nec parū ipsius nutrit animal.
¶ Et nō oportet quidē vt sit illud quod est dulcius et

suauius nutribilius: quis sit impossibile quãdo in om
ni nutriente apud medicos sit dulcedo aliqua: verũta-
men nutrimentum aliis indiget conditionibus preter
dulcedinem hanc.
¶ Salsum ledit os stomachi.
¶ Ponit operationes omniũ istorum saporum. et tu vide.
¶ Omne autem dulce cum stipticitate visceribus est
amicum.
¶ Odores autem proueniunt a caliditate et proueniũt
a frigiditate.
¶ Omnes igitur odores ex quibus sentitur mordica-
tio declinãs ad dulcedinẽ sunt calidi. Et illi ex quibus
sentitur acetositas et tharagiti rozalis oẽs sunt frigi-
di, et infra. vt camphora nenufar.

¶ De operationibus medicinarum singu-
larium.

¶ Ponit proprietates medicinarum simplicium in gene
rali et earum operationes. xlix. eas particulariter descri-
bendo pulchro modo. et tu vide.
¶ Omnis medicina abstersiua essentialiter lenit natu
ram: licz nõ sit in ea virtus solutiua.
¶ Omne amarum est abstersiuum.
¶ Omne autẽ acutum est aperitiuum: et omne amarũ
subtile est aperitiuũ: et omne subtile liquidum est aperi
tiuũ cum ad caliditatem et equalitatem declinat: et om-
ne subtile acetosum est aperitiuum.
¶ Et medicine quidẽ rubificantes efficiũt operationẽ
cauterizationi ppinquam.
¶ Uisum est Galieno qp oleũ rosatũ infrigidat qd est
calidius: et calefacit quod est frigidius.
¶ Et omnia in quibus est inflatio sunt facientia sodã
et nocentia oculis.
¶ Omnis medicina cuius est inflationem facere in ve
nis est virilis membri inflatiua.
¶ Uirtus aũt que diuidit et ponit vnãquãqz cõplexio-
nem ad partẽ quã meretur; ita vt non ponat virtutem

resolutiuā in partem materiei que effunditur ad membrū: nec infrigidatiuā in latere materiei effuse ab eo est natura docta obedire creatori sublimi ꝛ glorioso.

¶ De iudicijs quarundam medicinarum. extrinsecis.

¶ Omnium medicinaꝝ in quaꝝ contritione superflue elaboratur: operationes destruuntur.

¶ Non eñ quantūcunqꝫ minoratur corpus: scꝫ medicine virtutem suā ſm quantitatē suā ꝛ ſm proportionē minorationis eius seruat: immo possibile est vt minoratio corporis perueniat vsqꝫ ad terminū ne post ipm corpus aliqđ sue operationis que sibi ꝓpria est agat.

¶ Non est necessariū quādo virtus alicuius corporis facit motū aliquem: vt medietas illius corporis moueat id quod est motum omnino ab eo.

¶ Quibusdam videtur ꝙ ꝓpter minorationem nō destruatur forma ꝛ virtus: sed eorum verba in compositis sunt viciniora ad hoc vt eorum incredulitas vires non sumat.

¶ Inquit Galienus. Superflue contriui ciminū quare permutatū est ꝛ factū est vrine ꝓuocatiuū cū prius fuerit in natura sua solutiuū nature.

¶ Multe medicinaꝝ frigidarū sunt calide impressionis ꝓpter illud quod acquirunt ex vicinitate assefetide euforbij castorei ꝛ musci qualitatē calidam.

¶ Plurime medicinaꝝ calidaꝝ facte sunt frigide impressionis ꝓpterea ꝙ adepte sunt ex vicinitate cāphore ꝛ sandali qualitatem frigidam.

¶ Ponit alios pulcherrimos canones in rectificatione medicinarum. ꝛ tu vide.

¶ De collectione ꝛ conseruatione medicinarum.

¶ Medicinarum alie sunt de plātis: alie de mineris: alie de animalibus.

¶ Et quotienscunqꝫ fuerit medicinarum color magis tinctus ꝛ sapor magis apparens ꝛ odor fortior erunt

fortiores in genere suo.
¶ Fortiorum cuiusque ordinis spacium durationis pro longatur secundum ipsius bonitatem.
¶ Cum autem recens deficit fortis procul dubio stat duplum veteris debilis loco eius in omni re.
¶ Ponit alios canones pulchros de collectione medicinarum. et tu vide.
¶ Nolo autem descendere ad descriptiones proprietatum et operationum medicinarum singularium. nam multi ante me hoc probissime impleuerunt: scilicet aggregator: paduanus: brisiensis: iohannes de sancto amando in aureolis suis: et alij quamplurimi. sed sufficit mihi descripsisse quod collegi ex primo et secundo canonibus et allegandа dicta que faciunt in re sciendi principia scientie medicine et ad intentiones curatiuas in qualitate operandi: et sic diuino fauente suffragio me ad tertium canonem transfero.

¶ Explicit secundus canon. Incipit tertius.
¶ De vtilitate capitis et partibus eius.


Inquit Galienus intentio in creando caput non est cerebrum: nec auditus: nec odoratus: nec gustus: nec tactus. Et infra. Sed intentio in ipso est bonitas dispositionis oculi in ipsius conuersione que ei creata est.
¶ Comparatio namque oculi ad corpus est comparatio propinqua comparationi speculationis ad exercitum.
¶ Et locorum quidem speculatoribus melior et conuenientior est locus altus.
¶ De anathomia cerebri.
¶ Cerebrum enim diuiditur in substantiam velatiuam et medullarem et ventres in ipso spiritu plenos.
¶ Nerui sunt virgulta ab ipso prodeuntia: non tamen

fm q sunt partes substantie ipsius proprie.
¶ Nerui eñ etiã ex cerebro nutriũtur ⁊ nucha.
¶ Amplius substantia dura nõ augmentat durũ quantum ipsum augmentat lene.
¶ Pingue eñ ⁊ viscosum lene est pculdubio.
¶ Pars eius scz cerebri anterior est lenior: et ipsius pars posterior est durior.
¶ Sensus autẽ speculator est ⁊ speculatoris declinatio ad partem anteriorem est dignior.
¶ Nucha est cerebri nuncius ⁊ vicarius in cursu dorsi.
¶ Medius autẽ venter est sicut transitus ex parte anteriori ad partem posteriorem.
¶ Decoctio vero optima non fit nisi per coniunctionem ⁊ cõmixtionẽ ⁊ penetrationẽ in partibus coctis: sicut est dispositio cibi in epate.

¶ De egritudinibus capitis.

¶ Et qñq3 magnificatur res id est periculum in egritudinibus cõmunitatis in ipso: adeo vt fiant egritudines pprie perniciose.
¶ Multotiens eñ expelluntur ad ipsum scz cerebrum in egritudinibus pleuresis ⁊ squinantie materie prefocantes ⁊ pernecantes.
¶ Et sepe peruenit ipsum ad apoplexiã perniciosam ppter nocumentũ aliud in membro cõmunicãte.

¶ De significationibus sumptis ex operationibus animalibus.

¶ Plurimum enim nocumenti eius q purgatione et complexionis commensuratione nõ remouetur est ex cerebro.
¶ Qui aũt ex moribus declinior est ad timorem est magis significatiuus frigoris: ⁊ ex eis declinior ad audaciam ⁊ iram caloris.
¶ Plurimũ eñ visionis in somnijs rerũ calidarum citrinarũ significat dñium colere: ⁊ sic de alijs suo modo.
¶ Somnia terribilia ⁊ illa quorum nõ recordatur significant frigiditatem ⁊ humiditatem.

¶De significatione operationū motiuarum.

¶Epilepsia est spasmus cōis.

¶Somnus semper sequitur malitiam complexionis humide: laxe: aut frigide.

¶Non omnis humiditas somnū facit: senum eñi cum humiditate complexionum ipsorum ꝓlongantur vigilie. Siccitas ꝑm omnē dispositionem ꝓculdubio vigilare facit.

¶De significationibus ex genere operationū naturalium.

¶Capilli eñi oriūtur ex superfluitatibus cerebri.

¶Q3 si adest superfluitatū retentio cum leuitate capitis significat siccitatem absolute.

¶De significationibus ex parte mensure capitis.

¶Ex signis quidem bonitatis cerebri est vt nō patiatur ex vaporibus vini.

¶De significationibus sumptis a mēbris propinquis cerebro.

¶Et non est significatio colore lingue sicut significatio colore oculi: nam hic cum cerebro habet proprietatem: colore autem lingue stomachi quandoqꝫ significātur dispositiones.

¶De significatione membri cuius cōmunicatione membrum patitur.

¶Cōmunicās eñi cerebri cū stomacho cū est repletus aut habet inflationē apparet in dispositione repletionis eius: sed eius cōmunitas cū ipso ꝓpter caliditatē ⁊ co. ru. ⁊ dolores ipsoꝝ que fiūt ex fortitudine caloris apparent in dispositione vacuitatis.

¶Et qñqꝫ egrotat caput cōicatione epatis: ⁊ est tunc doloris declinatio ad dexteram sicut cū fit cōitate splenis est declinatio doloris ad sinistram.

¶De canonibus curationis.

¶Si sanguis dñatur minuimus ⁊ si alij etiā dominētur humores: tamen ab ea scꝫ flobothomia incipimus

quã flobothomia est cõis humoꝝ euacuatio.
¶ Ponit ꝙ cauteriũ si fieri debet fiat vbi perueniunt index ⁊ annularis mensurando ab extremitate nasi: aut vbi peruenit medietas fili: cuius longitudo est ab aure ad aurẽ capite prius raso.
¶ Digestiua ꝟo si materia fuerit flegmatica vel melã-cholica sunt matres medicinarum.
¶ Hac tamen vitet qui virtutis debilitatem cum soda habuerit.
¶ Dico autem ꝙ acetum est commune omnibus ma-teriis: eius enim infrigidatio possibile est vt leui cau-sa frangatur: ⁊ amplius valet profundatio ⁊ incisio cũ medicinis.
¶ Et camomilla quidẽ frãgit aliquid ex acuitate nar-coticoꝝ in epithimatibus.
¶ Et scias ꝙ oĩs qui conqueritur de egritudine frigi-da in capite suo nocetur a vino ⁊ mora in balneo.
¶ Et oĩs qui habet egritudinem in velaminibus cere bri leditur ab aqua frigida vehementer.
¶ De speciebus sode.
¶ Soda est lesio vel dolor in membris capitis.
¶ Omnis autem lesionis causa est mutatio complexio nis: aut eius diuersitatis: aut est solutio cõtinuitatis: aut aggregatio amborum simul.
¶ Complexio humida nõ facit dolorem nisi sit cũ ma-teria mota ad solutionem continuitatis.
¶ Soda fortis cũ obuiat sincipiti infantis lenia habẽ tis ossa separat ip̃m ⁊ frangit cõmissuram eius.
¶ Uniuersaliter quidã cuius cerebri sensus est fortis ipse est aptus vt recipiat sodam ex omni causa facien-te sodam ⁊ si debilitetur.
¶ Et omnia alfanginati.i.species: vt piper: cinamo-mũ ⁊c. suut facientia sodam. Et infra.
¶ Soda fit plurimũ ꝓpterea ꝙ arterie afferunt capi-ti vapores fraudulentos.
¶ Et omnia aromata sunt faciẽtia sodam: siue sint ca

lida siue frigida.

¶ De speciebus sode frigide propter solutionem continuitatis.

¶ Vermes multotiens nascuntur in anteriori capitis parte super locum qui est in strictura nariũ ⁊ possibile est vt nascãtur apud velamina: ⁊ si raro cõtingat.

¶ De qualitate accidente sode ex materijs.

¶ Et flegma quidem opilat viscositate multitudine et grossitudine: melãcholia grossitie ⁊ multitudine ⁊ co. ⁊ sanguinis multitudine.

¶ Et ventositas quidẽ ex summa est materierũ facientium sodam. Et infra. Et vapor ⁊c.

¶ Acuti vero humores non excitant ventositates: sed vapores.

¶ De speciebus sode facte per communitatem.

¶ Cõmunitas absoluta est vt ad partem cerebri ex mẽbro cõmunicante nihil perueniat corporeum penitus nisi ipsum nocumentũ. Et infra. Sicut in soda ex tetano ⁊ spasmo podagra ⁊ scyatica.

¶ Cõmunitas vero non absoluta est vt perueniat materia humorosa aut vapor.

¶ Cum autem in febribus acutis soda fit fortior eius fortitudo est signum malũ ⁊ immo perniciosum cũ reliqua mala signa ei cõparia sint.

¶ Membrorũ autem cõmunicantiũ primũ ⁊ dignius eorum est stomachus.

¶ Sermo vniuersalis de signis ostẽdentibus species sode.

¶ Nam cũ dolor ingreditur: membrũ attrahit ad ipm ⁊ ad illud quod est ei vicinum.

¶ Facta autẽ propter cõmunitatẽ cõtingit ⁊ destruitur ⁊ fit fortis ⁊ debilitatur ⁊c.

¶ Et cũ est soda propter effusionẽ materierũ ad ipm scz cerebrũ fit fortior cum vacuitas adest ⁊ post somnum ⁊ salmã. i. antequam homo comedat.

¶ Et fortasse soda fit propter causam in cerebro ꝛ facit in ore stomachi istas dispositiones ꝛ impedimenta ꝟm semitam communicationis stomachi cum cerebro: non ꝟm semitam principij ex stomacho ꝛ communitate cerebri.
¶ Si dolor stomachi est ex co. excitatur cum est vacuitas: ꝛ si est ex humore frigido est minor in vacuitate ꝛ sedat ipsum fames.
¶ Et illa que fit ex epate declinat ad latus dextrum: et que fit ex splene ad sinistrū: ꝛ que fit ex causa myrach declinat ad anteriora valde.
¶ Regimen vniuersale in soda.
¶ Ex rebus in remotione sode iuuantibus est paucitas comestionis ꝛ potus et proprie vini ꝛ multitudo somni.
¶ Nimia paruitas comestionis in soda calida nocumentū affert augmentū in ipsa faciens.
¶ De soda temporali.
¶ Nihil est adeo conueniens sode temporali. i. cronice sicut tranquillitas ꝛ dimissio totius qđ monet: sicut coitus ꝛ cogitationes ꝛ reliqua huiusmodi.
¶ Ex rebus ꝟo fortibus in attractione materie sode ad inferiora in vigilāte ex soda est fricatio pedum.
¶ Et caput radatur ꝛ magis iuuatiuum ad hoc vt medicine virtus in ipso penetret.
¶ Qñq3 effundimus aquam calidam super extremitates patiētis sodā ꝛ assiduamus illud ꝛ sentit ꝙ soda ex capite ad eius extrema descendit: ꝛ sic resoluitur.
¶ Et scias ꝙ cibi acetosi nō cōueniūt patiētibus sodā: nisi ei qui est ꝓpter cōitatem stomachi.
¶ Eūq3 accidunt vigilie propter sodam ꝛ fiunt fortes sunt ex causis augmentandi sodam.
¶ Si autem soda est frigida declina ad illud qđ carminat: ꝛ permisce cum eo aliquid in quo sit vis confortandi ꝛ frigus aliquod sicut si misceatur cum oleo rosato ruta aut menta.

¶ Et scias quod vomitus non est de curis sode cum stupe factione scilicet capitis: sed ei vehementer nocet nisi sit causa stomachi.

¶ Cura sode calide absque materia colerica aut sanguinea.

¶ Flobothomia que est in frõte plurimũ egritudinis capitis extirpat.

¶ Vẽtose inter spatulas sub collo multi sanguinis nõ solũ in soda sanguinea: immo in oĩbus speciebus sode temporalis qualiscũque sit materia confert.

¶ Et tu quidem ad curandas capitis egritudines leni ficatione nature multũ indiges.

¶ Et sodam quidem calidam in febribus multiplicat vsus epithimatum vapores exire nõ permittentiũ ⁊ sa nat eam attractatio aceti ⁊ aque rosate per nares.

¶ Cura sode ex ebrietate.

¶ Et in caulibus quidem est proprietas qua vapores a capite prohibentur.

¶ Fac eos dormire ⁊ quiescere: quoniam est radix in cura ipsius.

¶ Et pone cibum ipsorum qui habet infrigidationem ⁊ subtiliationem sicut est vitellus oui.

¶ Cura sode ex percussione ⁊ casu.

¶ Non est possibile vt plaga carnem repleatur mali tia complexionis remanente.

¶ Cura sode cretice.

¶ Citonia ꝓhibent vapores ⁊ exuberationẽ faciunt.i. prouocationem vrine.

¶ De emigranea ⁊ eius cura.

¶ Cuius causa quandoque est intra craneum ⁊ quandoque est in pan niculo cooperiente ipsum: ⁊ plurimũ quidẽ fit in lacer tis temporis ⁊ non toler attactum.

¶ Et emigranea quidem secundum plurimũ est habẽs perio dos et non fit nisi secundum dominationem humorum: nam ipsa nõ fit quantitatem habens ex malitia complexio nis singularis

¶ Egritudo autem cuius tempus prolongatum est: est frigida fm omnem dispositionem: ⁊ indiget resolutione ⁊ calefactione cum fortitudine.

¶ Ponit emplastrum cuiusdam mulieris narratū per aliquos medicos quod est efficax: ⁊ fit ex decoctione radicum cucumeris azinini et absinthio in oleo ⁊ aqua: et ex decoctione fit embroca et ex substantia rerum fit emplastrum.

¶ De apostematibus capitis de karabito.

¶ Birzen est dictio persica. Bir enim est pectus et sen apostema. Et sirzen etiam persicum est: Sir enim est caput ⁊ sen est apostema ⁊ egritudo.

¶ Et ex speciebus karabitus in qua habetur maior fiducia est illa in qua eger recordatur eius cum quo alleuiauit post alleuiationem sue febris.

¶ Et quandoqꝫ accidunt ei res risus ⁊ est significatio laudabilis.

¶ Nullus visus est habens apostema in partibus cerebri: cuius vrina aquosa fuerit qui euaserit.

¶ Et senes quidem raro euadunt ab egritudine karabitus.

¶ Verus karabitus fit ex apostemate in cerebro: non verus vero ex cōmunicatione alioꝝ membrorum.

¶ Cu[illegible] specierum eius.

¶ F[illegible] ip[illegible] quiescere in aere temperato et in domo temperata in qua n[illegible] sint picture nec forme: nam ipe diligit intueri imagines eorum: ⁊ est ex eis que ledunt cerebrum eius ⁊ velamina eius.

¶ Associa ei amicos suos prudentes sibi charos ⁊ misericordes eius et ex quo verecundatur: et cesset a sua permixtione ⁊ agitatione que ei nocent.

¶ Ponit ꝙ ad faciendum dormire approximandū est aliquid opij cornibus frontis eius ⁊ naso si virtus fuerit fortis: ⁊ si nō caue qm̄ illud est perimens.

¶ Et sit tibi securitas multa in clisteribus.

¶ Et postq̄ pertransierit septimam et que est supra

ipsum tunc tibi interest vt potes ipsum cum modico vi
ni permixti.
¶ Et colericus cum flobothomatur non consequatur
propinquitatẽ sincopis.
¶ Et in colerico non timetur omnis cautela infrigida
tionis: que timetur in sanguineo ⁊ nõ alienatur aqua
frigida omnino.
¶ De signis letargie ⁊ cura.
¶ Letargia dicitur apostema flegmaticum factum in
tra craneum. Et infra. Et hanc egritudinem comita-
tur obliuio.
¶ Hec egritudo plurimũ generatur a comestione ce-
parũ: ⁊ a repletione nimia stomachi ⁊ multitudine po-
tus ⁊ multitudine comestionis fructuum.
¶ Necessaria eñ est febris in omni apostemate facto
ab humore putrido.
¶ Ipsi eñ id est litargici in lectis suis precipitati ia-
cent. Karabitum uo habentes eleuantur.
¶ Cum letargia est in substãtia cerebri subeth est for-
tior ⁊ difficultas motuũ maior. Et infra. Si autẽ est in
velaminibus dolor est fortior ⁊ motus leuiores.
¶ Plurimũ autem crisis eius fit per apostemata post
aures.
¶ Et melior euacuationũ est illa que fit cum clisteri.
¶ De plaga ⁊ incisione cutis capitis.
¶ Cum igitur incisio peruenit ad cerebrum apparent
fe. ⁊ vomitus co. ⁊ non est ex eis qui sanatur: nisi raro.
¶ De subeth ⁊ somno.
¶ Dicitur somnus longus ⁊ grauis cuius grauitas est
ex materia ⁊ qualitate simul.
¶ Somnus autem vniuersaliter est reditus spiritus
animalis ab instrumentis sensuum et motus ad prin-
cipium cum quo ipsorum instrumenta ab exitu opera-
tionis in ipsis: nisi que necessaria sunt ad hoc vt vita
permaneat.
¶ Ponit pulchrum processum in causis diuersitatum

subeth: et tu vide.
¶ Omnis autem subeth ex complexione pendens est: propter frigus primo: et propter humiditatem secundo.
¶ Usus supinationis multotiens ledit dorsum et laxat ipsum.
¶ Ex somno preterea timetur in sole capiti scilicet nocumentum: et qui fit in luna facit possidere sanguinis screatū qui fit cū rascasione: quia luna mouet humores.
¶ De cura subeth in febribus.
¶ Humectatio eius que est in oleis quandoque vincit virtutē medicinarum nisi sit valde fortis.
¶ Et cura eius est adhibere tristitiam: nam tristitia in huiusmodi et similibus est ex eis que cōmouent aiam et reducunt eam ad rectitudinem.
¶ De vigilia et sahara et cura earum.
¶ Vigilia est dispositio animalis cum animalis effunditur spiritus ad instrumenta sensus et motus vt eis vtātur. Sahara vero est superfluitas in vigilia et egressus a re naturali.
¶ Et dolor quidem qui decrepitis accidit ex sahara est propter nitrositatem humorum eorum et salsedinē ipsorum et siccitatem substantie cerebri.
¶ Ille in quo sahara fit fortis deinde accidit ei tussis moritur.
¶ Sonitus arborum et sonitus aque faciunt dormire.
¶ Ponit quod si ligentur dolorose extremitates febrientis habentis saharā et ponatur lampas in domo et fiāt ibi confabulationes: et postea omnia ista repente remoueantur quod facit dormire.
¶ De lesione sensus.
¶ Et quodcūque horum est declinans ad diminutionē scilicet ex operationibus virtutū interiorum cerebri: tunc egritudo est ex frigore: et quodcunque est decliue ad permutationē et agitationem est ex caliditate.
¶ De permixtione sensus et alienatione.
¶ Et permixtio rationis magis incolumis est que fit

cum risu: et que est secundum quietem et deterior est que est cum agitatione et rixa et audacia.
¶ Permixtionem rationis a caliditate sicca significant vigilie: a caliditate autem humida sanguinis vel flegmatis significant subeth.
¶ Cumque a caliditate et rationis permixtione non sunt debilitates nec signa apostematum oportet vt patiens alapis cedatur et percutiatur vt ad ipsum eius redeat ratio.
¶ De stoliditate et amentia.
¶ Ponit differentiam inter permixtionem rationis et alienationem que sunt operatio corrupta medie partis cerebri et stoliditatem que est cum diminutione rationis et amentiam que est cum ablatione eiusdem.
¶ Et nihil est magis inimicum sensui quam repletio ex cibis et humiditatibus.
¶ De corruptione memorie.
¶ Et obliuio quidem et corruptio memorie secundum plurimum non accidunt nisi a frigiditate et humiditate.
¶ Et scias quod obliuio quando accidit cum sanitate nunciat egritudines cerebri propinquas: sicut apoplexiam epilepsiam litargiam.
¶ Confectio anacardina vbi non est malitia complexionis calide est fortior in confortatione sensus: id est memorie: et sufficientem facit acquirere seruationem iuuatissimam seruationis.
¶ Et caue ne desiccatio tua consequatur finem humiditatum principalium et sequatur eam frigiditas complexionis. Illud enim est ex eis que in obliuione augmentum prebet.
¶ Repletio vero facta etiam nocet valde: sed parum eo dilatat animam et confortat spiritum et facit ipsum bonum et excusat a multiplicatione aque.
¶ Superfluitas vigiliarum debilitat spiritus et resoluit eum et repletur cerebrum.
¶ De mania lupina et canina.
¶ Expositio manie est demonium lupinum.
¶ Melancholia est cum malitia estimationis et cogi-

tatione corrupta & timore & quiete: & nec est in ipsa agitatio vehemens.
¶ Mania vero tota est agitatio & saltus et inquisitio et lupinositas et aspectus cui nō assimilatur aspectus hominis immo luporum.
¶ Cum mania vt plurimū non est fe. sed karabitus nō euacuatur ab ea.
¶ Mania canina est in qua est associatio vehemens & amicitia cū obediētia & cōueniētia simul: & in ipsa non est crudelitas contētionis sicut in mania lupina.
¶ Et hāc scilicet caninam plurimū non resoluunt nisi emorroides & varices.
¶ Coram infirmo sedeat de quo verecundetur & quem timeat.
¶ Cumqz declinant detur eis vinū ad petandū plurimū cōmixtū: nam illud humectat eos & dormire facit.
¶ De melancholia.
¶ Dicitur melancholia mutatio estimationum & cogitationum a cursu naturali ad corruptionem et timorē et ad malitiam.
¶ Sicut tenebre extrinsece solicitant & timere faciunt sm qz complexio frigiditatis & siccitatis contraria est spiritui debilitans ipm: sic cōplexio caliditatis: vt cōplexio vini est cōueniens & cōfortans.
¶ Cūqz melancholia componitur cum rixa & saltu & fintilis permutatur & nominatur mania.
¶ Et neqz dicitur melancholia nisi cuius euentus est a co. ni. non adusta.
¶ Et multotiēs fit melancholia permutatione ex epilepsia.
¶ Et quāndoqz est causa generationis eius: scilicet melancholie aer exterior.
¶ Spiritus animalis continuus est spiritui vitali & ex s bstātia ipsius.
¶ Non est possibile vt fiat scz melāᴄholia absqz cōitate cordis; immo fortasse magnitudo cause in ipso erit ex

corde: ꝛ ppter hoc necesse est vt consequatur cura cordis cum cura cerebri in hac egritudine.
¶ Scias ꝙ sanguis cordis cum est tersus subtilis clarus letificans resistit corruptioni cerebri ꝛ rectificat ipsum.
¶ Et nō est mirū si sit ꝺm plurimū principiū istius scilicet melācholie ex corde: licet nō cōfirmetur hec egritudo nisi in cerebro.
¶ Et qn̄ accidit in fine egritudinū materialiū ꝛ pprie acutaꝝ melācholia est signū mortis: ꝛ tūc accidit homini illi vt recordetur mortis ꝛ mortuoꝝ plurimū.
¶ Et quibusdā medicoꝝ visum est ꝙ melācholia contingat a demonio.
¶ Ex causis ꝟo fortibus in generatione melancholie est superfluitas tristitie ꝛ timoris.
¶ Melancholia ꝟo que est magis incolumis est illa que fit ex fece sanguinis ꝛ cū qua est gaudium.
¶ Melācholia quidē plurimū resoluitur per emorroidas ꝛ varices.
¶ Et qn̄qꝫ minoratur generatio huius egritudinis in albis ꝛ pinguibus ꝛ multiplicatur in brunis ꝛ pilosis extenuatis ꝛ duram carnem habentibus.
¶ Multiplicatur generatio ipsius in eo cuius cor est vehementer calidū ꝛ cerebrū ipsius est humidum.
¶ Et hec quidē egritudo plus accidit viris: sed in mulieribus est deterior.
¶ Et species iste scilicet melācholie sunt indefinite.i. indeterminate.
¶ Et plurimū meālcholiā habens est spleneticus.
¶ Oportet vt cura ipsius fieri incipiat anteꝙ̄ confirmetur: que facilis est in principio ꝛ praua ꝛ difficilis cum cōfirmatur.
¶ Et necessariū quidē est vt ꝺm omnē dispositionē aīa ipsius letificetur ꝛ iocundetur.
¶ Et alienet a se coitū ꝛ sudorem vehementem.
¶ Oportet autem vt sumat pingue ꝛ dulce.

¶ Somnus enim eorum est ex convenientibus curis ipsorum.
¶ Ponit agaricum fortiorem medicinam quam pulpam coloquintiae et parum scamonee.
¶ Ponit pisces petrosos esse laudabilis sanguinis.
¶ Et in omni hebdomada evacua vice vna cum pillulis subtilibus medijs.
¶ Ex frigido cum est humidum non generatur co. ni. sed abscinditur materia eius.
¶ Et scias quod regimen grossum generativum flegmatis fortasse resistit co. ni. et regimen subtiliativum propter illud quod efficit ex adustione facile nocet: et fortasse iuvat ipsum.
¶ Verum iuvamentum essentialiter est evacuatio co. ni.
¶ Oportet vt melancholiam habentes in aliquo sint occupati quocunque modo sint: et vt eis sint presentes de quibus verecundentur: et cum quibus gratulentur.
¶ Et occupentur in audiendo cantilenas et letificantibus. nihil enim eis est nocibilius quam timor et solicitudo.
¶ Et cum in corporibus ipsorum apparent vlcera significat quod mors est propinqua.
¶ Et in cuiuscunque corpore ipsorum fuerit co. ni. mobilis erit magis susceptibilis cure quam ille cuius co. ni. non erit mobilis.

¶ De kutubut.

¶ Et kutubut quidem est bestiola existens in superficie aque que super eam movetur diversis motibus sine ordine.
¶ Oportet vt in eius flobothomia ad hoc perveniatur: vt sanguis plurimus ex eo egrediatur et malefactioni .i. sincopi propinquus fiat.
¶ Et cum non conferunt cetera medicamina flagelletur et fiat vt dolorem percipiat: et percuciatur caput eius et facies: et cauterizetur eius sinciput: quoniam sanatur quod si redeat redeatur.

¶ De illichi.

¶ Et possibile est ex hoc significare quis sit ille qui diligitur cum non confitetur ipsum.

¶ Amplius cum nō inuenitur cura nisi regimen coniūctionis inter eos ſm modū fidei ⁊ legis fiat. Nam cum ſentit applicationem eius qđ diligebat euanuit qđ habebat in breui tempore ſcilicet ex accidētibus: ⁊ eſtimauimus eſſe mirabile ⁊ ſignificamus obedientiam nature meditationibus.
¶ Et vetule ad eū incitētur vt vituperent illud quod diligit ipē. Et infra. Et ſunt prudētiores in hoc viris niſi mollibus. i. mulieribus: ipſis nanqʒ etiā ineſt ars non breuior arte vetularum.
¶ Et ex occupationibus predictis ſcʒ in cura eſt corruptio puellaꝝ ⁊ plurimū cōcubitus ipſaꝝ ⁊ ipſaꝝ renouatio ⁊ delectatio cum ipſis.
¶ Venatio aūt ⁊ ſpēs ludi ⁊ dignitates aſſumpte ex regibus ⁊ ſpēs triſtitie magne oīa ſunt ſanatiua.
¶ De vertigine.
¶ Vertigo eſt vt habēti ipam imaginatur ꝙ res ſuper ipm voluantur ⁊c.
¶ Que ex ipſa fortis eſt: ſimilis eſt epilepſie: verūtamen nō fit cū ſpaſmo ſicut epilepſia.
¶ Nam cū ſentiēs mouetur mutantur oppoſita ſicut cum mouetur ſenſatum.
¶ Oēs operationes ſenſibiles pendēt ex inſtrumentis corporeis patientibus: quoꝝ primū ⁊ dignius eſt ſpūs ſenſibilis ⁊ remanet in ipo ab omni ſenſato forma ipſius poſt eius ſeparationē cū ſenſatū eſt forte.
¶ Et quantūcunqʒ fuerit corpus debilius erūt paſſiones fortiores ſicut in egris. Et infra. Nam ſpiritui eoꝝ accidūt nocumentū ⁊ paſſio ⁊ cōmotio.
¶ Et vertigo quidē frequens proprie in decrepitis nunciat apoplexiam.
¶ Et qñqʒ ſoluit vertiginem ſoda accidens.
¶ Scothomiā ꝓo habens nō tm̄ iuuatur a vino ꝗtū a potu aque.
¶ Et ſcias ꝙ ſcothomia ⁊ vertigo cum ꝓlongantur tunc egritudo eſt frigida.

¶ Flobothomia ex vena quieta que est post aurē: est optima in curatione omniū specierū vertiginis materialium: scȝ sanguini mixtarum.
¶ Cūq3 paroxismus excitatur: tunc adiuua cum fricatione inferiorum extremorum.
¶ Et habēs vertiginē alienet a se considerationem ab omni re cito reuolubili: ⁊ alienetur ab aspectu profundarum fouearum ⁊ montium ⁊ collium ⁊ superficierum supremarum.
¶ Scothomiam vero ⁊ vertiginem factas propter vacuitatē stomachi sedat acceptio bucellaꝝ infusaꝝ in rob fructuum stipticorum.
¶ De alue ⁊ est palpitatio oscitatio ⁊ alices.
¶ Achori: inest ꝓprietas remouendi ipsas cum masticatur aut puluerizatur ⁊ bibitur aut sumitur: ⁊ forsitan cū eo qđ resoluit vētositates dominātes. Et similiter zuccarum cum coriandro.
¶ De incubo.
¶ Et incubus est antecessor vnius trium egritudinū scȝ aut epilepsie: aut apoplexie: aut manie.
¶ De epilepsia.
¶ Epilepsia est egritudo ꝓhibēs mēbra animata ab operationibus sensus ⁊ motus ⁊ erectione non integre ꝓpter opillationē contingentem.
¶ Plurimum vero eius est spasmus vniuersalis accidens ex nocumento adueniente ventriculo anteriori cerebri.
¶ Epilepsia non est spasmus factus a siccitate: quoniam epilepsia fit subito: sed spasmus siccus non fit subito.
¶ Et epilepsia quidem ꝓcedit cursu spasmi non cursu laxitatis ⁊ efficit contractionē cerebri ⁊ abbreuiationem non mollificationem.
¶ Omni aūt spasmo materiali cōfert febris: sed epilepsia est spasmus materialis.
¶ Multotiens permutatur melācholia ad epilepsiā

et epilepsia ad melancholiam.
¶ Causa epilepsie est ex his que subito fiunt ꝛ sepa-rantur in dispositione aut vincit ꝛ interficit.
¶ Motus sternutationis est q̃si motus epilepsie le-uis: et epilepsia est q̃si sternutatio multa et fortis.
¶ Plurimum enim cum accidit epilepsia accidit a flāte.
¶ Et Hipo. quidē dixit ꝙ plurime oues patiunť epi-lepsiam cū a cerebris suis anathomizantur: inueniť in eis humiditas multa fetida.
¶ Et epilepsia melācholica fortis est deterior.
¶ Et illa q̄ apud quosdā vocať primo noīe mater pue-rorū interficit multū: ꝛ quando cōtinuanť paroxismi epilesie interficit.
¶ Et singultus quidē est species spasmi.
¶ Ponit ꝙ galienꝰ et nos etiā testificamur illud scꝫ ꝙ multotiēs sentit epilepticus aliq̄d eleuari ex pol-lice pedis aut alterius partis ꝛ incurrere statim epi-lepsiā: ꝛ nos vidisse res mirabiles huiꝰ capituli etiāꝫ epilepsiā fieri ꝓpter vermes ascarides.
¶ Et quidam modus epilepsie compositus cū sinco-pi nominať prefocatio matricis.
¶ Et si'r aduenit mulieri pregnanti epilepsia in im-pregnatione: cūqꝫ deponit ꝛ euacuat materiaꝫ illam mēstrualem remouetur illud.
¶ Principiū epilepsie ꝓpinquū ex cerebro est. s. ex vē-triculo anteriori. Et infra. Quāuis reliqui sensus et mēbra nobilia nocumēto cōicent. nā si nō cōmunica-rēt reliqui ventriculi nō destrueret intellectus nec le-deretur eleuatione anhelitus.
¶ Epilepsiā ꝫm plurimū antecedit spasmus: deinde post ip̄m fit epilepsia: ꝛ illud qm̄ si cōfirmať spasmꝰ est epilepsia.
¶ Et cū expelliť cā impediēs aut resoluiť vētositas redeūt operationes sensibiles ꝛ motiue: ꝛ operať cū repletione non cum malitia vehementi.

¶ Epilepsia vero plurimum accidit infantibus propter humiditates ipsorum: et quandoque fit post pubertatem. Si igitur in regimine eorum fit rectitudo remouetur: et si non remaneat oportet igitur vt studium impendatur: aut ab eis remoueatur ante pubertatem.
¶ Pueri vero remotiores ab hac scz epilepsia sunt quibus in partibus capitis accidunt vulnera et apostemata: et adest fluxus narium.
¶ Et Hipo. quidam dixit quod habens epilepsiam post xxv. annos moritur cum ea.
¶ Et coitus plurimus et delitie et quies et paucitas exercitij est ex causis epilepsie.
¶ Et dicitur quod cum epilepticus induit corium caprinum sicut excoriatum est recenter et dimittitur in aqua incurrit epilepsiam: et similiter cum suffumigatur cum cornu caprimo et mirrha et albasce.
¶ Inquit Rufus. Cum apparet albaras in partibus capitis epileptici significat resolutionem et sanitatem.
¶ Epilepsia autem mulierum et infantium et omnium quorum sanguis est paucus est parua propter constrictionem venarum.
¶ Non omnis vero eius species recipit curam.
¶ Et iam dixi quod caro porci siluestris valde iuuatiua est ei scz epileptico.
¶ Apio inest proprietas commouendi epilepsiam.
¶ A quibus conceditur eis lactuca: ego vero non plurimum eam laudo.
¶ Et conceditur eis coriandrum quia prohibet vaporez a cerebro: ego vero eis vitupero ipsum et eius multiplicationem: nisi in sanguinea et colerica.
¶ Et ruta est ex summa herbarum que conferunt olfata.
¶ Et sinapis est ex summa eorum que impediunt sua euaporatione.
¶ Repletio vero vini valde nocet: sed parum ex ipso sumptum animam confortat et spiritum: et acuit ipsum: et excusat a multitudine aque.

¶ Multitudo vsus vomitus nocet epilepsie cerebri.
¶ Suspẽsionis peonie iuuamentum iam expti sunt antiqui in epilepsia: ⁊ illud proprie est illi que est de romania humide.
¶ Et ex eis que eos iuuant est permutatio in regio-nibus donec aer inueniatur cõueniens desiccans sub tilians: ⁊ est sicut pmutatio in etatib⁹ ex infantia in adolescẽtiam in iuuamento epilepticoꝝ.
¶ De apoplexia.
¶ Apoplexia est ociositas mẽbrorum a sensu ⁊ motu: ppter opilationem contingẽtem in ventriculis cerebri ⁊ in cursibus spũs sensibilis ⁊ motiui.
¶ Et Hipo. quidam dixit: ꝙ quãdo apoplexia est fortis habens eam non sanatur: et cum est debilis ei⁹ sanatio non est facilis.
¶ Repletio vo apostemans est ex speciebus apople-xie peruerse.
¶ Aliqñ accidit vt homo apoplexiam incurrat: ⁊ nõ fit differentia inter ipsum ⁊ mortuũ: deinde reuiuiscit et sanatur. Et infra. Et ppter hoc volunt vt tardatur sepultura ambigui. lxij. horis ad minus.
¶ Apoplexia vo resoluit̃ ƀm plurimũ ad paralisim.
¶ Hipo. vo inquit cui accidit dum est sanus dolor repente in capite suo: deinde incurrit apoplexiam tunc ipse moritur ante septimũ diẽ: nisi accidat ei febris.
¶ Si apoplexia accidit cum caliditate ⁊ siccitate cõplexionis: tunc est res praua. Egritudo id est contra-ria complexioni non accidit nisi propter magnaꝫ causam.
¶ Apoplexia vo raro accidit a caliditate.
¶ Cuiꝗ cum apoplexia fuerit fe. tunc illic erit apo-stema ƀm plurimum.
¶ Apopleticus clamat scꝫ in aduentu eius.
¶ Cum seni acciderit vertigo concomitans iterata tunc illud nunciat apoplexiam.
¶ Pila in ore ip sius ponatur vt non destruãtur den-

tes ipsius adinuicem.

¶ Potus autem eorum sit aqua mellis pura aut cum alefeniati id est speciebus ꝯm necessitatem.

¶ Fen secunda tertij canonis. De egritudinibus neruorum.



Motus laboriosi in faciendo egritudines neruorum introitum magnuꝫ habent: ipsi nanqꝫ sunt instrumenta motus: laboriosi vero motus sunt sicut extēsio cum fune et eleuatio rei grauis.

¶ Si egritudo neruorū subito accidit nō est dubiū quin ipsa sit humida ⁊ ecōuerso sicca.

¶ Si membrum velociter vnctionem exiccat nō est dubium qn egritudo sit sicca cum membrum nō sit calefactum caliditate extranea.

¶ Et scias ꝙ intentio in curandis plurimis neruorū egritudinibus est intētio posterioris ꝑtis capitis nisi eorum qui in facie sunt.

¶ Ponit ꝙ coitus suꝑfluus somnus potus aque congelate ebrietas vinum flobothomia plurima omnia hec neruis nocent.

¶ Et scias ꝙ agaricus confortat neruos calefaciendo et purgando.

¶ De paralisi ⁊ mollificatione.

¶ Paralisis absolute significat illud quod significat mollificatio ī quocunqꝫ membro fit: proprie autem significat id quod est commune vnius duarū partium corporis in latitudine.

¶ Si paralisis cōicaret vtrisqꝫ lateribus simul: et cū hoc mēbris capitis esset apoplexia.

¶ Ex causis destructiōis motus sunt frigiditas ⁊ humiditas absqꝫ materia: sed illud est ex eis quibus succurrere est facile cum calefactione.

¶ Cum accidit vt declinent spondiles et rumpantur

ad vnum duoꝝ laterum dextrum aut sinistrum: ⁊ comprimũt neruos exeuntes ex se in parte illa aut ad anteriora ⁊ posteriora: sed ad anteriora ⁊ posteriora accidit eis tensio non coartatio: qm̃ occursus spondiliũ duobus lateribus ante ⁊ retro non sunt super exitum neruorum vt sciuisti.

¶ Incisio autem que neruis accidit que in longitudine est non nocet sensui ⁊ motui: ⁊ que est in latitudine ꝓhibet sensum ⁊ motum.

¶ Non est mirandum si egritudo sit propria vni lateri absq; alio latere: natura enim sui creatoris precepto iam discernit qđ est subtilius hoc scilicet in medicinis ⁊ in humoribus.

¶ Quidam antiquoꝝ dixerunt. Si colica aliquibus annis cõmunicat interficit plurimos: ⁊ qui euadit: euadit cũ paralisi temporali euenienti ei.

¶ Et aliquãdo est paralisis que est crisis in egritudinibus acutis scȝ in apostemate cerebri cũ fe. cõtinua qua permutatur materia ad neruos.

¶ Et quodcunq; mẽbroꝝ mollificatoꝝ ⁊ paraliticoꝝ ꝫm colorẽ reliqui corpori existens nõ minoratur neq; extenuatur est de quo maior est habenda fiducia: ꝙ illud quod diuersum est ab hoc.

¶ Paralisis ꝟo veniens a remotione spondiliũ mortifera est ꝫm plurimũ: sed que fit ab ictu non conterẽte neruos vehementer quãdoq; sanatur: si autẽ super fluat nõ est spes vt sanatur.

¶ Ad paralisim ꝟo fit permutatio ex apoplexia epilepsia colica prefocatione matricis ⁊ febribus lõgis ꝫm semitam crisis.

¶ Et dicitur ꝙ cum vrina infantis est viridis nũciat paralisim aut spasmum.

¶ Oportet vt sit intentio tua in egritudinibus neruorum quinq;: scȝ stupore spasmo tremore paralisi ⁊ saltu intentio posterioris partis cerebri.

¶ Et non properes in vsu medicinarum fortium in

principio rei: immo tarda vsq ad quartum et septimū. Studeas vt facias compati famē et longam sitim tolerare.
¶ Aqua melior est eis ꝙ vinum. Vinū em̄ materias in neruos penetrare facit: ꝛ plurimum quidem ipsius qn̄q acrescit in corporibus eoꝝ ꝛ fit acetum.
¶ Acetum ꝟo est ex rebus que neruis sunt nocibiliores.
¶ Et oportet vt ponantur medicine super principiū neruorum mouentium membrum: nam positio earū super membrum paraliticum non affert iuuamentū de quo sit curandum.
¶ Et oportet vt clisterizentur clisteribus fortibus et collíria fortia supponantur: ꝛ eorum materie ad inferiora inclinentur.
¶ Et vinum antiquum paucum confert valde egritudinibus neruoꝝ oībus: scʒ in declinatione: plurimū ꝟo ex eo sumptū est res nocibilior neruis.
¶ Quandoq plures eoꝝ iuuantur cū his que infrigidant ꝛ cōfortant ꝛ ꝓhibent materias fluere: ꝛ cū medicantur calidis augmētatur egritudo.
¶ Ponit ꝙ succus liquiricie habet aliquid infrigidationis.
¶ Quando aggregantur paralisis ꝛ febris in ailquo tunc oximel cum zuccaro rosato est cōueniens medicamen in illa hora.

¶ De spasmo.

¶ Spasmus est egritudo neruosa qua mouentur lacerti ad sua principia ꝛ inobediētes sunt ī dilatione.
¶ Ponit ꝙ oscitatio ꝛ singultus est spasmus facile rediens ad dispositionē suam.
¶ Et nō est longinquū quādo fit spasmus eueniens a ventositate inflatiua sparsa: ip̄e em̄ est ex eis que plurimū accidūt ꝛ remouētur in hora.
¶ Spasmus ꝟo naturalis multotiens accidit ꝟm semitam permixtionis materie: sicut successione squi

nantie pleuresis ꝛ sirzen.
¶ Spasmus cũ dñio siccitatis accidit vt cõtrahatur longitudo ꝛ latitudo equaliter: colligitur igitur ad se ipsum sicut est dispositio corij positi ante ignem.
¶ Spasmus qui non ꝓportionatur ad materiam est causa rei impediẽtis a qua nerui fugiũt ꝛ cõgregãtur ad expellendũ ipam: ꝛ causa ista aut est dolor.
¶ Sicut spasmus est epilepsia mẽbri: sic epilepsia est spasmus corporis totius.
¶ Infantiũ facilis est casus in spasmũ ꝓpter debilitatem virtutum cerebrorum membrorũ ꝛ lacertorum eorum: ꝛ fit facilis exitus ab ipso ꝓpter fortitudinẽ virtutũ epatum ꝛ cordium eorum: ꝛ qm̃ humores nõ sunt inobedientes magne grossitudinis.
¶ Est preterea spasmus qui accidit ꝓpter timorem ꝛ causas dilatatiuas ꝛc̃.
¶ Et cũ corpus in spasmo declinat ad anteriora: tunc spasmus est in lacertis anterioribus: ꝛ cũ ad posteriora tunc est in posterioribus.
¶ Quando aliquis moritur ex spasmo corpore ipsius calido: tunc illud est ex eis que prefocando interficiunt.
¶ Et omnis quidẽ spasmus sequens vulnus est mortalis.
¶ Et cui accidit quartana raro accidit ei spasmus: nã securus est ab eo.
¶ Vinum autem paucum confert habentibus spasmũ humidũ: resoluit em̃ eum sicut fe. plurimũ ꝟo vini est vna ex causis eius.

¶ De tethano.

¶ Tethanus est egritudo officialis prohibens virtutem motiuã a contractione membrorum de aptitudine quorum est vt contrahatur propter nocumentum in lacertis ꝛ neruis.
¶ Tethanus autem ẽm virtutem est cõtrarius spasmo et ingreditur in genus spasmi introitu contrario

rum in genere vno: et eius cōparatio ad causam vnā est eueniens casu contrariorum.
¶ Cū duo spasmi in duabus partibus contrarijs aggregantur fit tethanus sicut est in ante et retro.
¶ Alcuzen preterea multotiens accidit infantibus et fit facilis in eis quāto plus sunt minores.
¶ Transglutiat paruam buccellam et sorbeat pultes subtiles: quoniā transglutire est eis peruersum: et fit inde spuma in naribus et cōmouentur: et illud augmētat eorum egritudines.
¶ Febris vero que naturaliter accidit est melior cura ei qui ex eo est humidus.

¶ De tremore.

¶ Tremor est morbus officialis propter defectum virtutis motiue a motu lacertorum secundum continuitatem ipsius grauitati compari. Et infra. Et cōmouentur motus voluntarij cū motibus non voluntarijs: id est a grauitate membri factis.
¶ Tremor est nocumentū in virtute motiua: sicut stupor est lesio in sensibili.
¶ Ponit quod timor: et aspectus terribiliū et ex loco alto et ambulatio super parietem et oratio coram magnatibus et gaudium desideratiuum et multitudo coitus faciunt tremorem.
¶ Et scias quod tremor magis peruersus est qui a sinistro incipit.
¶ Et tremor quidem in senibus medicamine non remouetur.
¶ Oleū preterea de andachocha.i.trifolio proprietatē habet in hoc mirabilem.
¶ Et iuuantur ex cerebro leporis valde: quare ex ipso comedant assato.
¶ Et aqua que eis est melior et minoris nocumēti est aqua pluuialis: et similiter omni egritudini neruose et ledūtur multitudine flobothomie.

¶ De stupore.

¶Stupor est morbꝰ officialis faciens euenire in sensu tactuali nocumentum.
¶Tactus piscis qui vocatur berile facit contingere stuporem.
¶Cause stuporis quãdoq; sunt in ipo cerebro: ꝛ tūc si est vniuersalis toti corpori est mortalis.
¶Cum perseuerat stupor et prolōgatur perducit ad mollificationem aut epilepsiam vel spasmum vel alcuzen vel paralisim communem.
¶Stupor faciei nunciat torturam.
¶Semen croci ortensis positum in enemate calefacit neruos.
¶Ex curis conferentibus stupori est exercitiū illius membri et assiduatio motus eius.
¶De tortura faciei.
¶Tortura est morbus officialis in facie ꝑpter quam trahitur pars faciei ad ꝑtem nō naturalem et eiꝰ alteratur forma naturalis ꝛ remouetur bonitas obuiationis vtrorūq; labiorum ꝛ palpebrarum.
¶Tortura facta a spasmo plurimum contingit ꝙ a mollificatione.
¶Quidā autem dixerūt ꝙ latus egrum in tortura est latus quod sanū videt: ꝙuis causa sit in ipso. Et īfra. Hoc autē non est verum ſm plurimum.
¶Lacerti ex quibꝰ hauriūt lacerti colli virtutē motiuā: origo etiam est ex spondilibus colli.
¶Omnis autem torture extense vsq; ad. vi. menses fortasse non speratur rectificatio.
¶Tortura colli plurimum nunciat paralisim: immo multotiens portendit apoplexiam.
¶Cognitio q̄ duaꝝ ꝑtiū sit lesa est ꝙ cū ipsa torta extendit et rectificat manu reditus alterius ſm naturam ad figuram suam est facilis.
¶Festinatio enī ad medicinā acutā excitat materiā et minorat eā ꝛ desiccat neruos et debilitat operatio medicine in ea immo abstine.

Et oportet ne abscindatur ab eo aqua mellis.
¶ Et nō est dubiū quin materia faciēs torturam veniat ex principijs neruorū et lacertorū faciei.
¶ Acetū in quo est decocta sinapis est mirabile.
¶ Dignius pro quo fit caputpurgium est auricula muris.
¶ Et precipiūtur intueri specula vt sit semper eorū intentio in rectificatione faciei: et specula conuenientiora eis sunt illa de calibe.

¶ De saltu.

¶ Saltus.i.iectigatio est motus lacertosus: et quādoque mouetur cum eis cutis adherens.
¶ Et accidit saltus ex accidentibus animalibus plurimum: vt gaudio ira tristitia etc.
¶ Saltus cum est cōmunis corpori nunciat apoplexiam et cuzen: et si perseuerat in myrach melancholiā et epilepsiam: et in facie torturam et ypocundrijs apostema in velaminibus.

¶ Fen tertia tertij. De anathomia oculi.



Glacialis humor melior est: et ipse ē humor clarus sicut grando.
¶ Glacialis humor positus est in medio: quoniam est dignior locus eis que sunt cum custodia.
¶ Et ipse scz sanguis non conuertit ad similitudinem eius quod nutrit: sed humoris vitrei integre.
¶ Albugineus est sicut superfluitas a substātia glaciali proueniēs: sed superfluitas clari clara est.
¶ Per albugineum graditur delatio luminis super glacialem: et fit ei sicut clypeus.

¶ De cognitione dispositionū oculi.

¶ Si homo videt occultū a lōge et ex propinquo similiter et non leditur ab eo quod ad ipsum redit a visibilibus fortibus est fortis complexionis et equalis.
¶ Et si non est impotēs in cōprehendendo propinquū

quis sit paruū et est impotēs in cōprehendendo lon
ginquū: tunc spūs eius est clarus sanus et paruus: et
dicūt medici qm̄ nō est sufficiēs dilatationi egredien
ti ꝓpter subtilitatem sui: ꝛ significāt per illud radiū
quem credunt esse de summa spiritus et quod egredi-
tur et obuiat visibili.
¶ Et si non est impotens in comprehendendo longin
quum ꝛ appropinquat ei illud quod est paruum non
videt ipsum: et si recedat ab ipso ſm quantitatem lō-
gitudinis videt ipsum: tunc spiritus est multus con-
turbatus non clarus neqꝫ subtilis immo humidus: ꝛ
dicunt medici quoniam non subtiliatur nec clarifica
tur nisi motu longo: et quando procedit radius ī mo-
tu subtiliatur et attenuatur.
¶ Et si debilitatur ī vtrisqꝫ dispositionibus: scꝫ qꝫ nō
bene videt prope nec longe: tunc eius spiritus est par
uus ꝛ turbidus.

¶ Curationes vniuersales.

¶ Et oportet vt scias qꝫ in egritudinibus materiali
bus in oculo est necessariū vt administretur minora-
tio nutrimenti: ꝛ acceptio eius quod generat humo-
rem laudabilē: ꝛ alienatio omnis vaporosi ꝛ omnis
cuius mala est digestio.
¶ Flobothomia venarū que sunt ī anterioribus ma
gis sunt iuuatiue in permutatione fienda ex loco: ꝛ q̄
sunt posterius magis iuuant in attractione.
¶ Ponit medicinas calefaciētes infrigidantes con-
strictiuas lenientes maturatiuas resolutiuas ꝛ stupe
factiuas a proprietate. ꝛ tu vide.
¶ Et cū euacuatio ꝛ mundificatio ꝛ regimen conue-
niens non iuuant: scias qꝫ tūc in oculo est complexio
mala fixa: aut materia mala inuiscata in tunicis cor
rumpens nutrimentū penetrans ad ipsum.

¶ De cōseruatione sanitatis oculi.

¶ Et scias qꝫ multiplicatio coitus est res nocibilior
oculo.

¶ Multitudo vniuscuiusq; duorum scz somni et vigiliarum est vehementer nociua oculo.
¶ Ex eis q̄ abstergūt oculū et acuūt ipm est submergi in aqua clara et aperire oculū in ipsa.
¶ De obtalmia et conturbatione.
¶ Obtalmia pro oīno.i.vera est apostema in cōiunctiua: nō vera fit ex causis extrinsecis: vt sole: fumo: puluere: et vento.
¶ Cuz in cerebro aggregant materie et repletio tūc vix euadit oculus quin obtalmiam incurrat: nisi fortis fuerit valde.
¶ Et ille cuiuscūq; oculi pminētes sunt exteri⁹ est susceptibilior magnitudinis obtalmie et fortioris eius.
¶ Et multotiens resoluitur obtalmia cum solutione nature.
¶ Scias q̄ in regionibus calidis et tpibus multiplicatur obtalmia et remouet velociter. Et infra. In frigidis autē minoratur: sed est praua.
¶ Et obtalmia velocioris status est in qua lachryme magis currūt: et que acutiorē habēt mordicationē: et tardioris status est que est magis sicca.
¶ Et lippitudo quidem est significatio vera maturationis. Et infra. Similiter cum palpebre conglutinari incipiunt sicut dum perseuerat cursus aquosus est initium ad hoc.
¶ De cura cōi specierū obtalmie.
¶ Flobothomia ex cephalica est cōueniens omnib⁹ speciebus obtalmie.
¶ Et niger color fit in dispositione egritudinis et celestis.i.viridis in dispositione sanitatis.
¶ Et opz vt ex toto elonget oleuz a capite patientis obtalmiā: qm̄ ipm est vehemētis nocumenti.
¶ Et albugo oui est laudabilior lacte: et si sit lac magis abstersiuum.
¶ Vti opio in doloribus a materia corrosiua procedentibus non est apud me malum vti: ipsum nanq; sa-

nat celeriter.
¶ Cum autem egritudo sit cronica: tūc flobothomia facienda est ex lachrymalibus.
¶ Et flobothomāde sunt ambe arterie que sunt post aures.

¶ De cura obtalmie calide.

¶ Et in generibus quidem lactis est virtus maturationis et in muscilagine psilij est cū repercussione maturatio quedam.

¶ De garab.

¶ Et garab quidem est fistula adueniens in angulis oculi domesticis.
¶ Que est recens curatur medicinis facilibus: cronice vero cura est cauterium.

¶ De zebel.

¶ Zebel est pāniculus accidēs ex inflatione venarū eius apparentiū in superficie cōiunctiue.
¶ Et zebel quidē est ex egritudinibus que hereditantur et permutātur de vno ad alium.

¶ De strabositate.

¶ Et multotiens quidē accidit strabositas post quasdam egritudines cerebri: sicut epilepsiam: carabitū: vertiginem: et similes istis.
¶ Et scias quod remotio oculi ad superiora et inferiora est illud quod facit videre vnam rem duas res: sed ad duo latera non infert visui nocumentū de quo sit curandum.

¶ De pediculis in palpebris.

¶ Materia pediculorū est humiditas putrida quam expellit natura ad partem cutis.

¶ De debilitate visus.

¶ Ponit opinionem medicorum scilicet quod visus fit extramittendo.
¶ Si vides cōturbationē corā foramine et nō sunt relique partes cōturbate significat quod cōturbatio est in albugineo et quod non est clarus.

¶ Et scias q omnis corruptio existens a siccitate fit fortis cum vacuitas adest: et apud exercitium resolutiuum: et apud euacuationes: et in hora meridiei: et ex humiditate contrario.
¶ Administratio pectinis super caput iuuatiua est: et proprie confert senibus.
¶ De imaginationibus.
¶ Imaginationes sunt colores qui sentiu͂tur corā visu ac si ipsi sint mixti in aere: et causa in eis est statio rei nō peruie inter glacialē et inter ea que vidētur.
¶ Et quādo cōtinuatur sanitas oculi et incolumitas eius qui habet imaginationes sex mēsibus est sm plurimū in securitate.
¶ Et imaginationes que sunt antecedentes aquam non cessant gradari in conturbatione visus vsq quo descendit cum eis aqua subito: et raro pertranseunt sex menses.
¶ Cū autē vides imaginationes remoueri et redire et addi et minui scias q nō sunt aquose.
¶ Et scias q ierapigra est mirabilis iuuamēti et similiter pillule auree.
¶ Et oportet vt sit mundificatio ex predictis sm secūdā mundificationū frequentiū valde.
¶ Et confert in principio aque flobothomia arteriarum post aurem.
¶ De alintisar.
¶ Alintisar est vt fiat foramen vuee latius q̄ est in natura.
¶ Quādoq est amplitudo oculi naturalis et nocet visui: videt enī res minores q̄ oportet vt videātur.
¶ Constrictio foraminis vuee si est naturalis est laudabilis: et si est accidentalis est deterior q̄ dilatatio.
¶ De aqua.
¶ Descensus aque est egritudo opillatiua: et est humiditas extranea stans in foramine vuee inter humorem albugineum et corneam: quare prohibet pene-

trare formas ad visum.

¶ Ponit φ ipse vidit vnum qui solo bono regimine ꝛ maxima abstinētia curatus est ꝛ redit ad ipsum visus eius bene.

¶ Et ɜm virtutē qñ succurritur aque in principio sui cōfert in ea regimē: illi aūt que cōfirmata est nō est cōueniens cura nisi cum instrumento.

¶ Dico φ iam experti hoīes veraces sunt fel vipere ꝛ non egit operationē veneni omnino.

¶ Et ad vltimum si aqua fuerit subtilis valde: aut grossa valde nō obedit cure cū instrumēto.

¶ Fen quarta tertij. De anathomia auris.



Uris est mēbrū creatū auditui. Et in fra. Et foramen quidē auris peruenit ad concauitatē in qua est aer stans: et superficies eius domestica est strata vilis nerui auditus.

¶ Cum peruenit vnda vocalis ad illud quod est illic comprehendit eam auditus.

¶ Et hic neruus in dispositionibus auditus est sicut glacialis in dispositionibus visus: ꝛ reliqua membra auris sunt sicut reliqua que circundant glacialem ad ad seruitiū eius.

¶ De nocumentis auditus.

¶ Destructio auditus natiua naturalis curationē nō habet ꝛ accidētalis cuius spaciū est elōgatū ꝑpinqua est desperationi: ꝛ est difficilis cure: recēs aūt ꝛ ꝑpinqui tpis que est ex tarax est recipiens curam.

¶ In dolore ῶo ꝛ grauitate cōicant oīa que sunt ex apostemate ꝛ materia vbicunqꝫ sint.

¶ Nocumenta auditus quandoqꝫ accidūt ɜm semitā crisium ꝛ ɜm semitam permutationis materie in fine egritudinū acutaꝝ: ꝛ qñqꝫ remanet post recessionem febris grauitas capitis: ꝛ quandoqꝫ fit nocumentum quod est huius capituli.

¶ De apostematibus in radice auris.

¶Et ipsum apostema factū in samac plus interficit adolescētes ꝙ iuuenes: qm̄ est in senibus leuius.

¶Ne intēdes ad curationē eius adhibēda stiptica ⁊ apocrustica in principio: inmo adiuues ad trahēdū materiā ad apostemata cū omni ingenio etiā cū ventosis si nō fuerit velocis attractionis.

¶Et oportet vt minores materiā cum minutione si ipsa fuerit necessaria.

¶Stercus caprini ⁊ adeps anseris ⁊ galline sunt cōuenientia in hac egritudine cū attractione ⁊ resolutione sua ⁊ ꝓprietate sua.

¶Fen quinta tertij. De anathomia nasi.



E cerebro quidē inest aeris attractio vt cōseruet aer calorem innatū in ipo sicut pulsus.

¶In duab⁹ extremitatibus nasi sunt duo transitus ad duos lachrymales: ⁊ propter hoc gustatur sapor alcofol in lingua.

¶Instrumentū quo fit odoratus est duo additamēta mamillaria que sunt in anteriori cerebro.

¶De nocumento odoratus.

¶Quādo odorat infirmus in egritudinibus acutis odores nō cōsuetos neqꝫ vsitatos neqꝫ ab aliquo habente odorē presentē: ⁊ cū hoc sentit odorē qui est sicut odor pisciū aut luti infusi aut butyri aut alterius: ⁊ sunt illic signa mala: tūc mors ꝓuenit.

¶Ille aūt qui sentit odorifera ⁊ nō sentit fetida nō cesses sibi facere caputpurgiū cū castoreo multotiens vsqꝫquo rectificetur eius dispositio.

¶De fluxu sanguinis ex naribus.

¶Et fluxus quidē sanguinis qui fit ex arterijs discernitur ab eo qui fit a venis subtilitate sua ⁊ rubedine ⁊ caliditate sua.

¶Et cursus quidē sanguinis ex naribus est ex dispositionibus que conferunt ⁊ que nocent.

¶ Iuuamētū fluxus sanguinis ex narib⁹ in pleuresi plus est q̄ꝫ fit in peripleumonia.
¶ Cū aūt multus fit fluxus sanguinis succedit citrinitas non consueta: aut plumbositas: aut effuscatio: et q̄uis retineat̄ eius tñ finis est nociuus.
¶ Et vl'r quidē ille in quo sup̄fluit fluxus sanguinis ex naribus est ꝯm timorē debilitatis epatis et ydropisis et reliquorum.
¶ Et flobothomia est melior res q̄ retinetur fluxus sanguinis nariū cū fit flobothomia subtilis ex latere eque distante cōi: ꝛ ꝓprie; qñ cōtingit sincopis.
¶ Ille aūt quib⁹ inest ꝓprietas sunt sicut est stercus asini ꝛ aqua albadarigi ꝛ aqua mente.
¶ Et nō opꝫ vt sit superfluitas in effundendo aquam vehementis infrigidationis: fortasse eñ coagulabit sanguinē ꝛ cōgelabit ip̄m in pāniculis cerebri.
¶ Iuiube faciunt saguinem turbidum: q̄uis non infrigidetur cum eis.
¶ Uētosa ꝟo sanguini dn̄ati resistere nō valet: imo ī primis fiat flobothomia leuis: deīde ponat̄ vētosa.
¶ Et opꝫ etiam vt stringantur extrema etiā ita vt testiculi ꝛ mamille ꝛ cōstrictio ambarum aurium est valde vtilis.
¶ Et scias ꝙ qñqꝫ viuit homo in fluxu sanguinis narium vsqꝫquo egrediantur ex eo .xx. libre: et vsqꝫ ad xxv. libras: deinde moritur.
¶ Et caseus recens humidus est ex cibis cōuenientibus in fluxu sanguinis narium.
¶ Uinū aūt cōfert inq̄ꝫtū cōfortat: ꝛ nocet inquantū excitat sanguinē: ꝛ cuꝫ non est necessarium scꝫ ꝓpter casum virtutis: tunc nō des ip̄m in potu.

¶ De corriza ꝛ catarro.

¶ Hee due egritudines cōicant in hoc ꝙ vnaqueqꝫ eaꝝ est cursus materiei ex cerebro.
¶ Et factus a frigore plurim⁹ est q̄ꝫ factus a calore.
¶ Et habētes cōplexionē calidā vehemētius sunt pa

rati ad recipiendū causas extrinsecas faciētes corri zam ꝙ habētes cōplexionem frigidā ⁊ humidam.
¶ Et habētes complexiones calidas in seipsis plus sunt securi ne accidat eis ex causis corporeis.i.intrinsecis ꝙ habentes cōplexiones frigidas.
¶ Et catarrus quidam frigidus maturatur fe. calidus ꝟo non iuuatur feb.
¶ Inquit Hipo.pluribus eorum quibus accidunt catarri non accidit spleni.
¶ Ingenia oīa in cura catarri indigent repulsiōe fastidij et dimissione repletionis ex cibo et vino.
¶ Et sternutatio est nociua in principio aduētus catarri et corrize prohibens maturationem humorum contentorum in cerebro qui nō maturantur nisi cum quiete: ⁊ cū hoc ipsa trahit ad ipm superfluitates alias ⁊ est post maturationē vltimi iuuamēti valde propter illud quod euacuat de superfluitatibus maturis.
¶ Et assiduet calefactionem capitis et elongationē eius a frigore.
¶ Nec dormiat in die et sitiat et famē patiatur ⁊ vigilet ꝙtū potest: qm̄ sunt initium cure.
¶ Et incipiat a fluxu vētris ⁊ extractione sanguinis: deinde cum fluxu vētris post ipsam: bonum em̄ est si necessitas exigit ambo simul.
¶ Et raro ꝗdē administret flobothomia ⁊ ꝓprie in principio nisi si nō tolleret illud ꝓpter multitudinē.
¶ Et illi in quo ꝑseuerāt catarri estate ⁊ hyeme pillule cochie sunt ex curis magis iuuatiuis.
¶ Motus membroꝝ inferiorum est valde iuuatiuus ad catarros.
¶ Ponit ꝙ in cura catarri a causa calida valet effusio fortiter infrigidātiū actu super caput. Et in frigida calefactio capitis cū pane calido vsq₃ quo sentiat calorē iam peruenisse ad cerebrū et conseruando caput ꝫm illā summam.
¶ Oleum fac in quātum potes ne caput tāgat nisi in

digeas infrigidatione fixa aut calefactiōe: et sit post euacuationem.
¶ Suffumigatio ex vernice valet ad calidum et frigidum simul: sed nigella et costus ad frigidum: tamariscus autem ꝛ rosa ad calidum.
¶ Et vinum quidem nō est conueniens eis.

¶ Ulcera in naso.

¶ Nasus est membrum humidius aure ꝛ siccius oculo.
¶ Oportet vt sint medicine exiccantes vlcera nasi minoris exiccationis ꝙ medicine exiccantes vlcera auris et vehemētioris exiccationis ꝙ medicine exiccātes vlcera oculi.
¶ Ulcerꝫ aūt ad q̄ currit materia acuta ꝛ mala fetida cura fit difficilis: ꝛ necessaria est euacuatio: ꝛ q̄nq̄ indiget solutiōe ventris ex yeris optimis.

¶ Emorroides in naso.

¶ Emorroides sunt carnes addite nascentes: ꝛ q̄nq̄ sunt molles albe ꝛ sine dolore et sunt faciles ad curādum: et q̄nq̄ sunt rubee aut fusce vehementis doloris et sunt difficilis cure: et precipue cum ex eis currit fetida sanies.
¶ Et cancer quidē vt in pluribus est nō hn̄s saniem et cursum ad pallatum immo est siccus ꝛ durus.

¶ De sternutatione.

¶ Sternutatio est motus ꝓprius cerebri ad expellēdū humorē aut materiā aliā cū auxilio aeris naribus attracti subito ꝑ viam nasi et oris.
¶ Et sternutatio quidam cerebro est sicut tussis pulmoni et eis q̄ sequuntur eum.
¶ Et sternutatio quidē est nociua in principio catarri et corrize ꝓpter necessitatē quietis quē habet humor in quo queritur maturatio.
¶ Et q̄nq̄ multiplicat̄ in febrib⁹ tm̄ qd̄ deijcit virtutē et replet caput sup̄fluitatibus.
¶ Q̄nq̄ excitat febribus schothomiā: quare oportet

vt sit festinatio in retentione eius.
¶ Et sternutatio quidez est ex reb9 magis iuuatiuis ad exiccandum caput.
¶ Sternutatio significat fortitudinem cerebri: ꝛ propter hoc ille cuius mors est proxima non potest sternutare.
¶ Et ille cui ex eis adhibentur ea q̄ sternutare faciunt: et nō sternutat: nō speratur vt sanetur vnq̄.
¶ Ipsa est ex eis que iuuant ad expellendum supfluitates retentas et faciunt partū facilem ꝛ egressiões leues ꝛ cedat grauitatem capitis.
¶ Ponit prohibentia sternutationum et etiā ipsam facientia. ꝛ tu vide.

¶ Fen sexta tertij canonis. De anathomia oris et lingue.


OS est vas vniuersale locutiõis ĩ hoĩe ꝛ vocificatiõis in reliquis aĩalib9 que vociferant ex sufflatu.
¶ Lingua est ex ĩstrumẽtis cõuersionis cibi masticati et incisio vel sculptura vocis: ꝛ extractio litteraꝝ ꝛ discretio gustus.
¶ Et melior linguaꝝ ꝯm potẽtiā bene loquẽdi est illa que cõmẽsurata est ĩ longitudine ꝛ latitudine sua: que est subtilis apud extremitatem suā exteriorem.
¶ Et quando lingua est magna lata valde aut parua fit spasmata habẽs eam nõ potest loqui.
¶ Et in lingua est ex venis et neruis vltra q̄ꝫ credatur esse in suo consimili.
¶ Et sub lingua sunt orificia et sunt fontes saliue q̄ ad carnem perueniunt glandulosam que est in radice eius et nominantur generatiue saliue ꝛ duo hauritoria saliue cõseruantes rorem lingue.

¶ De egritudinibus lingue.

¶ Et asperitas quidem lingue sequitur siccitatem: ꝛ planities sequitur humiditatem.

¶ Et opo2tunius quidem bibuntur lingue appropria ta post cibum.

¶ De mollificatione lingue.

¶ Sextarius est.ʒ.xj. ⁊ semis.
¶ Et quãdoqꝫ apostematur lingua ꝑpter potũ venenozum sicut fungozum ⁊ opij.
¶ Ponit de quodam cui apostema erat in lingua: et somniauit se tenere in oze succũ lactuce ⁊ fecit ⁊ sanatus est integre.
¶ Quãdo apparent in fe. acutis bothoz nigre in lingua mozitur infirmus in die secundo.
¶ Flobothomia nauqꝫ confert omnibus egritudinibus ozis calidis.

¶ De fetoze ozis.

¶ Si causa fetozis ozis est humoz colericus putrefactus in stomacho aut in toto cozpoze: tũc nõ est aliquid magis cõferẽs ei q̃ crisomilla humida ĩ ieiuno.

¶ Fen septima tertij canonis.

Sermo de dentibus.


Dentes sunt ex summa ossiũ quibus inest sensus propter illud quod venit ad eos ex neruis a cerebro ꝓcedentibus leuibus.
¶ Et accidit dẽtibus stupoz ⁊ est species dolozum eozum.
¶ Et accidunt spẽs apostematum ⁊ illud nõ est mirũ. Omne em̃ qđ recipit extẽsionẽ cũ augmẽto nutrimenti nõ elongat quin recipiat extẽsionẽ cũ superfluitate.
¶ Pozri enim vehementer nocent dentibus ⁊ gingine proprietate sua.

¶ De doloze dentium.

¶ Si doloz est in dente remouetur cum eradicatione: ⁊ quando est in neruo quandoqꝫ remouetur cum eradicatione ⁊ quãdoqꝫ non.

¶ De stridoze dentium.

¶ Stridoz dentium in somno est ei sicut spasmus: et

quādo multiplicatur indicat apoplexiā aut epilepsiā aut spasmū aut vermes in ventre: ⁊ iste est habēs vicissitudines.
¶ Congelatio est stupor quidā accidens denti ꝓpter causam retentam que est stiptica aut pontica proueniens ab intus vel ab extra: ⁊ qn̄qȝ fit ex imaginatione estimatiua cū presens est ille qui masticat acetum masticando cū transmissione.
¶ Fen octaua. De egritudinibus gingiuarum.



Um autem gingiua nō cessat suppurari ⁊ apostematur: ⁊ non sanatur: tunc indiget cauterio.
¶ Mollificatio gingiue.
¶ Flobothomia venarum labiorum cōfert ei.
¶ De labiis.
¶ Duo labia creata sunt ad cooperiendū os ⁊ dentes ⁊ ad decorem ⁊ ad retinendam saliuam: ⁊ in hominibus ad loquendum.
¶ Fen nona tertij. De anathomia gutturis.



Er guttur intelligimus spaciū in quo sunt meatus anhelitus ⁊ cibi: ⁊ de eo sunt additio q̄ est vna ⁊ due amigdale ⁊ galsamac.
¶ De suffocationibus ⁊ alhabahа: id est squinantia.
¶ Ex prefocationibus quidē flegmatica est magis incolumis: ⁊ eius sanatio est velocior ⁊ facilior: ⁊ quandoqȝ ꝓlongatur .xl. diebus.
¶ Et prefocatio quidē raro accidit ex melācholia.
¶ Et oē apostema prefocatiuū aut interficit aut mutatur materia eius aut collectionē facit ⁊ suppurat.
¶ Et oīs squināticus qui morit spasmat in primis.
¶ Et accidētia prefocationis in febribus acutis sunt mala valde: quoniam in eis est necessitas anhelitus vehemens.

¶ Et quando accidit prefocatio in die crisis est timorosum & perniciosum: nam crisis cũ apostematibus prefocatiuis est perniciosa ꝓculdubio.

¶ Non cõstringit anhelitũ aliquod apostematũ meri nisi qđ est in supremo eius: qđ ꝟo est sub hoc non ꝓhibet anhelitũ ꝗuis difficilis fiat: q2 non ꝓhibet vt nõ ingrediatur aer omnino.

¶ Cũ peruenitur ad hoc vt educat virtus que facit anhelitũ humiditates ad exteriora & apparet spuma tũc nõ est spes in ipso & nõ oportet vt curetur.

¶ Cũ tamẽ quãdoq accidit vt prefocatus spumet aliquando deinde sanetur & illud est cum illic est fortitudo & appetitus & nutrimentum.

¶ Et facies eius fit viridis & denigratur sinus oculorum eius aut pulsus minoratur & infrigidantur extrema tũc ipse moritur.

¶ Oportet vt euacuetur in principio vniuscuiusq illoꝝ materia faciẽs illud cũ flobothomia & solutione vẽtris: & vt attrahatur materia ad partem diuersam saltẽ cũ ventosis super loca longinqua opposita ei: & ligatione extremitatum dolorosa.

¶ Ponit de filo lane cum quo suffocatur vipera. & tu vide.

¶ Et lac quidẽ est ex medicinis sublimibus in principio & statu ꝓpterea qđ repellit & lenit & cedat dolorẽ.

¶ Gargarismata dolorosa postponãtur si est illic repletio timendo attractionem: immo ipsa administrẽtur post mundificationem.

¶ Et non postponatur flobothomia vene que est sub lingua: immo oportet vt aperiatur illa in eadem die saltẽ in dispositione separationis predicte scz flobothomie: intellige hũc canonẽ vt nõ sit repletio in toto sed sit supfluitas tm̃ in ꝑte gutturis sicut supra dixit.

¶ Et ex eis que sunt vehementis iuuaminis est inceptio administtationis clisteriorum fortiũ nisi febris ꝓhibeat: tũc enĩ sit contentus clisteribus lenibus.

¶ Et cum deglutitio sit difficilis ponãtur ventose super collũ apud spondilẽ secundã ⁊ dilatetur meatus ⁊ deglutiat illud qđ sorbet ex cibis: cunqȝ illud cõpleuerit remoueantur ventose.

¶ Et quãdoqȝ intromittitur in gutture cannula facta de auro aut argento et similibus adiuuando ad inspirandum.

¶ Et ex rebus quidem quas extrahit experimentum est ꝙ stiptica permixta composita non sunt magis iuuatiua ꝙ̃ singularia simplicia.

¶ Succus nucis recẽtis est ex melioribus medicinis horum apostematum.

¶ Cum igitur declinat egritudo administra vinum ⁊ balneum ⁊ embrocas.

¶ Et ex medicinis que ꝓprietatẽ ⁊ cõuenientes sunt in omni hora est stercus canis albũ ⁊ adhib. albũ ⁊ similiter stercus hoīs ⁊ ꝓprie infantis.

¶ Extremitates em̃ aĩalium cũ bonitate digestionis educũt feces parui fetoris.

¶ Yerapigra habet ꝓprietatẽ in deponẽdo humores q̃ sunt corã supremo oris stomachi ⁊ meri ⁊ gutturis.

¶ Cõpressio q̃dẽ est valde nociua in apostematibus.

¶ Ponit ꝙ in casu desperato ⁊ qñ creditur perditio futura: tũc illud per qđ speratur euasio est scissio canne: ⁊ ponit modũ scindendi ipsum.

¶ Et scias ꝙ hoī qui habet dolorem gutturis melius est fugere sermonẽ ex quocũqȝ fit dolore. Suffumigatio cũ ramis aneti est ex eis que stringunt vuã valde.

¶ Et oportet vt cum gargarisma fit cũ stipticis assiduetur ante gargarisma cum aqua calida. Illud em̃ preparat ipm vt stiptica in eo operẽtur: ⁊ lenit ipam ⁊ ꝓhibet stiptica indurari ipsam.

¶ Incisio nanqȝ cũ repletione est timorosa.

¶ Illius aũt incisio que subtilis est ⁊ longa sicut cauda muris equitãs super linguã absqȝ repletione ⁊ rubedine aut nigredine est parui timoris.

Bravo
Porco

Fen decima tertij canonis. De anathomia epygloti et canne pulmonis.



Et iuuamentum huiusmodi aeris preparati in pulmone est vt temperet sua euentatione caliditatem cordis: et vt restauret spiritum cum sua substantia preterque aer solus sicut estimant quidam conuertatur et fiat spiritus sicut non sola aqua nutrit membrum: sed vnumquodque eorum scilicet aeris et aque: aut est pars nutrimenti: aut est faciens penetrare lubricitate: sed aqua est ad nutriendū corpus et aer ad nutriendum spiritus.

Et in velamine id est dyafragmate sunt duo foramina: quorum maius est transitus meri et arterie magne: et per minus est transitus vene que vocatur alhabari.i. que oritur a dextro cordis et vadit ad epar.

De egritudinibus pulmonis.

Et multotiens quidem perducūt egritudines pulmonis ad egritudines epatis: sicut vehementia caliditatis aut frigiditatis eius ad ydropisim: et similiter velaminis.

Et administrationi medicinaruz pectoris inest forma propria. oportet enī vt administrātur pillule facte et electuaria in pluribus retinendo ea in ore et deglutiendo quod resoluitur ex eis paulatim vt prolongetur spacium in ore earum in pertranseundo cannam.

Et administra in omnibus illis medicinis scz in materia grossa et grossa et sicca aquam mellis: est enī faciēs eas penetrare et lenificat et abstergit.

Vinum dulce vehementer aperit opillationes pulmonis: sicut ipsum vehementer generat opillationez epatis.

Et crocus confert instrumentis anhelitus et facile efficit sputum valde.

Sermo vniuersalis de anhelitu.

¶ Motus anhelitus est voluntarius qui potest alterari cum voluntate a cursu naturali: ⁊ pulsus est motus naturalis purus.
¶ Ex nucha est origo velaminis: nascit̄ eñ plurimuꝫ eius ex pari q̄rto neruoꝝ nuche: ⁊ continuant̄ ei rami quinti ⁊ sexti: ⁊ alij nerui ad ip̄m venientes.
¶ Et omnis quidem malitia anhelitus aut ipsius cōstrictio: aut difficultas eius propter materiam additur apud resupinationem: ⁊ est media apud dormitionem super latus: ⁊ alleuiatur cū superventrē iacet aliquis et in prefocatione intrinseca ꝓhibetur apud resupinationem omnino.
¶ De asmate.
¶ Asma est egritudo pulmonis cuꝫ qua patiens non inuenit excusationē ab anhelitu frequēti: sicut est anhelitus quo laborat p̄focatus ⁊ festinatus.
¶ Hec egritudo cū accidit decrepitis nō forsitan sanatur neq̄ maturatur: quomodo eñ cū ip̄a in iuuenibus etiam sit difficilis ꝺm plurimum ⁊ augmentatur apud resupinationem.
¶ Hec egritudo est ex egritudinibus longis habens cū hoc paroxismos acutos ꝺm similitudinē paroxismorum epilepsie ⁊ spasmi.
¶ Et oportet vt elonget̄ inter cibū ⁊ potū ⁊ non satietur ex aqua subito: īmo pluribus vicibus.
¶ Et somnus post cibum est res nocibilior eis.
¶ Vitent potare post cibū siue sit aqua siue vinum.
¶ Inter medicinas ⁊ corpa sunt ꝓportiones que nō cōprehēdunt̄ nisi cū experimento: cū igit̄ experieris consequeris quod magis sit iuuatiuum.
¶ Catarrus ex debilitate substātie cerebri curationem non habet.
¶ Et scias ꝙ crocus est ex summa medicinarum malitie anhelitus ⁊ difficultati ip̄ius: q2 cōfortat instrumentum anhelitus ⁊ facilem ipsum efficit.
¶ De voce.

¶ Vocis factor est lacertus qui est apud epyglotum cũ mẽsuratione aptionis ⁊ expulsione aeris egrediẽtis ⁊ percussione: ⁊ eius instrumentum est epyglotus: ⁊ est corpus simile lingue fistule.

¶ Caliditas aũt magnificat vocẽ ⁊ frigiditas acuit et minorat eã: ⁊ siccitas asperat eã ⁊ facit eã similem vocibus gruũ: ⁊ humiditas facit eam raucam.

¶ Raucedo cum accidit: accidit ab humiditate pauca: ⁊ cum multiplicatur parum pertremit: ⁊ si multiplicatur plurimum destruitur.

¶ Vox raucessit ꝓpter multitudinẽ clamoris ⁊ attractionem humiditatis causa eius ad tunicã cooperiẽtem guttur et epyglotum.

¶ Raucedo que accidit decrepitis nõ sanatur.

¶ Et ille q̃ sentit initiũ abscisionis vocis opꝫ vt incipiat ad curandum anteq̃ꝫ fortis fiat.

¶ Et ficus sunt iuuatiue ad abscisionẽ vocis: siue fit a siccitate siue ab humiditate.

¶ Tussis est ex motibus quibus expellit natura nocumentum a membro aliquo.

¶ Et tussis quidem pectori est sicut sternutatio cerebro.

¶ Et scias q̃ꝫ quandoqꝫ egredit̃ cum tussi res petrosa similis ciceri aut grandini.

¶ Et tussis frequens plerũqꝫ perducit ad sputuꝫ sanguinis.

¶ Et scias q̃ꝫ res calide subtiliant materiam ⁊ nõ expuitur. Et res frigide sicut sirupus de papauere et pultes aggregant materiam ad spuendum ⁊ cum superfluunt congelant.

¶ Et sirupus ysopi non est conueniens nisi cum queritur abstersio congregati grossi: ipse nãqꝫ est abstersor bonus.

¶ Comprehensio anhelitus calefacit pulmonem cuꝫ facilitate in momento.

¶ De sputo sanguinis.

¶ In sputo sanguinis qđ est ex pectore nō est tantū timoris q̄ntū est in eo qđ est ex pulmone. Illud eñ qđ est ex pectore sanatur velociter: ꝛ si non sanatur non habet malitiam vlcerum pulmonis.

¶ Sputum sanguinis multiplicat̄ in demoniacis et in illis qui rixantur ab omni re.

¶ Caseus antiquus est nociuus eis: recens ꝟo confert eis.

¶ Et quādoq̄ȝ est eis cōueniēs vt in potu sumāt acetum mixtū cū aqua: ipm eñ ꝓhibet sanguinis cursuȝ ꝛ mūdificat partes pectoris ꝛ pulmonis ex sanguine si retinetur in ipo: quare non congelatur.

¶ Tyriaca recens est fortis opij ꝛ facit dormire ꝛ ꝓhibet commotionē tussis ꝛ sedat cursum materiei cū ingrossatione.

¶ Ex rebus expertis in abscindendo iteratione sputi sanguinis est masticatio portulace ꝛ deglutio aque ipsius.

¶ Factum autem ex corrosione est praue cure ꝛ difficilis: ꝛ est sicut illud de quo desperatur: nō eñ sanatur neq̄ȝ consolidatur nisi cū remotione malitie complexionis.

¶ De pleuresi.

¶ Non est pleuresis scȝ vera nisi apostema calidū in partibus pectoris aut in lacertis intrinsecis ꝛ in velamine cooperiēte pectus ꝛ in velamine distinguēte et est illud quod est purum.

¶ Aut fit in lacerto extrinseco apparente: aut in velamine extrinseco cum cōmunitate cutis ꝛ absq̄ȝ communitate ꝛ est non vera.

¶ Et maius istis ꝛ terribilius est illud qđ est in ipo velamine distinguente ꝛ est prauius eis.

¶ Omne apostema aut resoluitur aut induratur aut collectionem facit.

¶ Ponit ꝙ cū apostema transit ad saniē ꝙ qñq̄ȝ ipm recipit pulmo et fit peripleumonia aut ptisis; qñq̄ȝ

ipsum recipit concaua: et egreditur ad vrinam aut ad meatū fecis: quandoqz ad inguina aut post aures: et quādoqz post cerebrum et interficit.
¶ Et oportet vt virtus confortetur in hac hora vt fortis fiat ad tussim sputi. Hec nāqz operatio duabus cōcōpletur virtutibus: quarum vna est naturalis maturatiua et expulsiua: et altera est volūtaria expulsiua: et nisi cōfortētur possibile est vt deficiāt ad mundificandū.
¶ Et quandoqz accidit ex vehementia fe. frequentia anhelitus et viscositas sputi: et ex viscositate sputi vehemētia laboris et additio inflāmatione: et sic non cessant adiuuare se super malitiam.
¶ Veritas est qp ppinqua parti sinistre est deterior: sed est cōueniētor ad hoc vt maturetur et recipiat solutionē et pleuresis minoratur in decrepitis: et si forte accidit interficit pp̄ter debilitatem virtutum earum in spuendo et mundificando.
¶ Ponit quinqz signa vere pleuresis. Primū est fe. inseparabilis. Scđm est dolor pūgitiuus sub costis. Tertium est cōstrictio anhelitus. Quartū est pulsus serrinus. Et quintū est tussis. signa pleu: reticis.
¶ Pleuretici vrina est bone substantie et color est optimus.
¶ Ponit differentiā pulcherrimā inter pleuresim et apostema epatis: deinde peripleumoniā. et tu vide.
¶ Et apparitio fluxus sanguinis nariū est ex signis bonis vltimis in pleuresi.
¶ Et omnis pleuresis cuius dolor nō quiescit per sputum: neqz minutionē: neqz per alia: tunc spera ex ea saniositatem aut mortem ante ipsam sm̄ reliquas significationes.

¶ Sermo aggregatiuus de sputo.

¶ Laudabilius sputū est qđ est facilius et velocius et plurimū et magis maturū et albū planū equale in quo non est viscositas: immo equalitas substantie.
¶ Et omne sputum cum quo nō quiescit nocumentū

non est bonum.

¶ De peripneumonia.

¶ Peripneumonia est apostema calidũ in pulmone.

¶ Et peripneumoniũ quidem fit ab omni humore licet plurimũ eius fiat a flegmate facta ex genere coru. est interficiẽs ſm plurimũ sua acuitate: ꝛ quia vicina est cordi: ꝛ q2 parũ iuuatur ab eo qd̃ bibitur. ꝛ qd̃ loco emplastri superponitur.

¶ De pure ꝛ sanie.

¶ Et decrepiti quidẽ moriuntur ex empimate plusq̃ iuuenes ꝑpter debilitatẽ partiũ cordiũ ipsoꝝ.

¶ Et iuuenes moriũtur in doloribus plusq̃ decrepiti ꝑper vehementiã sensuũ ipsorum.

¶ Sputi saniei fit descensus in aqua ꝛ fetor eius super ignem. Flegma autem in aqua natat ꝛ nõ est fetens super ignem.

¶ Et ego iam vidi illum qui expuit in hora vna circa duas eminas paruas puris aut eminam magnam et plus medietate emine. Emina magna est. xx. ꝛ parua xvi. Et Galienus quidem testificatur q̄ quidã empicus expellebat oñi die circa quinquaginta. ℥. ꝛ sunt fere nouem cotile.

¶ De vlceribus pectoris ꝛ pulmonis.

¶ Magis sana hoꝝ vlcerũ sunt vlcera pectoris. Et infra. Quõ ipm est carnosum: ꝛ carnosum est magis susceptibile cõsolidationis.

¶ Illa autem vlcera velaminis que penetrant nõ cõsolidantur: nisi succurratur eis in principio ꝛ non dimittantur apostemari: nam cũ apostemantur ꝛ cronica fiunt non sanantur.

¶ Galienus estimauit q̄ motus solus nõ ꝓhibet cõsolidationem nisi adiungantur ei reliqua ꝓhibentia ꝛ signum est quoniã velamẽ eius mouetur: ꝛ quãdoq3 sanãtur vlcera eius.

¶ Nam cura vlcerum omniũ est exiccatio ꝛ ꝓprie huiusmodi vlcerũ ad qd̃ veniunt humiditates desuper

et de subtus: et ego iam vidi mulierem vixisse in ptisi xxiij. annis aut plus parum.

¶De cura apostematū pectoris et pulmonis.

¶Ex rebus cōmunibus est flobothomia: sed in principio ex latere diverso.

¶Inquit Galie. Si febris fuerit fortis valde tūc time solutiuū et sis cōtentus flobothomia: in ipa nanqꝫ non est timor: aut timor eius est minor: et in solutione est timor magnus: ipm eni quandoqꝫ mouet et quandoqꝫ nō soluit: et quādoqꝫ superfluit.

¶Et melius abstergētiū mundificantiū est aqua mellis si non est apostema in reliquis visceribus: et post ipm est vinū dulce et ꝓprie albū: ipm eni est magis adiuuans ad expuendum: sed nō oportet vt bibatur in pleuresi et peripleumonia nisi post maturationē vbi tamē epar et splen nō infirmarentur.

¶Et aqua mellis est magis vltima in humectādo: et aqua hordei in confortando.

¶Cura pleuresis.

¶Cura eius est flobothomia si sanguis fuerit vincens. Et infra. Si est humor alius euacua non cū eis que sunt sicut mirabolani neqꝫ in quo est stipticitas: immo cū eis in quibus est cū solutione lenificatio: sicut violis māna et similibus: et soluātur in nocte.

¶Si declinatio doloris fuerit ascēdens ad furculā et toracē: et qd est super ea tūc flobothomia est melior: et si ad partem ypocūdriorꝫ tūc necessaria est sola solutio: aut cum flobothomia ꝯm necessitatē: et ex eis que significāt tibi necessitatē euacuationis est ꝙ inuenis euaporatio et emplastratio nō cedant dolorē: aut inuenis eas ex eis que augmentāt ipm: nam illud significat repletionē in toto corpore.

¶De cura doloris pectoris.

¶Et scias ꝙ dare in potu aquam frigidā est inconueniens huic egritudini et omnibus apostematibus intrinsecis.

¶ Et ex eis quidem que multiplicant sputum est dormire super latus infirmum.
¶ Et emplastra humida sunt conuenientiora ei qui trahit ad rubedinē: id est colerā: ⁊ sicca ei qui trahit ad flegmatis ꝓprietatem.
¶ Emplastra humida cum non iuuant nō nocent: ⁊ si quos nocent magnifice.
¶ Ex ventosis enim cum ponuntur super locum dolorosum apparet iuuamentū maximū: ⁊ quandoq̧ cedatur dolor omnino: ⁊ quandoq̧ trahitur ad partes extrinsecas.
¶ Qui artem verificauerunt.i.probati medici confidunt in seipsis in hoc timent ⁊ ponunt loco eius scilicet mellis zuccarum.
¶ De cura ptisis.
¶ Et non est in mūdificatiuis absterſiuis in hmōi aliquid sicut mel: ipm em̄ est mundificatiuū ⁊ cibus dulcius a natura ⁊ nō nocet vlceribus.
¶ Et si non timerem dici mendax narrarem mirabilia ⁊ referrem summā zuccari rosati: qua vsa est mulier ptisica. Nam dum ad ipsam qui perueniret ad mortem ⁊ vocaretur: prepararent ea que morti necessaria sunt: quidam frater eius curauit eam hac cura ⁊ reuixit: ⁊ curata est ⁊ impinguata: ⁊ non est possibile vt dicam summam eius quod comedit de zuccaro rosato.
¶ De lactibus magis cōueniēs est lac mulieris suctū ex mamilla: deinde lac asinaꝝ ⁊ lac capraꝝ ⁊ lac equinum: sed non est ei conglutinatio ſm qđ existimo: in lacte aūt ouino ⁊ vaccino est grossitudo.
¶ Oportet vt ex asinabus eligantur ille que a partu elongate sunt quattuor aut quinq̧ mensibus.
¶ In lacte autem caprino melius est vt misceatur cū recenti mulso aliquid aque ⁊ igneātur lapides ⁊ ꝓijciantur in ipsum multotiens donec coquatur ⁊ auferatur eius aquositas: ⁊ hec est melior decoctio q̄ de-

coctio super ignem.
¶ Ad hoc autē est necessariū cum vehemēs est fe. et vētris solutio: et est ei iuuatiuū valde. Et est ad hoc lac acetosum a quo extractū est butyrum.
¶ Et melius est vt comedant carnes auiū assatas: vt sint vehemētioris exiccationis et incarnationis.

¶ Fen vndecima tertij. De anathomia cordis.


On inuenit pāniculus cōpar in spissitudine panniculo in quo positū est cor vt sit ei clypeus et tutamen.
¶ In corde sunt tres ventres: scilicet duo magni et vēter quasi medius quē Galienus nominat foueam aut meatum non ventrem.
¶ Et cor quidē est positum in medio medij pectoris: et declinat parum ad sinistram.
¶ Et si aliqua animalia sint magni cordis et sunt cum hoc pauida et timida sicut lepores et cerui: tunc causa est: quia calor eorum est paruus et exiccatur ex eo res plurima: quare non calefacit ea integre: et illa q̄ sunt parui cordis et cum hoc et audacia: ideo sunt quoniā caliditas in ipsis est plurima et coartatur et fit vehemens.
¶ Uerum illa que plurimum sunt audacia sunt ea que sunt magni cordis.
¶ Et cor quidem nō tolerat nocumentū doloris neq̄ apostema.
¶ Et quādoq̄ inuenit in quibusdā animalibus magni corporis os magnum et ꝓprie in bobus: et hoc est decliue ad cartilaginem: et illud quod plus et maius in duritie reperitur est in corde elephantis.
¶ Et iam repertum est cor cuiusdam symij habēs duo capita.

¶ De egritudinibus cordis.

¶ Qñq₃ sunt inter panniculum cordis et corpus ei⁹ humiditates que qñq₃ multiplicãtur ꝛ coartãt cor a dilatatione et interficiunt.
¶ Cũq₃ confirmatur in corde malitia complexionis non recipit curam et cum non est confirmata est facilis cure.
¶ Cor autem longinquius est ad hoc vt tolleret solutionem sui ꝙ apostema.
¶ Quando accidit corpori ipsius cordis solutio ꝛ penetret vsq₃ ad vẽtres interficit statim: ꝛ si nõ est penetrãs fortasse postponitur eius interfectio vsq₃ ad diẽ secundam.
¶ Ponit ꝙ aliqñ patitur cor ex debilitate cerebri: et q̃ꝛ debilitatur lacertus faciens anhelitum.
¶ Ponit ꝙ qñq₃ a cerebro ad cor ꝑ viam arteriaru₃ venit humor melãcholicus excitans tremorẽ cordis casu₃: ꝟtutis tristitiã: malitiã cogitatiõis ꝛ angustie.
¶ Ponit ꝙ si ex cerebro ad cor ꝑ viam arteriaꝝ ꝑuenerit ex humore humido facit accidere obliuionem ꝛ pigritiam et casum festinationis.
¶ Ponit pulchram cooperantiã epatis ꝛ splenis ad cor in qualitatibus. ꝛ tu vide.
¶ Tremor nãq₃ cordis sequitur omnes species debilitatis cordis ꝛ malitie cõplexionis ipsius ꝛ nõ significat rem puram in ipso.
¶ Et qñq₃ ꝑuenit calor purus. i. incensus aut frigus purũ ad cor et moritur ille cuius est
¶ Et qñq₃ vidi congelatum loqui et iam moriebatur cum sudore et sine sudore.

¶ De canonibus vl'ibus in curatione.

¶ Cor est membrum principale prius omni principali et sublimius eo.
¶ Plurime repletionũ cordis nõ sunt nisi ex sanguine ꝛ vapore a nocumẽto quoꝝ duoꝝ simul liberat flobothomia.
¶ Et repletionẽ quidẽ sanguineam remouet flobo-

thomia basilice dextre: sed repletionē vaporosam flobothomia basilice sinistre.
¶ Ponit quod radix caliditatis innate est spiritus et ramus eius est corpus ipsius cordis.
¶ Non inuenimus sapientes antiquos euacuasse curationem malitie complexionis calide cordis ac permixtione medicinarum frigidarum cum cordialibus calidis confidentes quod natura si fuerit fortis discernet inter infrigidatiuum et calefactiuum et afferet infrigidatiuum cordi et calidum spiritui et temperabit illud et quandoque istud.
¶ Ponit quod buglossa confortando spiritum cū proprietate sua proxima est equalitati.
¶ Ponit quod vsus coitus valet vbi cū mala complexione cordis humida fuerit caliditas.

¶ De tremore cordis et causis eius.

¶ Tremor cordis est mot⁹ tremulus accidens cordi.
¶ Omnis cōplexio dñans facit debilitatē: et ois debilitas efficit in corde dū pseuerat ī ipo residuū virtutis agitationem quandā quasi ipsum expellat a seipo aliquod nocumentum.
¶ Et tremor quidem cordis qñ supfluit pmutatur ad sincopim: et qñ magis supfluit pmutat ad mortē.
¶ Et tremor cordis qui sanguineus est adiuuat coitu: et infrigidatio est ecōuerso.
¶ Et ad vltimū ois medicina odorifera ē cordialis.
¶ Zuccarum additionē efficit in nausea.

¶ Cura tremoris cordis calidi.

¶ Acetositas citri et limonis est in hoc res magis innatiua.
¶ Super buglossam xpo sis audax et non timeas malitiam eius et vtere ea in oi quod in potu tribuis et in cibo das.
¶ Ponit quod qñque cōfert ei potare pondus ℥.ſ. de reubarbaro sceui in aqua frigida diebus cōtinuis.
¶ Ponit certū medicamē dandum in principio mē

fis ꝛ medio et fine eius.

¶ De spēbus sincopis ꝛ causa mortis subite.

¶ Sincopis est destructio maioris ꝑtis pluriū virtutum scꝫ motiue et sensibilis.

¶ Et debiliores quidē hoīes ad tolerādū famē sunt cōpati ad hoc vt neqꝫ sint infirmi neqꝫ sani sicut infantes ꝛ pueri decrepiti et cōualescentes.

¶ Causa sincopis qn̄qꝫ est applicatio ꝟtutis cōtrarie substātialiter cōplexioni cordis et spūs: sicut olfatus fetoris ꝛ pestilētia aeris ex cadaueribus et penetratione ꝟtutū venenoꝝ ad cor: ꝛ qn̄qꝫ ꝓpter arterias.

¶ Et etiā qn̄qꝫ accidit sincopis causa vermiū q̄ ascendunt ad os stomachi.

¶ Nam cū in cerebro accidit opillatio integra ꝛ est apoplexia fit sincopis ꝓculdubio.

¶ Dolor aūt facit cōtingere sincopim: qꝛ supflue resoluit spiritū. Et infra. Et in fine ꝓpter vehementiā infrigidationis cordis.

¶ Et scias ꝙ stomachꝰ ē mēbrū ꝓpinquū loco cordis.

¶ Ponit ꝙ debilitas oris stomachi aut effusio rei ad ipm est causa sincopis illius q̄ flobothomatꝫ.

¶ Et causa quare aliquis patitur in prima flobothomia sui est: qꝛ subitū est quod non consueuit.

¶ Ponit curam valde longā de sincopi ꝑm diuersitatē causarū ipsam faciētiū. et tu vide.

¶ Et scias ꝙ virtus augmētatꝫ cibo ꝛ vino subtili cōuenientibus odoribus bonis et tranquillitate ꝛ gaudio ꝛ dimissione eoꝝ que cōtristantꝫ ꝛ rixari faciūt et renouatione rerū amabiliū ꝛ habitatione cū dilectis.

¶ Fen. xij. tertij ca. De anathomia mamillaꝝ.



Amilla est membrum ad generādum lac creatum vt nutriatur eo nouiter natus in introitu sue natiuitatis et vsqꝫquo confirmetur et crescat eius virtus ꝛ fiat conueniens ad digerendum cibū fortem ꝛ solidum.

¶ Mamilla est ex carne glandulosa cui non est sensus albi coloris.

¶ Cōparatio mamille ad lac generatū ex sanguine est cōparatio epatis ad sanguinē generatū ex chilo.

¶ Et propter suā albedinē albificatur illud qđ nutrit ipam: ⁊ albificat illud qđ ab ea superfluit ⁊ fit lac.

¶ De exuberatione lactis.

¶ Lac multiplicatur multitudine sanguinis boni et minoratur diminutione causarum sanguinis aut diminutione bonitatis eius.

¶ Et scias q̄ oē qđ facit exuberare sperma: exuberare facit in pluribus corporibus lac sicut semē papaueris ⁊ vber capre ⁊ ouis ⁊ ecōuerso sicut semē canabis.

¶ De ꝓhibitione lactis superflui.

¶ Lac quando superfluit plurimū nocet ⁊ apostemat ⁊ affert etiā egritudines.

¶ Et qñqꝫ aggregat lac in corporibus virorum: ⁊ proprie in puberibus ita vt rotūdentur mamille eorum.

¶ Et qñqꝫ aggregat lac in mamilla sine impregnatione ⁊ ꝓprie qñ retinent mēstrua: cōuertit eni materia que nō expellit ⁊ peruenit in vbere: ⁊ fit lac.

¶ De caseatione lactis in mamilla.

¶ Qñqꝫ lac caseatur in mamilla propter caliditatem exiccatiuā: ⁊ qñqꝫ ꝓpter frigiditatē congelantē.

¶ Fen decimatertia tertij canonis. De anathomia meri ⁊ stomachi.



T vomitus quidē cōpletur cum tunica extrinseca sola quapropter est difficilis.

¶ Nam substātia meri similior est lacerto: ⁊ substantia stomachi similior est neruis. Et aduenit ori stomachi ex neruis cerebri ramus acquirere faciēs ipsum sensum vt percipiat famē ⁊ diminutionē: ⁊ illo quidē nō indigent reliqua que sunt post os stomachi.

¶ Ponit q̄ syphac est panniculus immediatus intestinis continens ea; ⁊ mirach est in tunica extrinseca

in qua sunt lacerti adiuuantes ad expressionem intestinorum ꝛ vesice.
¶ Et scias ꝙ stomachus nutrit tribus modis. Unus est quo fouetur cibo adhuc in eo existente. Et scđs est eius qđ ad ipm venit de nutrimento in venis. Et tertiũ est eius qđ ad ipm effundit tpe famis vehemẽtis ab epate ex sanguine rubeo puro ꝛ nutrit ipm.
¶ Ponit de quodã qui habuit retentionem vermium in meri vnde fiebat difficilis transglutio ꝛ ipsis euacuatis facta est facilis.
¶ De cõplexionibus stomachi naturalibus.
¶ Signa calide cõplexionis naturalis in stomacho sunt: qꝛ bene digerit cibaria fortia sicut carnes vaccinas ꝛ anserinas ꝛ ꝙ corrumpũtur in ipso cibi subtiles leues sicut caro pulloꝝ ꝛ lac.
¶ De egritudinibus stomachi.
¶ Et scias ꝙ ira aut tristitia aut alia passio animalis est ex eis que mouẽt materiã ꝛ effundit eã ad stomachũ ꝛ facit accidere ad mordicationẽ que non remouetur nisi vomitu.
¶ Et plurimũ quidẽ qđ si inuenitur in stomacho aut generatur in ipo ex humoribus est flegma.
¶ Usus medicinaꝝ ꝛ vt assuescat stomachus vti adiutorio medicine in operationibus suis ex causis est egritudinum stomachi.
¶ Et stomachus quidẽ vehemẽtis sensus paratus est ledi ꝛ impediri a qualibet causa generatiua humoꝝ: ꝛ nõ est aliquid ita vaporosum vt fructus.
¶ Et quandoq; plurima repletio stomachi facit eos pati subeth prolixam perdurantẽ vsq;quo vomant et excitẽtur ꝛ surgant.
¶ Et scias ꝙ egritudines stomachi quãdo ꝓlongantur perducũt ad raritatẽ texture villoꝝ eius ꝛ fit difficile succurrere ꝛ medicari.
¶ Stomachus enĩ fortis declinat ad pinguia.
¶ Cunq; autem bonitas adest gustus ꝛ est sanus non

eligit saporem supra dulcem.
¶ Et mordicatio quidē excitat famē vehementē.
¶ Et scias q̄ appetitus nutrimēti cōicat oībus mē-
bris ⁊ est naturalis. Amplius appropriatur stoma-
cho appetitus aīalis ⁊ sentit cum eo.
¶ Acescit eīm mustū qn̄ infrigidatur ⁊ acescit qn̄ fer-
uet a caliditate debili.
¶ Plurime igitur egritudines stomachi sunt frigi-
de ⁊ color stomatichoꝝ est plumbeus.
¶ Malitiā complexionis calide stomachi significat
sitis: nisi superfluat ⁊ deijciat virtutē. Et infra. Verū
digestio est fortis: nisi superfluat malitia complexio
nis vsq̄ ad hoc vt debilitētur virtutes.
¶ Malitia complexionis frigide stomachi quādoq̄
perducit ad ydropisim ⁊ iliacam.
¶ Et super colorē quidē habētis stomachū frigidum
apparent citrinitas ⁊ albedo: ⁊ nō occultātur experiē
ti: ⁊ ex melioribus curis est ameos.
¶ Cura malitie cōplexionis in qualitatibus actiuis
facillima est: q2 facile inuenimus medicinas contra-
rias eis vehemētis virtutis. in passiuis vero est difficil
lima ⁊ ꝓprie cōplexionis sicce.
¶ Spaciū calefaciēdi frigidū est sicut spaciū infrigi
dādi calidū: sed timor in infrigidādo est maior: ⁊ pro
prie cū mēbra vicinātia habēt malitiā complexionis
frigidam aut debilitatem.
¶ Timor in humectando ⁊ exiccādo est similis: q̄uis
spacium humectandi sit longius.
¶ Cum materia egritudinis stomachi est ambigua
tūc nō est qđ magis cōferat q̄ yerapigra: sed cū eius
malitia est sine materia: tūc ip̄a nocet calido ⁊ sicco.
¶ Et cōstrictio extremitatū ⁊ calefactio eaꝝ adiuuat
in retinēdo illud qđ effunditur ad ip̄m ab eis.
¶ Et qn̄q̄ positio ventosaꝝ super stomachū in dolo-
ribus frigidis maximū affert iuuamentum.
¶ Et pisces recentes proprie cedant inflationem in

in qua sunt lacerti adiuuantes ad expressionem intestinorum et vesice.

¶ Et scias quod stomachus nutrit tribus modis. Unus est quo fouetur cibo adhuc in eo existente. Et secundus est eius quod ad ipsum venit de nutrimento in venis. Et tertium est eius quod ad ipsum effundit tempore famis vehementis ab epate ex sanguine rubeo puro et nutrit ipsum.

¶ Ponit de quodam qui habuit retentionem vermium in meri vnde fiebat difficilis transglutio et ipsis euacuatis facta est facilis.

¶ De complexionibus stomachi naturalibus.

¶ Signa calide complexionis naturalis in stomacho sunt: quia bene digerit cibaria fortia sicut carnes vaccinas et anserinas et quod corrumpuntur in ipso cibi subtiles leues sicut caro pullorum et lac.

¶ De egritudinibus stomachi.

¶ Et scias quod ira aut tristitia aut alia passio animalis est ex eis que mouent materiam et effundit eam ad stomachum et facit accidere ad mordicationem que non remouetur nisi vomitu.

¶ Et plurimum quidem quod si inuenitur in stomacho aut generatur in ipso ex humoribus est flegma.

¶ Usus medicinarum et vt assuescat stomachus vti adiutorio medicine in operationibus suis ex causis est egritudinum stomachi.

¶ Et stomachus quidem vehementis sensus paratus est ledi et impediri a qualibet causa generatiua humorum: et non est aliquid ita vaporosum vt fructus.

¶ Et quandoque plurima repletio stomachi facit eos pati subeth prolixam perdurantem vsque quo vomant et excitentur et surgant.

¶ Et scias quod egritudines stomachi quando prolongantur perducunt ad raritatem texture villorum eius et fit difficile succurrere et medicari.

¶ Stomachus enim fortis declinat ad pinguia.

¶ Cumque autem bonitas adest gustus et est sanus non

eligit saporem supra dulcem.
¶ Et mordicatio quidē excitat famē vehementē.
¶ Et scias ꝙ appetitus nutrimēti cōicat oībus mē-bris ꝛ est naturalis. Amplius appropriatur stoma-cho appetitus aīalis ꝛ sentit cum eo.
¶ Acescit eñ mustū qñ infrigidatur ꝛ acescit qñ fer-uet a caliditate debili.
¶ Plurime igitur egritudines stomachi sunt frigi-de ꝛ color stomatichoꝝ est plumbeus.
¶ Malitiā complexionis calide stomachi significat sitis: nisi superfluat ꝛ deijciat virtutē. Et infra. Verū digestio est fortis: nisi superfluat malitia complexio nis vsq; ad hoc vt debilitētur virtutes.
¶ Malitia complexionis frigide stomachi quādoq; perducit ad ydropisim ꝛ iliacam.
¶ Et super colorē quidē habētis stomachū frigidum apparent citrinitas ꝛ albedo: ꝛ nō occultātur experiē ti: ꝛ ex melioribus curis est ameos.
¶ Cura malitie cōplexionis in qualitatibus actiuis facillima est: q2 facile inuenimus medicinas contra-rias eis vehemētis virtutis. in passiuis vo est difficil lima ꝛ ꝓprie cōplexionis sicce.
¶ Spaciū calefaciēdi frigidū est sicut spaciū infrigi dādi calidū: sed timor in infrigidādo est maior: ꝛ pro prie cū mēbra vicinātia habēt malitiā complexionis frigidam aut debilitatem.
¶ Timor in humectando ꝛ exiccādo est similis: ꝙuis spacium humectandi sit longius.
¶ Cum materia egritudinis stomachi est ambigua tūc nō est qđ magis cōferat ꝙ yerapigra: sed cū eius malitia est sine materia: tūc ip̄a nocet calido ꝛ sicco.
¶ Et cōstrictio extremitatū ꝛ calefactio eaꝝ adiuuat in retinēdo illud qđ effunditur ad ip̄m ab eis.
¶ Et qñq; positio ventosaꝝ super stomachū in dolo-ribus frigidis maximū affert iuuamentum.
¶ Et pisces recentes proprie cedant inflationem in

stomacho ⁊ aqua frigida ⁊ fructus recentes ⁊ cucumeres ⁊ persica.
¶ Et scias ꝙ calefactio extremitatū perducit ad calefactionem stomachi ex ꝑrimo.
¶ Cura cōplexionis sicce in stomacho curationi ethice ꝑrima est. Hec eñ egritudo est quedam ethica stomachi ⁊ nō est possibile vt occupatio sit ad humectandum ipsum solūmodo: immo humectatio eius non fit nisi cū cōmunitate corporis.
¶ Et ex eis que maximū afferūt iuuamētum: scilicet stomacho frigido ⁊ sicco est amplexari infantem carnosum sane complexionis: quoniam ipe facit stomachum acquirere caliditatē innatam digerentē cibum vehementer: ⁊ ꝑrima huic sunt catulus pinguis ⁊ catulus masculus.
¶ Si humor est imbibitus intrans ⁊ non est nisi subtilis in essentia sua: tunc melius quo curatur est aloes ablutum rectius est ad confortandum ⁊ non ablutum ad purgandum.
¶ Et aloes quidem est cōueniens in euacuationibus stomachi.
¶ Et scamonea est nociua stomacho ⁊ inimica ei: nō igitur audeas dare ipam nisi cū necessitas adest.
¶ Aqua ferri mineralis: aut in qua extinguitur ferrum ignitum multotiens est adiuuatiua stomachi humidi hominis.

¶ Res nocentes stomacho ⁊ intestinis.

¶ Ex rebus magis inimicis stomacho est repletio: et ꝑpter illud non augetur corpus gulosi: qm̄ cibus eius nō digeritur quare nō crescit ex eo corpus.
¶ Scias ꝙ prohibitio fecis ⁊ ventositatis ad ingrediendum est maximi nocumenti.
¶ Et oīa olea mollificāt stomachū: sed ex eis magis conueniens et magis sanū est oleū de oliuis ⁊ oleum de nucibus ⁊ oleum de fisticis.
¶ Et lac quidē est nociuū stomacho ⁊ similiter medul

le ꝛ cerebella ꝛ ex potibus grossus nouus.

¶De signis malitie complexionis calide.

¶Grossi cibi digeruntur plusq̄ digerātur in illa scʒ naturali nisi supfluat et deijcit virtutē.
¶Et scias q̄ ille cui⁹ stomachus est igneus sanguis eius est paucus malus fetidus et acutus quem abhorrent membra diuersa ei in complexiōe radicali: quia non nutriuntur illo: fit ergo ille pauce carnis.
¶Et ex eis que conferunt doloribus stomachi cum proprietate ſm qd̄ testat̄ Galienus sunt cutes intrinsece stomachorum gallinarum.

¶De debilitate stomachi.

¶Et scias q̄ debilitas stomachi fortasse est cā omnium egritudinum corporis.
¶Ueritas est q̄ debilitas stomachi sequitur omneʒ malitiam complexionis: quare opʒ vt cognoscat̄ cōplexio: deinde apponatur ei cura.
¶Et solutio ventris est ex eis que debilitant stomachum ꝛ fit cum ea soda.
¶Et scias q̄ fortitudo stomachi fixa est cum fortitudine omnium virtutum quattuor: quecunq̄ igitur earum debilitetur debilitat stomachum.
¶Attractiua debilitatur frigore et humiditate ſm plurimum: retentiua cōseruatur ſm plurimum cuʒ siccitate cum declinatione ad frigiditatē: expulsiua cū frigiditate et humiditate: et digestiua per caliditatem et siccitatem.
¶Et scias q̄ deterior debilitas stomachi est illa que contingit in rarificatione texture villorum eius.
¶Et debilitas quidem virtutis alteratiue stomachi perducit ad ydropisim carneam.
¶Et quandoq̄ est nauseatiua satietas propter multitudinem somni et quietis: nam somnus quāuis cōferat inquantum digerit: tamē motus confert inquātum expellit superfluitates.

¶ Et somnus quidem nocet vbi egent superfluitates expulsione: et vigilie nocent vbi indigent materie digestione.

¶ De destructione appetitus.

¶ Et frigus quidē vehemētius ptinet ad appetituz.

¶ Quod si confirmetur malitia complexionis debilitabit virtutes omnes.

¶ Et quando superfluit solutio vētris vehemens: fit appetitus cum superfluitate.

¶ Et cum appetitus cōualescentium non est bonus et cadit significat recidiuationē nisi fit ꝓpter paucitatē sanguinis et debilitatē corpis: cōsidera ergo illud.

¶ In febribus toleratur dimissio cibi tempore extēso: quoniam natura non fugit ex venis: neqꝫ vene ex stomacho: propterea q natura laborat ad expellendum et refugit ab attractione.

¶ Vrsus et ericius et plurima animalia abstinēt a cibo in hyeme tēpore extenso: qm̄ occupatur natura in rectificādo illud quod est in corporibus eorum ex humoribus crudis et dirigendo ipsum et administrando ipsum loco eius quod dissoluitur.

¶ Et ad vltimum necessitas cibi est vt suppleat locuz eius quod resoluitur: cum igitur non est resolutio aut est resolutio parua non est necessarius cibus extrinsecus.

¶ Et nō debilitatur ꝟtus appetitiua post euacuationē tm̄: imo apud oēm malitiā cōplexionis superflue.

¶ Et quādoqꝫ accidit destructio appetitus ꝓpter pregnationē et retentionē menstruorum in principio impregnationis. Et infra. Qui consuetus est bibere et dimittit illud facit similiter.

¶ Et qn̄qꝫ fit casus appetitus ꝓpter paruitatem sanguinis quē sequitur debilitas ꝟtutū: sicut accidit conualescentibꝰ: hic nāqꝫ appetitus redit cū viuificatione et reditione sanguinis paulatim.

¶ Et febricitanti quidē redit appetitus eius cum ac-

ceptione panis infusi in aqua frigida.
¶ Et casus quidem appetitus in egritudinibus cronicis est significatio valde mala.
¶ Et oportet vt alienetur cum cibarijs eorum crocus omnino verum salita consueta sunt plus prouocãtia appetitum.
¶ Et scias ꝙ vomitus mũdificans cuꝫ facilitate est medicamen mirabile ei cuius appetitus prostratus est in dulcibus et vnctuosis: et est contentus in appetendo acetosa et acuta.
¶ Et scias ꝙ omnia olea ⁊ vnctuosa ⁊ ꝓprie butyrũ prosternunt appetitum.

¶ De corruptione appetitus.

¶ Quãdo in stomacho aggregatur humor malus diuersus a consueto in qualitate sua natura: tunc requirit aliquod contrarium: ⁊ contrarium diuersum a cõsueto: diuersum est nõ consuetum: fugantia nãqꝫ sunt extrema.
¶ Pregnantibus accidit corruptus apetitus ꝓpter retentionem menstruorum: ⁊ illud proprie per duos menses aut tres.

¶ De fame ⁊ appetitu canino.

¶ Fames aũt ſm plurimũ est a superfluitate caloris in corpore toto extremitatibus eius.
¶ Qñqꝫ fit fames ꝓpter vermes ⁊ serpẽtes magnos cũ cito incipiũt venire ad comesta ⁊ appropinquant eis ⁊ dimittũt corpus ⁊ stomachũ famelica.
¶ Et ex causis quidẽ cõmouẽtibus famẽ ⁊ appetitum vehementem sunt vigilie superflue: propterea quia resoluũt ⁊ extrahũt humiditates ad exteriora sequẽtes dilatationem caliditatis ad exteriora.
¶ Et scias ꝙ appetitus caninus multotiẽs perducit ad bolismum ⁊ subeth ⁊ mortem.

¶ De bolismo.

¶ Fames hec nominatur fames vaccina ⁊ est fames membrorũ cum satietate stomachi. sunt igitur mem-

bra famelica valde indigentia nutrimento ⁊ stomachus respuens ipsum.

¶ De siti.

¶ Et multotiens moritur homo ex potu vini puri veteris inflãmatus ⁊ cõturbatus ⁊ sitiens.

¶ Et ex eis que cõmouent sitim sunt multitudo locutionis ⁊ exercitiũ ⁊ somn⁹ sup cibos calidos.

¶ Aqua fabarum ⁊ cicerum ambe sunt facientes sitim.

¶ Et non bibat sitiens aliquod plurimũ subito neqꝫ aquam frigidam valde ne mortificet caliditatẽ quaꝫ debilitauit sitis.

¶ Et in stomacho quidẽ calido ⁊ sicco addit aqua frigida sitim: et similiter in stomacho salsi humoris: et aqua calida sedat sitim multotiens.

¶ Et quãdo fit vehemens sitis ⁊ non est fe. tunc misceatur cum aqua parum iulep vt perueniat aqua ad extrema membrorum.

¶ De nocumentis digestionis.

¶ Fortior causarum in nocumẽto digestionis est frigida ⁊ debilior calida.

¶ Sicca ⁊ humida ẜm plurimũ ex eis solis cũ equalitate aliarũ qualitatũ nõ ꝑueniũt ad hoc vt appareat nocumentũ in digestione: nisi iam fecit euenire: sicca quidẽ arefactionẽ ⁊ humida ydropisim.

¶ Cibus indiget quiete et somno vsqꝫquo bona fiat digestio: et quando loco sunt amborum motus ⁊ vigilie non completur digestio.

¶ Nocumentũ digestionis cũ accidit ex q̃libet materia est facilius ad curanduꝫ q̄ꝫ sit cum accidit propter debilitatem virtutis ⁊ malitiam complexionis confirmatam.

¶ De corruptione digestionis.

¶ Corrumpitur cibus: quoniã aut est plus q̄ꝫ oportet quare patitur de digestione infra q̄ꝫ oportet. Aut est minus q̄ꝫ oportet: et patitur de digestione supra q̄ꝫ

oportet: quare aduritur ⁊ in cinerem conuertitur: et ex proximo huic cōuertitur ⁊ corripitur cibus subtilis in stomacho igneo calido.
¶ Corrūpitur digestio quādo cibus est in seipso velociter suscipiens corruptionem: sicut lac recenter mulsum ⁊ melones ⁊ persica: aut tarde recipiens rectificationem sicut tubera ⁊ caro bubali.
¶ Et necessariū quidem est in ordine vt premittatur leuis supra graue ⁊ leuis supra stipticū nisi sit illic aliquid vocans egrum ad contrarium.
¶ Et vētositates retēte in vētre ꝓhibēt digestionē ⁊ corrūpūt eam: qꝛ cōmouēt cibos ⁊ mouētur in eis.
¶ Et scias ꝙ corruptio digestionis quādoqꝫ ducit ad egritudines plurimas magnas sicut epilepsiā ⁊ melancholiam ⁊c. immo est mater egritudinum ⁊ origo cronicarum egritudinum.

¶ De debilitate digestionis.

¶ Ex causis debilitatis digestionis est raritas mirach ⁊ paruitas carnis eius.
¶ Et causa quidem bonitatis digestionis est propter bonitatem comprehensionis.
¶ Et ex causis corruptionis digestionis ⁊ destructionis eius est tristitia: sicut ex causis bonitatis digestionis est gaudium.
¶ Et ꝓpter hoc quidem est ex medicinis magis iuuatiuis ad digestionem.
¶ Somnus super sinistrū est maximi iuuamenti ad digestionem ꝓpter compressionem epatis super stomachum: sed somnus super sinistrum est causa velocitatis descensionis cibi: quoniam preparatio cibi facit illud necessarium.
¶ Et scias ꝙ amplexari infantē ꝓpinquū ad hoc vt polluatur ſm longitudinē noctis est ex rebus magis iuuatiuis ad digestionem.
¶ Et sunt quidam hoīes qui amplexantur catulū canis aut catum masculū nigrum.

¶ Et scias ꝙ digestio est fundi stomachi ⁊ appetitus oris eius.
¶ Et quotiens festinat digestio festinat descensus: ⁊ si tardat: tardat.
¶ Et quātitas quidem equalis remanētie cibi in stomacho ⁊ egressionis eius est illud quod est inter. xij. horas vsq; ad. xxij. horas.
¶ De apostematibus calidis in stomacho.
¶ Cū medicaueris apostemata calida stomachi: tunc caue ne in potu sumas solutiuū forte: aut qđ vomere facit: nam administratio vomitus error est.
¶ De adubelati in stomacho.
¶ Ille qui vomit saniē ex stomacho suo est ad desperationē ꝓpinquior ꝙ ad spem.
¶ De ruptura in stomacho.
¶ Quoꝝ stomachus dirūpitur: fortasse non euadunt nisi pauci a ruptura paruа.
¶ De inflatione in stomacho.
¶ Cibus nanq; paruus ꝙuis non sit inflatiuus in natura sua: tamē cū debilitatur in ipsa caliditas euaporat ⁊ facit accidere ventositatem.
¶ Si priuatur caliditas omnino non associatur ei inflatio.
¶ Omne a quo nō accidit inflatio nō accidit ab eo inflatio: nisi aut ꝓpter seipsum: sc; q2 cibus nō est sic in substātia sua: aut quia ibi est dn̄ium caliditatis super ipm: aut q2 ibi sit frigus qđ nō mouet aliquod.
¶ Ex medicinis inflatiuis est vinū grossum ⁊ dulce.
¶ Et multotiēs fit frigus adueniēs corpori exterius causa inflationis ⁊ ventositatis ex qua repletur corpus eo q2 debilitat caliditatē operantē in materia ⁊ facit operationē eius mediā operationē: nam eius operatio est digestio humiditatum ⁊ medietas operationis est vaporatio.
¶ De vomitu ⁊ subuersione.
¶ Subuersio est motus expulsoris cui nō associatur

motus expulsi.
¶ Vomitus est vt associetur motui facto ab expulsore motus expellendi ad exteriora.
¶ Nausea est dispositio stomachi que quasi suscipit hos motus: et est quasi declinatio ad hos motus.
¶ Sanguis enim nutrit stomachũ et flegma dulce naturale cõuertitur etiã in sanguinem et nutrit stomachũ.
¶ Multotiẽs effundit ad ipm epar nõ per viam venarum spargentiũ: immo per viam venaꝝ per quas penetrat chilus sanguinẽ bonũ conuenientẽ non plurimũ grauantẽ vt nutriat ipsum ꝑm semitam ꝙ ipse ex eo exugat et conuertit eũ cum sua substantia ad suã similitudinem.
¶ Et in administratione quidem vomitus cum equalitate est iuuamentũ maximũ: sed assiduatio eius debilitat virtutem stomachi et facit ipsam lacunam superfluitatum.
¶ Et multotiẽs accidit febricitãti spasmus aut epilepsia aut simile epilepsie subito et euomit humorem: vt est flos eris aut iudicum et euadit.
¶ Et multotiẽs vomitus sanaẜ ex singultu clamoso.
¶ Et ex administratione vomitus cũ equalitate conseruantur renes et curatur eo nocumentum eoꝝ et nocumentum pedum: et sanatur eruptio venarum deferentium sanguinem et arteriarum: et amatur vt administretur in mense bis.
¶ Et tu scis ꝙ ex debilitãtibus sunt dolores vehemẽtes et tristitie et ieiuniũ et fames vehemens.
¶ Et deterior quidẽ vomitus est ille qui est vomitus sanguinis nisi ꝑm necessitatẽ quam dicam.
¶ Et vomitus quidem sanguinis cum egreditur a necessitate protendit mortem.
¶ Et vomitus quidẽ purus est malus: colericus quidem significat superfluitatem caliditatis: et flegmaticus superfluitatẽ frigoris simplicis puri.
¶ Et vomitus diuersoꝝ coloꝝ deterior est nigro.

¶Et ecce hic quedã auis est capiens locustas que nõ cessat comedere eas ꝛ expellere ipas ꝛ non satiatur toto tẽpore quo inuenit eas:ꝛ est aliud animal huius proprietatis.
¶Et sanior quidem vomitus est permixtus medius in grossitie ꝛ subtilitate.
¶De vomitu sanguinis.
¶Et multotiẽs fit vomitus sanguinis ex sana virtute ꝛ expellit sanguinem ad partem quam inuenit in dispositione expulsionis eius conuenientiorem:ꝛ fit etiã in duarum librarũ sanguinis. verbi gratia. tranquillitas ꝛ iuuamentum.
¶Et oĩs vomitus sanguinis cũ fe. est malus:sed cum nõ est illic fe. qñq̃ non est malus.
¶Et vomitus quidẽ abscindit vomitũ cũ est a materia sanatur cũ euomit illã materiam.
¶Bonus eni͂ odor vehemẽter est cõueniens stomacho:ꝛ ꝓprie cum est in nutritiuis.
¶Et tu quidẽ stude quantũ potes in hoc vt eos dormire facias:qm̃ illud est radix curationis.
¶Et multotiens quidem alleuiatur nausea ꝛ vomitus per flobothomiam.
¶Et camphore quidem inest ꝓprietas ꝓhibendi vomitum ꝛ nauseam calidos sumpte in potu cum rob ꝛ olfacte ꝛ linite super stomachum.
¶Vomitus aũt ꝓueniẽs ex melãcholia non oportet vt constringat̃ q̄tũ possibile est.
¶Et qñq̃ indigebis post euacuationẽ duaꝝ librarũ sanguinis flobothomia alia minuta.
¶Et aqua frigida que bibit̃ nõ in hora conturbat:ꝛ multotiẽs fit in febribus causa reditionis fe. nõ ergo oportet vt bibat̃ in fe. nisi calida aqua.
¶De singultu.
¶Singultus est motus diuersus compositus: sicut spasmus constrictiuus cum tensione dilatatiua in ore stomachi:aut in toto corpore eius aut meri.

¶Singultus est motus debilior motu vomitus: et est quasi motus ad vomitū debilis. Et si homo habuerit singultum ex materia et accidit ei in seipso sitis eius singultus resoluetur.
¶Draco em̄ cū debilitatur in venando hedos et arietes et similia et non valet deferre eos ad griptā suam venatur aues: et proprie auē que vocatur captilus: et comedit epata earum et excitatur tunc appetitus eius et redit virtus eius.

¶Fen.xiiij.tertij. De anathomia epatis.


Epar est membrū quod generat sanguinem q̄uis meseraice conuertant chilum ad sanguinez cōuersione aliqua propter illud quod est in eis de virtute epatis.
¶Et epar quidem hominis maius est epate omnis animalis appropinquantis ei in quantitate.
¶Et dicitur q̄ omne animal plus comedens: et debilioris cordis est habens maius epar.
¶Et caro quidē epatis sensum nō habet: sed illud qđ de ea sequit̄ panniculum sentit.
¶Ponit capitulum de contra operantijs inter cor et epar pulcherrimū. et tu vide.

¶De egritudinibus epatis.

¶Et quandoq̄ tolerat epar rupturam plurimum q̄ reliqua mēbra: et non timet̄ ex ea mors nisi associetur ei eruptio sanguinis ex vena magna.

¶De signis malitie complexionis calide.

¶Malitie cōplexionis calide signa sunt sitis vehemens: et non abscinditur cum aque potu. Et infra. Et q̄nq̄ sequūtur eam rasura intestinorum.
¶Ponit q̄ cum egestione aliq̄n egredit̄ carnositas epatis iam putrefacta.
¶Nō op3 vt ad summū perueniat̄ in infrigidatione epatis q̄tū possibile est et pducat ad ydropisim: neq̄ in calefactione et pducat ad arefactionem.

¶ Scias q cum erras in epate: error tuus peruenit ad venas: deinde ad corpus.
¶ Et oportet quidem vt medicine epatice optime terantur.
¶ Urine prouocationē aqua ipa de radicibus opat: et omnes qdem species endiuie & pprie amare q ad rubedinem trahunt conferunt lesionibus epatis: calefactis quidem cum syrupo acetoso et infrigidatis cum melle.
¶ Epar adip. i. lupi iuuatiuum est cum pprietate sua et carnes limaciarum similiter.
¶ De causis nocitiuis epatis.
¶ Scias q intromittere cibū sup cibū & error ordinis eius sunt ex rebus magis nocitiuis epati.
¶ Et potare aquam frigidā subito in ieiuno et post balneum coitū et exertitiū qnq pducit ad infrigidationem vehementē epatis: & qnq ad ydropisim.
¶ Et viscosa quidē oia nocent epati ex parte qua faciūt possidere opillationē: & frumētū est ex summa eorū licet nō omne immo glutinosum.
¶ Et vinū dulce facit accidere opillationē in epate & abstergit illā que est in pectore: & ponit pulchrā causam et rationē huius dicti. et tu vide.
¶ De rebus cōuenientibus epati.
¶ Et dulcia cōueniunt epati quare impinguat eis & magnificat & confortatur verū velocia sunt ad opillationem: & oportet vt euitet ea habens apostema et maxime dulcia grossa.
¶ Et auelane sunt cōuenientes omnibus epatibus: quoniā ipse non sunt vehementis caliditatis: & sunt aperitiue et chimus eorum est bonus.
¶ De debilitate epatis.
¶ Inquit Galie. Epaticus est ille in operationibus epatis cuius est debilitas absq re manifesta ex apostemate aut dubellati.
¶ Et propter vehementiam fluxus sanguinis ex ma

trice infrigidatur epar: & propter vehementiam retentionis mēstruorum corrūpitur sanguis epatis.
¶ Et plurimū quidē debilitatur attractiua & digestiua ex frigore: & debilitatur retētiua ex humiditate: & expulsiua ex siccitate.
¶ Et medicus quidem expertus cognoscit epaticū & stomatichū omnē per colorē suū nō egens cū eo significatione alia & nō est ad illud nomē significans illud proportionale proprium.
¶ Et deterior spēs digestionis est vt non digeratur: deinde vt parū digeratur: deinde vt digeratur male.
¶ Et vrina in hac intentione est magis significatiua digestiue & egestio attractiue.
¶ Et qn̄qꝫ nō retinetur solutio ventris & egestio sanguinolenta: et incipit medicus adhibere medicinas stipticas & puenit ex eis nocumentū maximū: immo oportet vt administres aperitiua et cōfortantia cum stipticis equalibus & cū aperitione pura.
¶ Cinamomum & cassia ista sunt ambo contraria putrefactioni: & sunt fortiores omnibus medicinis aromaticis alijs.
¶ Passule sunt ex medicinis amicis epati cōibus ei: et hec amicitia est melior pprietatū medicine iuuatiue scꝫ agentis a qualitate.
¶ Et vinū est ex medicinis cōuenietibus dū nō sit qđ phibeat: & in ipo est cōtrarietas putrefactioni.
¶ Et scias ꝙ quandoqꝫ fit omnis debilitas ex omni malitia complexionis: & quādoqꝫ est necessitas vt infrigidetur ita vt digerat & ita vt attrahat: igitur cōsidera malitiam cōplexionis dominantis anteꝗ consideres debilitatem.

¶ De opillatione epatis.

¶ Plurimū opillationum nō fiūt nisi in latere cōcauo: quandoqꝫ etiam fiunt in gilbo.
¶ Et opillationes quidem sunt ex matribus egritudinum epatis.

¶ Quandoq; res sunt grosse per comparationem ad epar: et non sunt grosse per comparationez ad ea que post ipm sunt cum digeruntur in epate sicut triticum glutinosum.

¶ Et opillationem quidē habēs est pauci sanguinis et corrupti coloris.

¶ Cumq; opillatio est in latere cōcauo administra ea que ventrem soluunt: et si est in latere gilboso administra ea que sunt diuretica.

¶ Et quando antiquatur opillatio indiges flobothomia basilice et solutione.

¶ Et si nō videt in vrina sedimen manifestū et signū digestionis nō opz vt in potu dent fortia.

¶ Ponit q aqua plātaginis cū folijs et radicib9 suis puocat cum infrigidatione.

¶ Equalitati aūt vicine sunt sicut lupinis: ipsi nanq; sunt medicina melior qua petitur aptio epatis absq; calefactione aut infrigidatione.

¶ Et habēs opillationē elonget inter comestionez et potum et pprie potum vini: ipsum em̄ vinū intromittit cibū indigestum ad epar.

¶ De signis apostematū epatis.

¶ Et quandoq; pducūt omnes species apostematum calidorum et frigidorum ad ydropisim.

¶ Et scias q cum apostemati epatis associatur: ventris solutio est mortale.

¶ De cura apostematis calidi sanguinei.

¶ Et si virtus est fortis attrahere quod necessarium est de sanguine in vice vna: et si non partire et segrega in vices plurimas.

¶ De cura apostematū durorum.

¶ Non euadit aliquis ex apostemate duro quiescente confirmato: et illi qui sanantur ex eo sunt qui curātur in initio sui.

¶ De speciebus expellibilium rerum ab epate.

¶ Attractio dignior est epati non meseraice: et non est attractio meseraice solius de qua curetur.
¶ Est igitur illa que fit ex scissura et vlcerosa et pertinens ad malitiam complexionis et debilitatem virtutis de genere debilitationum et apertio opillationū et eruptio adubellati et expulsio superfluitatum de genere fortitudinis.
¶ Verum illud qđ expellitur a virtute sequitur leuitas et est cum eo sanitas dispositionum.
¶ Et similiter quādo est in expulsione colorꝝ diuersorum leuitas: et errat qui retinet hos colores diuersos in omni dispositione: et vehemētior error est eius qui retinet eos cū opillatiuis cōstipatiuis.
¶ Et scias ꝙ plurimū potus vini passi recentis facit cadere in opillationē ventris epaticam.
¶ Et quādo retentio solutionis cōturbat et eius solutio facit acquirere tranquillitatē est mortale.
¶ Et scias ꝙ cū longe egritudini senis accidit fluxus ventris est timorosum.
¶ Et cum eius fluxus retinetur cum nocumento tunc eius fluxus est epaticus: et non recipit eius corpus nutrimentū ꝑpter exiccationē viarum.
¶ Humores mali egrediētes et sanguis ex intestinis sunt cum rasura dolorosa et pungitiua et paulatim ꝰm continuationem et epatica fit sine dolore: et est plurima et nō est semper cōtinua in omni hora.
¶ Quandoqꝫ distinguit inter vtrasqꝫ permixtio cum egestione et separatio ab ea: et etiā postpositio ab ea.
¶ Virus epatum est decliue ad albedinem et rubedinem et ex meseraicis ad albedinē: et citrinitatem.

¶ De cacesia.

¶ Cacesia est dispositio in primis antecedens ydropisim et appropriatur nomine corruptionis cōplexionis.
¶ Et cum accidit ei vlcus fit difficilis eius consolidatio ꝑpter corruptionē complexionis.

¶ Et quandoqꝫ accidit cacesia propter aggregationem aque in pulmone: ⁊ fit forma eam patiētis similis forme ydropisi.
¶ De ydropisi.
¶ Ydropisis est egritudo materialis cuius causa est materia exuberans frigida ingrediēs membra ⁊ crescunt per eam quidem membra manifesta omnia aut loca vacua partium in quibus sunt regimē nutrimenti et humores.
¶ Et non accidit ydropisis absqꝫ egritudine epatis ꝓpria: aut per cōmunitatē licet quādoqꝫ egrotet epar ⁊ non accidit ydropisis.
¶ Et nocibilior euacuationum est euacuatio sanguinis.
¶ Et magnitudo splenis perducit ad debilitatē epatis ⁊ ad ydropisim.
¶ Et deterior ydropisis est illa que fit cum egritudine acuta.
¶ Dignius est vt sit asclites malignior omnibus speciebus ydropisis.
¶ Et homo de quo vehementius timetur cum aduenit ei ydropisis est ille cuius complexio naturalis est calida ⁊ sicca: non eñi egrotat per contrariū sue complexionis: nisi ꝓpter rem magnam.
¶ Et scias ꝙ fluxus ventris in ydropisi est mortalis.
¶ De causis ydropisis asclitis.
¶ Et plurimum statio aquositatis non est nisi inter zirbum ⁊ syphac intrinsecum.
¶ Nam infantes dum sunt in ventre mingunt ex sumine et orti anteꝗ̄ ligetur eis sumen aut incidatur mingunt etiam ex eo: cūqꝫ ꝓhibetur ex illo latere tendit ad vesicam.
¶ Et quādoqꝫ expellit natura ex ydropico aquositatem: ydropisis per seipsam significat euasionem.
¶ Ponit ꝙ penetratio aquositatis in ventrē nō mirabilior est penetratione puris qđ est in pectore ad

venam concauam: vel ad vesicam aut puris ex ossibus pectoris.

¶ De causis yposarce.

¶ Causa antecedens in ea est corruptio in digestione tertia declini ad cruditatem et aquositatem.

¶ Et fluxus quidem ventris quandoque est iuuatiuus valde in yposarcha scilicet virtute forti.

¶ De causis tympanitis.

¶ Plurimũ causarum tympanitis est corruptio digestionis prime ꝓpter virtutẽ aut ꝓpter materiam.

¶ Et quãdoque accidit in febribus pestilẽtialibus et in pluribus finibus egritudinũ acutarum inflatio ventris quasi tympanites: et est signũ malũ valde.

¶ De signis cõibus ydropisis.

¶ Omnes species ydropisis sequitur corruptio coloris et in oĩbus accidit inflatio pedum amborum oculorũ et aliarum extremitatũ et non euacuatur a siti clamosa et constrictione anhelitus.

¶ Et in oĩbus illis et proprie in asclite: deinde in yposarcha minoratur vrina: et in pluribus dispositionibus rubet ꝓpter paucitatẽ suã et propter paucitatẽ separationis sanguineitatis a co.ru.ab vrina: non igitur oportet vt iudicetur per tincturã aque et rubedinẽ eius caliditas ydropisis.

¶ Et ydropisis cuius causa est calida est cum signis caliditatis ex inflatione et siti et citrinitate coloris et amaritudine oris et vehementia siccitatis in corpore et casu appetitus cibi et vomitu citrino et viridi: et fit fortis adustio vrine in fine eius.

¶ De signis asclitis.

¶ Cũ asclití est grauitas sensibilis in vẽtre et cũ percutitur venter non est ei sonitus: sed quãdo cõmouetur ex eo auditur sonitus aque cõmote: et similiter qñ permutatur habẽs eam ex latere ad latus.

¶ De signis yposarce.

¶ Cum ipsa est apparet cũ ea inflatio in corpore to-

to: sicut accidit corpori mortui: et imprimuntur digiti in omni loco corporis eius.

¶ De signis tympanitis.

¶ Egreditur in ea sumen plurimo exitu et eius venter est quasi chorda tensa: et cũ venter percutitur manu auditur ex eo sonitus vẽtris in quo est inflatio nõ vtris pleni aque.

¶ De cura cacesie.

¶ Yerapigra educit superfluitates absq3 humiditatibus innatis.

¶ Et deuitet flobothomiã quãtũ possibile est: et si fuerit necessaria propter repletionem sanguinis: aude super eam cum mensura et partire in tribus diebus aut quattuor.

¶ Et cũ plus est necessaria flobothomia est quando causa est ex retẽtione sanguinis emorroidarum aut menstruorum.

¶ Balneatio cum aqua de baurach et sulphuris et aluminis et maris si alia desunt iuuat.

¶ Balnea aũt dulcia nocent eis nisi vtãtur eis causa sitis: et sudent in aere eorum calido.

¶ De cura asclitis.

¶ Canon in curis eorum est exiccatio et extractio superfluitatum saltem cum statione in sole vbi non est ventus: et educere aquam solutione ventris frequenter cũ facilitate et prohibitio a visione aque nedum a potu ipsius quantum possibile est.

¶ Si fuerit apostema durũ causa ydropisis nõ speretur in sanatione eius que sequitur ipm: nam si aqua euacuatur qualibet euacuatione redibit tñ et replebit.

¶ Scias quod euacuatio cum medicinis laudabilior est quam que fit sectione et resudatione et fit difficile succurrere eis.

¶ Et spes est ad omnẽ ydropisim in dyacucurma et syrupo squillitico et tyriaca et proprie in fine ydropisis.

¶ Et oportet vt euacuatio cũ solutiuis non sit subito:

immo fm vices: nã illud qd subitũ est mortale est.
¶ Paruum nocumentum valde debilitat epar.
¶ Et aloes solum est malum valde epati.
¶ Et deuita cum fuerit caliditas vt non cum solutio ne educas coleram: quoniam ipsa resistit aquositati aliquo modo.
¶ Omnis superfluitas euacuationis in quãtitate et in tpe est mala et est in calida rectior.
¶ Lac camelarum et caprarum in potu detur cũ eis que solutione ventris educunt aquositatem et subtiliant et prouocant.
¶ Non respicias ad illud quod dicunt sophiste ꝙ natura lactis est contraria ydropisi: immo scias ꝙ ẽ medicamen iuuatiuum ꝑpter illud quod in ipo est de absterfione: et est iterum conueniens ꝑpter illud qd in ipso est de proprietate sua.
¶ Immo scias ꝙ hoc lac vehementis iuuamẽti est: nã si homo assidue vteretur loco aque ⁊ cibi sanaretur per ipsum: ⁊ illud iam exptum fuit a quibusdam qui peruenerunt ad terras arabicas ⁊ pduxit eos necessitas ad illud et sanati sunt.
¶ De incisione vo myrach: scias ꝙ paruz proficit nisi in corpe valde forti: ⁊ oportet vt non audeat fieri dum possibilis est cura alia.
¶ Et rectius est vt non fiat incisio vice vna subito ⁊ euacuentur spiritus subito ⁊ cadat virtus immo paulatim et vt ipsa non perueniat ad multam debilitatem.
¶ Ponit modum incisionis myrach et extractionis aque. et tu vide.
¶ Pillule de mesereon sunt vltime ĩ asclite sicut pillule de reubarbaro sunt vltime in yposarca.
¶ De balneis vo illa que sunt humida sunt eis horrẽda: et illa que sunt sicca sunt eis meliora: sicut clibanus calefactus postꝙ tolerauit infirmus ingrediatur ipm: ⁊ ꝑprie habens yposarcam.

¶ Cum aquis termarum nitrosis sulphureis aluminosis notis exiccatiuis iuuantur valde in statu egritudinis.
¶ Et non oportet vt attēdatur illud quod dicitur ꝙ ydropisis non sanat̄ nisi cum medicinis calidis: multotiens enī experti sumus vt curem⁹ nos ⁊ q̄ fuerunt ante nos apostema curatione sua ⁊ complexionē calidam cum infrigidatione: ⁊ ponit exemplū de quadā muliere que sanata est.
¶ Et scias ꝙ qn̄ tu studes ī sanādo ydropisim ⁊ apostema: ⁊ febres sunt stantia nō est tibi possibile.
¶ Ponit curā qua curauit Galienus vnū senē amicū suū ab ydropisi asciti: ⁊ in fine dicit et ad vltimū nō dimisi eum vno die absq̧ expulsione.
¶ Et oportet vt cibus ydropicorum sit paucus et semel in die: ⁊ si possibile est abstineat a pane tritici ꝓpter suam viscositatem ⁊ opillationē: ⁊ sunt contenti pane hordei cum seminibus.
¶ Et ius galline est iuuatiuū eis: ip̄m enī aggregat ad ꝓuocationē ⁊ rectificationē epatis.
¶ Et caro vipere est eis bona valde: sed ip̄a quādoq̧ superfluit in siti.
¶ Et grana cōmunia nocent eis ⁊ proprie patiētib⁹ tympanitem.
¶ Vino autem non appropinquet calidam hn̄s ydropisim: in frigida autem nō oportet vt bibat ex eo nisi subtile ⁊ antiquū parū: nō cū est ieiun⁹ nec sup̱ cibū: īmo post horā ⁊ cū est cibi descensio a stomacho.
¶ De diureticis autem sciendum ꝙ omnia diuretica conferunt eis.

¶ De cura ydropisis yposarce.

¶ Et in ea qn̄q̧ cadit necessitas flobothomie si fuerit causa retētio sanguinis mēstrui vel emorroidarum ⁊ fuerint illic significatiōes repletionis: in flobothomia enī erit tūc ablatio p̄focationis extinguētis.
¶ Et permaneat post exercitiū ad calefactionem et

proprie solis: et sit lectus eorum arena si inuenitur et cum pulueribus predictis.

¶ In illa autem que fit a causa calida oportet vt flobothomia fiat: vt egrediatur virus malum et prouocetur.

¶ De cura ydropisis tympanitis.

¶ Et flobothomia quidem nō ingrediatur in hoc capitulo nisi raro.

¶ Melius est vt soluatur natura cū facilitate et oportet vt nō assit multiplicatio solutiuorum.

¶ Et quādoq necessariū est ponere vētosas euacuatiuas super ventrem eius multotiens.

¶ Fen.xv.tertij. De anathomia fellis.



Fel est chistis que est pendens ab epate ad partem stomachi ex tunica vna neruosa et habet orificium ad epar: et in ipso est meatus humorē attrahens subtilē cōuenientē ei et co. citrinam.

¶ Ponit quod nō similiter se habet meatus iste in omnibus hoībus: nā quibusdā plus cōtinuatur fundo stomachi: quibusdā autē cū duodeno.

¶ De cōsuetudine medicorū antiquorum est noīare fel chistim minorē et vesicā chistim maiorem.

¶ Colera enim cū retinetur supra fel facit possidere apostema epatis et icteritiam: et quando currit a felle ad intestina cū superfluitate facit incurrere solutionē ventris colericam et rasuram.

¶ De anathomia splenis.

¶ Splen est euacuatoriū fecis sanguinis et adustionis eius: et sunt melāncholia naturalis et accidētalis.

¶ Quādo debilitatur splen a mūdificatione epatis ex melāncholia accidūt in corpore egritudines melāncholie: scz ex cancro varicibus elephantia et impetigine et lentiginibus nigris: et morphea nigra: imo melancholia et lepra et reliquis: et quādo debilitatur ab educendo oportet vt fiat magnus et apostemetur.

¶ Et cũ ingrossatur splen arescit corpus ⁊ aresit epar ⁊ est magis nocens epati.
¶ Et splen quidem est membruz longum linguosum cõiuncto cum stomacho a sinistro suo vsqȝ retro ⁊ vbi est deorsum attrahens melancholiã ⁊c. ⁊ eius concauitas sequitur stomachum: ⁊ eius gibbositas sequitur costas.
¶ Et latus eius concauũ supficiale venit sup epar et stomachum: quãuis sit eque distans inferiori parti epatis cadens apud inferius stomachi.
¶ De icteritia citrina ⁊ nigra.
¶ Icteritia est alteratio coloris corporis feda ad citrinitatẽ tendẽs: aut nigredinẽ ꝑpter cursum humoris citrini vel nigri ad cutem: ⁊ q̃ sequũtur ipam sine putrefactione: que si ei associetur: faciet accidere tertianam in citrina ⁊ quartanam in nigra.
¶ Et membrũ quidẽ generãs co. in natura est epar: nam cuȝ valde calefit cõplexio epatis facit co. ꝺm qđ sciuisti: generãs ꝟo ipa nõ in natura est totũ corpus: nam cum ipsum superflue calefit: cõuertitur quod in ipso est ex sanguine ad co.
¶ Ponit ꝙ q̃nqȝ fit icteritia citrina ex morsu gerati: id est scorpionis aut serpẽtis: aut vespe grosse: aut fit causa medicine ebibite aut veneni: et illud apparet subito.
¶ Icteritia que est in colica fit ꝑpterea ꝙ humor viscosus glutinat faciem meatus: quare co. non effunditur ad intestina.
¶ In oĩ quidẽ opillatione in meatu epatis ad fel: aut in meatu fellis ad intestina q̃ est ex porro: aut incarnatione: aut porro non speratur sanitas.
¶ Icteritia aũt nigra splenetica ipa in modũ sue generationis est ꝺm icteritiã colericam.
¶ Et plurimis quidẽ habẽtibus icteritiam citrinam accidit cõstrictio naturarũ eorum ꝑpter retentioneȝ excitatoris mordicatiui quod tu sciuisti.

¶ Et in illo qui habet icteritiam factam ꝛ non curatur neqꝫ resoluitur eius materia est timor: ꝛ pluribus eorum associatur mors subita.

¶ De signis causarum icteritie citrine.

¶ Scias ꝙ in pluribus icteritijs citrina ꝛ nigra tingitur vrina: ꝛ quanto vrina est plus citrina ꝛ acutior est magis significatiua sanitatis epatis et virtutis ipsius.

¶ Et facta a complexione calida epatis non albescit cum ea egestio ea albedine quā habet in opillatiua: immo quandoqꝫ tingitur plus ꝛ nō sentitur grauitas que sentitur in opillatiua.

¶ Ex opillatiue aūt signis inseparabilibus est albificatio egestionis in pluribus horis aut paucitas citrinitatis eius ꝛ vehemētia citrinitatis vrine.

¶ Albificatur igitur egestio in primis: deinde accidit icteritia.

¶ Et cum epatica non albificatur egestio nisi gradatim.

¶ Si causa fuerit nascentia rei alicuius aut incarnatio significabit ipm assiduatio icteritie ꝛ signorum opillationis ꝛ paruitas iuuamenti administrationis aperitiuorum ex clisteribus ꝛ alijs.

¶ Quando multiplicātur remanētia vrine albe cum icteritia: aut parum tincta est: est deterius ꝛ magis timendum ꝙ cadat habens eam in ydropisim: quoniā significat ꝙ opillatio est ex frigore.

¶ Et cum icteritia quidem citrina multotiens exit sudor citrinus.

¶ De signis causaꝝ icteritie nigre.

¶ Citrina non fit a splene omnino licet nigra quandoqꝫ fiat ab epate verū nigra splenetica maioris est nigredinis.

¶ De cura icteritie citrine.

¶ Uomitus em̄ iuuatiuus est in omni citrina.

¶ Non est in ꝓlongatione sermonis vtilitas.

¶ Et istis quidem non cōceditur vt bibant vinū nisi plurime permixtū ⁊ vt non perueniat nisi ad illud qđ est leue ex carnibus ⁊ ad ius carnis auis.
¶ Et oīs qui habet icteritiam ex causa calida oportet vt deuitet vigilias et iram et motum plurimum et balneum.
¶ Aqua vero frigida actu et illa in qua sunt virtutes medicinarum constipantium prohibent resolutionē icteritie.
¶ Et ex eis que rectiora sunt in opillatiua est vt premittas eius lenificationē ⁊ humectationē: deinde sequaris eam cum apertione.
¶ Si fuerit opillatio ex nascētia rei alicuius nō estimo ꝙ sit ei medicina.
¶ Et dicitur ꝙ patientes icteritiam iuuantur per cōsiderationem in rebus citrinis. Illud enī mouet naturam ad expellendum materiā citrinam totā ad cutē: ego vero non sum ex illis qui negē hmōi curationes sicut negāt plures eoꝝ qui philosophātur ad eas.
¶ De cura icteritie nigre.
¶ Istā aūt icteritiā cura cū quibus curas ipam citrinā ⁊ cū eis que de illis fortiora sunt.
¶ De sermone vniuersali de egritudinibus splenis.
¶ Et scias ꝙ quando splen impinguatur extenuatur corpus: qm̄ in primis destruitur virtus epatis cū contrarietate: quare minoratur generatio sanguinis: et cū hoc ipse attrahit de sanguine infirmo rem plurimā ꝑpter magnitudinem suam.
¶ Et penitus extenuatio splenis significat bonitatē humoꝝ ⁊ pinguedo ipsius malitiā ipsoꝝ.
¶ De cura.
¶ Cura est ꝓxima curationibus epatis ⁊ indiget vt sint medicine fortiores ⁊ penetrabiliores eis.
¶ Epar enī est dignius vt nō afferātur super ipm̄ medicine acute nimis: sicut acetū forte nisi ī necessitate.

¶ De apostematibus splenis.

¶ Plura igitur apostemata splenis sunt dura: mollia igitur in quibusdam horis.

¶ Et spleneticus est ille qui habet duritiem in splene suo.

¶ Et dixit Hipo. Illi qui catarrum habent non accidit splen: ⁊ in hoc est cōsideratio.

¶ Cōmunicatio splenis ad dyafragma minor est cōmunicatione dyafragmatis ad stomachum.

¶ Os stomachi cōicat inferiori parti splenis: qm̄ ex ipso ascendit vena expellens humorē melancholicū.

¶ Cum apostematibus ꝓ duris maligna fit anima et cōmouetur tristitia et varietas loquele in quibusdam horis.

¶ Et quādoq; est in vlceribus crurium crisis splenis: pluribus nanq; eoꝝ qui splenē habent cum accidunt exercitia laboriosa attrahitur materia ad crura et euadit.

¶ Et multotiens est vrinale splenetici sicut sani: sed cū exercitet seipsum resoluitur melācholia eius ad vrinale ⁊ facit habere nigredinē nō existentem.

¶ Et flobothomia plurima apostemat splenem.

¶ Et splenetici quidē vehementiorē habēt appetitū ꝙ alij: ⁊ vomitus difficilis est in eis valde.

¶ De curatione apostematum splenis calidorum.

¶ Splē ⁊ epar cōicant in hoc vt ambo parata sunt vt permutētur ex apostematibus calidis ad duritiem.

¶ Et scias ꝙ acetū multū ingreditur in curis ipsoꝝ.

¶ De curatione splenis.

¶ Cum scis ꝙ causa in illo est opillatio ex sanguine plurimo melācholico oportet vt flobothomes basilicā ⁊ saluatellā: ⁊ dimittas saluatellā cōstringi per se ipsam cū constringitur ante casum virtutis.

¶ Et quādo accidit vt cōferat in ipso regimē impinguans corpus cū nō facit accidere opillationē ⁊ non

fuerit ingrossans sanguinem.
¶ Regimen namq impinguantium est ex eis que hu mectant sanguinem & rectificant ipsum & temperant ipsum cū fractione melancholie.
¶ Et omne lac preter lac camelorum est malū spleni.
¶ Et quādo non conferunt medicine: scilicet emplastra supradicta oportet vt ponantur ventose & scarificatio super ipsum.
¶ Et aqua ipsorum sit aqua ferrariorum: & omne in quo extinguitur ferrū ignitū multotiens.

¶ Fen decimasexta tertij. De anathomia intestinorum sex.


Reator sublimis propter premissionē sue benigne ordinationis in homine & antecessionē sue scientie incōmodis eius creauit intestina eius que sunt instrumēta expulsionis superfluitatum siccarum plurium numerorum & inuolutionem & reuolutionem: vt sit cibo descendenti ex stomacho mora conueniens in illis inuolutionibus & reuolutionibus.
¶ Ponit quod vene sugentes nō solū transeunt ad intestina: sed etiā penetrant in tunicas stomachi.
¶ Et numerus quidē intestinorum est sex. Primū eorū est nominatū duodenū. Deinde illud qd nominatur ieiuniū. Post intestinū longū qd nominatur subtile: & est inuolutū.i.yleon. Deinde intestinū qd nominatur monoculum. Deinde qd nominatur colon. Deinde qd dicitur rectū: & est extalle.i.fundamentum.
¶ Ieiuniū intestinū est propinquius epati quam alia intestina: & nō est in aliquo intestinorum de ramis meseraice quantū est in eo & post ipm in duodeno.
¶ Situs monoculi est ad posteriora parum & eius declinatio est ad dextrum.
¶ Fit ergo proportio monoculi ad intestina grossa: proportio stomachi ad gracilia. Et intestinum quidem

monoculũ est intestinũ in quo complet digestio eius quod fuit inobediens stomacho et superfluit a digestione proportio.
¶ Aggregatum enĩ velocius expellitur ꝙ dispartitum: ⁊ est locus eius quod generatur ĩ intestinis: scilicet vermium ⁊ serpentum: nam raro euacuatur ex eis corpus.
¶ Et hoc intestinum est dignius alijs: vt descẽdat in rupturam nigredinis: quoniam nõ est ligatum neqꝫ strictum cum eo quod aduenit ei ex meseraica: non enim aduenit ei ex meseraica res que habeat magnitudinem.
¶ Et intestinum colon cum elongat a monoculo declinat ad partem dextram declinatione conueniente propter propinquitatẽ epatis: deinde ad partem sinistram descendens etiam ⁊ illic continuat cum recto: ⁊ cum transit splenem coartatur.
¶ Et in hoc quidẽ intestino accidit colica ſm plurimũ: ⁊ ex eo deriuatur nomen eius.
¶ Et nõ mouet aliquod hoꝝ membroꝝ que sunt via cibi ꝑ lacertos: nisi duo extrema. s. caput: ⁊ est meri et guttur et' inferius eius ⁊ est ficteris.
¶ De solutione ventris omniũ modoꝝ.
¶ Scias ꝙ oĩs fluxus ventris aut est ex cibarijs ⁊ cibis: aut aere cõtinente: aut ex membris.
¶ Flux⁹ causa stomachi fit vt plurimũ ꝓpter flegma aut complexionez frigidã ⁊ humidã: ⁊ hoc est ducens sua longitudine ad ydropisim: ⁊ est in summo difficilis curationis cum confirmatur.
¶ Remanentia virtutũ solutiuarũ medicinarum in stomacho ⁊ intestinis adherẽs qñqꝫ seruat periodos ⁊ multotiẽs adducit ad abrasionẽ malã ⁊ vlcera.
¶ Fluxus ꝓpter vlcera in stomacho parum est.
¶ Et qñqꝫ fit solutio vẽtris stomatica ꝓpter dolores existentes in stomacho aut in eo qđ ei vicinatur: quare accidit debilitas retentiue in ipso.

¶ Excoriatio est dolor abrasionis ex superficie intestinorum intrinseca.
¶ Fluxus apostemosus sanior est quam epaticus: et ille qui est ex debilitate est susceptibilior curationis.
¶ Ulcera in intestinis grossis sunt magis salua: in gracilibus autem sunt prauiora et proprie cadentia in ieiuno: videtur quod non sanetur vlcus eius.
¶ Intestinum ieiunum proximum est membro regali quod est epar: nam non est ex intestinis aliquod propinquius ei quam ieiunum.
¶ Quecunque excoriatio melancholica est eueniens secundum semitam inceptionis est mortalis.
¶ Et terminus quidem generationis vlceris a fluxu colerico est due ebdomade: et a baurachio est mensis: et a melancholico est .xl. dies vsque ad plurimum illius.
¶ Et multoties quidem perforantur intestina habentis vlcera: et moritur secundum plurimum.
¶ Et species excoriationis sunt sanguinea et virulenta et saniosa et curachia et corticalis: et saniosa est salua et succurritur ei.
¶ Inquit Hipo. Omnis fluxus ventris post egritudines subito est malus: et significat mortem propinquam.
¶ Et zair .i. tenasmon facilius est illud quod non succedit dissinterie aut generatur a dissinteria.
¶ Aliquando fit fluxus a toto corpore secundum semitam conuersionis humorum ad corruptionem propter febres multas et venena nocentia.
¶ Colerica passio est motus materierum non digestarum corruptarum ad separationem ex via intestini ad ipsum redeuntium a corpore secundum acuitatem et laborem expulsiue.
¶ Cibi namque cum non digeruntur valde conuertuntur in humores non conuenientes corpori: et mouetur natura ad expellendum eos a corpore cum grauant super ipsum cum speciebus vomitus et speciebus fluxus ventris: et secundum plurimum fluxus ventris et vomitus simul.

¶ Et in habentibus colericam passionem multiplica tur sitis: et quotiens bibunt aquam calefit in stoma-cho eorum: & euomunt eam et tolerare sitim confert eis.
¶ Jlle q̄ cōsuetus est incurrere colericā passionē non hꝫ ex ea timorē sicut q̄ nō assuetus est ea.
¶ Et crisomilla & melones sunt ex eis que cōmouent colericam passionem.
¶ Et multotiēs restrīgiꝉ colerica & declinat materia subito ad mēbra vrine et accidit ardor vrine.
¶ Fluxus vētris opillatiuus noīaꝉ ille fluxus q̄ fit cū periodis: q̄m vene opillate replenꝉ ī tpe noto vsq̄ quo euacuētur redeūdo: & in illo qd̄ est inter vtrasq̄ dispo sitio est sicut sana.
¶ Et plurimuꝫ quod est inter poxismos est. xx. dies: et q̄nq̄ anticedit: et q̄nq̄ tardatur.
¶ Ponit ꝙ q̄nq̄ fit fluxus vētris causa cibi habentis virtutem venenosam sicut in fungis.
¶ Et cū cibatur hn̄s ventrē debilem. i. fluxū & non ad ditur pulsus: tūc nō cures eum: nam moritur paula-tim cum casu pulsus eius.
¶ Jnquit Hipo. Altheca accidit dysaria plurima.
¶ Ois fluxus vētris q̄ fit post egritudinē vehemēteꝫ accidens subito est significatio mortis q̄m significat corruptionem subitam.
¶ Singultus cū accidit hn̄tib⁹ fluxū vētris & ꝑprie habētibus zair est significatio mala.
¶ Et scias ꝙ ille q̄ egerit spēs diuersas. s. colerici et spumosi pigues & nō debilitaꝉ: nō opꝫ vt ipm̄ cōstrin gas et ipm̄ perducas ad egritudines difficiles & ma-las fraudulentas.
¶ Diciꝉ ꝙ q̄n fuerit vrina in fe. colericis alba cū in-columitate signoꝝ & defectu sode & similiū: tunc caue excoriationem intestinorum.
¶ Fluxus stomatichus ordinē nō habet & nō egredi tur plurimū subito immo frequētaꝉ alleuiatio pau-

latim: & vt plurimum est ex frigore.

¶ Et Hipo. quidem iam dixit illi qui intestinorũ lubricitatem habet vomitus est malus: & hoc iudicium occultam habet causam.

¶ Cerebralis autem est post somnum longum: et est conseruans paroxismos et cum eo sunt signa catarrorum & corruptionis cerebri.

¶ Et in libro algarib. Cũ apparet in lubricitate intestinorum sup coxas aliquid simile ciceri & prouocatur vrina & multiplicatur moritur eger in ipsa hora.

¶ Ponit quod ex dolore sursum vel deorsum & ex corticibus magnis vel paruis: vel ex multa vel parua commixtione eius quod egreditur cum egestione scitur locus vlceris: & ex tempore inter dolorem & assellationem.

¶ Fluxus stomaticus sanguineus sine dolore plurimo & absq; nocumento sequente ipsum in appetitu et alijs est saluus.

¶ Et scias quod in illo qui assellat in die plus quam in nocte: immo assellat quotiens sumpserit aliquid causa est debilitatis stomachi eius: & cũ in nocte est plus tunc causa est debilitas epatis: & quod remittit cibum.

¶ Multotiẽs succedit assellationi pro hoc quod attrahit subtile & dimittit grossum colica vehemẽs.

¶ Cura fluxus ventris absolute.

¶ Fluxus ventris prohibetur inquantũ est fluxus cũ stipticitatem faciẽtibus: & ingrossantibus materias & faciẽtibus conglutinationem: quãdoq; etiam necessaria sunt narcotica.

¶ Et quãdoq; curatur fluxus ventris cum diureticis et sudorem facientibus: & dilatantibus poros & vomitum facientibus: omnia nanq; hec mouẽt materiam ad cõtrariam partem fluxus.

¶ Tunc plurimũ sunt necessaria calefaciẽtia cũ virtus digestiua est debilis: & cum est opillatio ex humoribus viscosis: et infrigidãtia cũ retẽtiua est debilis.

¶ Et quandoq; habēs fluxum ventris bibit vasa terrea plena hmōi vini: scilicet vnū post aliud: ita vt sit semper ebrius quasi ⁊ retinetur natura eius.
¶ Et scias φ dormire est ex rebus magis iuuātibus ei qui habet fluxum ventris.
¶ Et ex retinētibus fluxum ventris sunt balneum ⁊ fricatio ꝓpter hoc q2 dilatant poros.
¶ Et ex retinentibus est positio ventosaꝝ super ventrem: iam enim expertum est φ ventose posite super ventrem habentium fluxum ventris ⁊ excoriationem cum dimittuntur quattuor horis restringunt: et nos iam experti sumus illud.
¶ Eūq; administras medicinas tūc incipe cū singularibus: si ꝓo nō valēt tūc tende ad composita.
¶ Ponit multas medicinas stipticas simplices frigidas ⁊ similiter calidas. ⁊ tu vide.
¶ Caseus vetus decoquatur bene vt egrediatur sal eius ⁊ deinde exiccetur: tunc em̄ dragma vna eius restringit ⁊ est fortior omni re.
¶ Et ad pueros quidem quando excorticatur nux et teritur cum zuccaro ⁊ aqua frigida ⁊ datur quantitate auelane vnius.
¶ Et cum coagulo quidem hedi quando datur in potu infanti pondus quarte. ʒ. j. in aqua frigida: ⁊ magno vsq; ad. ʒ. j. ⁊ etiam ex coagulo leporis: nam ip̄m retinet ventrem statim.
¶ Et caseus quidem vetus cuius regimen preteritū est cum ex eo datur in potu. ʒ. j. est minoris nocumēti ⁊ fortioris operationis φ̄ coagula.
¶ Et iterum lac caprinū decoctum donec inspissetur: aut decoctum cum lapidibus fluuialibus ignitis ⁊ ter in ipsum proiectis.
¶ Et nocet omne liquidū ex sorbitionibus ⁊ iuribus.
¶ Et iterum vitellus oui elixati in aceto.
¶ Ponit trociscos de karabe inter medicinas calidas stipticas compositas.

¶ Et iam testati sumus nos vidisse qui supposuit sibi ex opio & mortuus fuit.
¶ Et cum possibile est vt opiũ administretur in collirio nõ administretur in potu: & qñ in emplastris non administretur suppositũ & factũ collirium.
¶ Lac decoctũ cũ lapidibus dictis ignitis aut in quo extinguitur ferrum aliquotiẽs valet in fluxu vẽtris.
¶ Et de lactibus decoctis fortius cõfortãs est lac vaccinũ: & lac caprinũ est magis stipticum.
¶ Et fabe decocte cũ aceto sunt bone eis.
¶ Et si nõ est caliditas vehemẽs permisceatur cũ eo scz cibo caseus vetus assatus tritus.
¶ Et oportet vt nõ sumãt in potu nisi frigidum qualecũqz sit. frigidũ enĩ stringit & tepidum resoluit.
¶ Et caules iterate decoctionis valde conferunt.
¶ Et pedes vehementis iuuamenti sunt eis cum coquantur cum risi assato.
¶ Et vitent fructus omnino q̃uis sint stiptici nisi cũ stomachus surgit a cibis: sed castanee nõ nocent eis.
¶ Et oportet vt sit aqua eorꝫ aqua pluuialis: in ipsa enim est stipticitas: & estimo ꝙ illius iuuamentum sit ꝓpter velocitatẽ sue attractionis ad epar & velocitatem resolutionis eius: quare non relinquit in chilo humiditatem.
¶ Et interdicatur eis vinũ: si aũt nõ fuerit excusatio ꝓpter virtutẽ tũc sit nigrũ saporis stiptici & parũ. & si expectauerint vt nõ bibant omnino curatur per se.
¶ Et scias ꝙ tyriaca est bona valde omni fluxui ventris: cuius causa est non apostema & neqz cum eo est febris vehemens.

¶ De curationibus specierꝫ solutionũ vẽtris.

¶ De cura fluxus epatici.

¶ Et illud quod cadit in hoc capitulo de errore est vt dentur illis qui fluxũ habẽt epaticũ opillatiuũ medicine cõstipatiue addẽtes in opillatione cõfortãtes vt constringant naturam et perducit illud ad errorem

maximum.
¶ Et multotiēs quidē linit incipiēs epar in hac assel lation cū inspissantibus sanguinē ⁊ extinguentibus epar per hoc ꝙ sunt frigida: ⁊ in hoc est mors ⁊ successio putrefactionis.
¶ Oportet vt cū sciueris ꝙ causa in ipo est opillatio in epate ⁊ meseraica vt intendas cū aperitione opillationis.
¶ Et iam laudate fuerunt passe pingues in hoc capitulo: ita vt quidā existimauerunt ꝙ ipe sanant fluxū lotiuum difficilem.

¶ De cura fluxus stomachi ⁊ intestinalis delubricatione absq; excoriatione.

¶ Euacuatio materiei sc; flegmatis hmōi egritudinis cū vomitu est difficilis ⁊ mala: ⁊ raro euacuat vomitus flegma descēdens ad intestina.
¶ Et nō oportet vt bibant aquā quantū possibile est.
¶ Et coriandrū est fortis impressionis in retinendo cibum in stomacho.
¶ Et cū causa colerica illic est illa que funditur ad stomachū ⁊ vlcerat: tunc melius est vt ipsa euacuetur in estate cū vomitu: ⁊ non euacues eam ex via vlcerum.
¶ Ponit ꝙ detur ad sorbendum aqua carnis iacenti ⁊ nō sedenti: immo coxa eius superiore eo toto quod super ipsum est.
¶ In fluxu cuius causa colera est rubea plurima effusa ad stomachū ⁊ intestina oportet vt tēperes mēbrū in quo gnatur co. sc; epar ⁊ fel ⁊ euacues superfluitatem plurimā colericā: ⁊ rectius est cū vomitu si fuerit possibile ⁊ leue ⁊ cū fluxu vētris: si nō fuerit in virtute debilitas ⁊ nō timetur vt accidāt vlcera vel sint.
¶ Et multotiēs sanat hāc lesionē sumere in potu mirabolanos citrinos: ipsi eñ educunt co. ⁊ faciūt succedere virtutē infrigidatiuā facientē stipticitatem.
¶ Et si fuerit flegma plurimū curetur cū his que educunt flegma ex ebibitis ⁊ clisteribus: deinde cum eo

quod constipat ꝛ calefacit calefactione temperata.
¶ Ponit ꝙ similiter est faciendū cum exuberat materia melancholica.

¶ De cura fluxus sanguinis absq̧ excoriatione.

¶ Cū ergo non est ꝑpter ipsum doloꝛ ꝛ estimas ꝙ est ex coꝛpoꝛe aut ex epate ꝛ non cadit per ipsum virtus non retineas ipsum.
¶ Si timeatur ꝙ eius cursus faciat accidere excoriationem aut debilitatem fiat flobothomia ex contrario partis motus eius: deinde dentur medicine stiptice constringentes sanguinem.

¶ De cura excoꝛiationis ꝛ vlcerū intestinoꝝ.

¶ Et opoꝛtet vt cures illud qđ est in intestinis superioꝛibus cū ebibitis: ꝛ qđ est in inferioꝛibus cū clisteribus: ꝛ qđ est in medio cū vtrisq̧ curis.
¶ Si causa adhuc effunditur pꝛepara in abscindendo eam ꝛ constringendo ipsam: ꝛ euacua cum timoꝛe ꝛ cautela ꝛ stude vt sit solutiuum non vehementer nociuum vestigio ꝛ vlceri: immo sit sicut mirabolani: ꝛ rectifica ipsum a cibo duobus diebus vt fiat natura auara eius quod effunditur. Deinde ciba ipsum cum lacte decocto cum lapidibus ꝛc̄. et est cibus ſm semitam medicine.
¶ Et opoꝛtet vt nō bibat vinum nisi quando nō multiplicatur caliditas: tunc enim bibat ex eo parum qđ sit nigrum stipticum ꝛ aqua eius sit aqua frigida: scilicet pro potu.
¶ Et reubarbaro inest ꝓpꝛietas mirabilis in vlceribus intestinoꝝ ꝛ fluxu excoꝛiatiuo.
¶ Et semen rose est mirabile valde ꝛ nos iam experti sumus illud.
¶ Lutū autem sigillatū est iuuatiuū omni excoꝛiationi: ita ꝙ coꝛrosioni in potu ꝛ clisteribus.
¶ Et potare coagulū lepoꝛis ꝛ caseū pꝛeparatū vt supꝛa valde iuuat ꝛ est vltimū in coꝛrosione.

¶ Et cum accidit excoriatio per medicinaʒ ebibitam tūc ex medicinis iuuatiuis est vt fiat clistere cū butyro et sanguine draconis.
¶ Et scias ꝙ adeps caprarū bonū est supra totū illđ qđ aggregat in clisteri ex glutinatiuis: est eñi succurrēs ⁊ sedās mordicationem ⁊ portat sup locum egritudinis velociter.
¶ Scias ꝙ clisteria pinguia glutinatiua sedant dolorem eius qui habet vlcus in intestinis suis corrosiuum: sed non sanant.
¶ Et non cures in corrosione nisi de medicinis cōferētibus corrosioni. Et infra. Licet qñꝫ ledant ⁊ dolorē faciant: non tamen respiciat ad id.
¶ De cura fluxus opillatiui.
¶ Flux⁹ opillatiui plurimū fiūt cū ꝑiodis. Et ĩfra. De errore igit est vt cadat additio ĩ opillatiōe ꝑ stiptica.
¶ Et vomitus est ex rebus magis iuuatiuis ad illud quēadmodum attestatur Hipo.
¶ De cura colerice passionis.
¶ Cum apparēt signa colerice passionis tūc oportet vt non sumat sup illud aliqđ oĩno: neqꝫ post illud nisi cum timetur casus virtutis.
¶ Primū quod oportet fieri est vt expulsio fiat ꝑ vomitum si cibus fuerit adhuc ꝓximus superioribus ⁊ si non adhibeatur ei aliquod quod ipm̄ deponat ex eis que leniunt naturam.
¶ Hipo. eñi dixit ꝙ vomitus qñꝫ ꝓhibet vomituʒ: ⁊ fluxus fluxū: ⁊ vomit⁹ fluxū: ⁊ fluxus vomitū.
¶ Dū eñi ꝑseuerat exeūdo chilus ⁊ cibus ⁊ aliqđ homogeniū ei nō cōceditur ei⁹ retentio oĩno aliquo modorū: in ipso eñi est timor magnus.
¶ Et fortasse accidūt sitis et fe. et significāt ꝙ solutio vētris ꝑmutatur ad sanitatem.
¶ Et oportet vt adiuuetur in retentione eius cum robub stipticis: et si euomerint ea reiterentur super eos et dentur eis paulatim: et fiat permutatio de

vna medicina ad aliã: ⁊ sunt oẽs stomatice.
¶ Aqua rosata calefacta cõfortat stomachos eoꝝ ⁊ calefacit ⁊ ꝓhibet ex egritudinibus eorum.
¶ Acetosa quidẽ cõueniẽtia sunt in excoriatione.
¶ Ingenia in faciẽdo eos sup lectos stratos pannis cũ cãticis somniferis ⁊ cantilenis ⁊ cunis ⁊ pressione leui.i.fricatione manuũ ⁊ pedum.
¶ Locus aũt eoꝝ non sit frigidus: frigus nãqꝫ expellit humores eorum ad interiora ⁊ necessitas ad attrahendũ eos ad exteriora est necessaria.
¶ Ponit modũ distillatarũ carniũ. ⁊ tu vide.
¶ Et nõ est malũ vti vua pensili de qua ipsi accipiãt cum appetunt eam.
¶ Et non ponas in cibatione eorum dulcedinẽ. Dulcedo eñi quãdoqꝫ fit causa ad abhorrendum ⁊ leuitatis ⁊ fluxus solutionis nature.
¶ Et oportet vt non separentur ab eis odores cõfortatiui ⁊ restaurentur super eos.
¶ Et oportet vt non cibentur aliquo dum non verificatur eorum fames.

¶ De regimine fluxus cretici.

¶ Non oportet vt retineatur fluxus creticus cum nõ perducit ad timorem: non oportet vt cibet̃ aqua carnis si fuerit egritudo acuta valde: imo sit, sicut sorbitio facta ex sanich ordei.

¶ De tenasmone ⁊ cura.

¶ Et scias ꝙ frigus facit tenasmon in pluribꝰ horis.
¶ Et oportet vt curetur in initio rei cum flobothomia si necessariũ fuerit et cum minoratione cibi multa: immo fac eum ieiunare si possibile est ei illud duobus diebus.
¶ Et melius quo cibas est lac recẽter mulsum decoctũ: qm̃ retinet fluxũ desup ⁊ lenit locum.
¶ Si tenasmon fuerit ab vlceribus ⁊ corrosione nõ cibẽtur amaris: neqꝫ salsis valde neqꝫ acutis neqꝫ acetosis valde: omnia eñi ista faciũt egestionẽ mordicati

uam dolorosam aut excoriatiuam.

¶ De doloribus intestinorum & pũctione.

¶ Et omnis punctio vehemẽs est similis colice: imo punctio que non est cum fluxu cum fortior fit est colica vel yliaca.

¶ Et qñ peruenit pũctio ad cuzen ad vomitũ & singultũ & destructionẽ rõnis significat mortem.

¶ Factam ab humore colerico significat grauitas cũ vehementia mordicationis inflammate & sitis & exitus eius in egestione & est similis colice: q si curetur cura eius erit timor magnus.

¶ Oportet in omni pũctione materiali nocente sua materia: vt vomat habẽs deĩde soluatur.

¶ Oportet vt caueatur ab errore cadente in pũctione: et estimatur q sit colica: et curatur cura eius & moritur infirmus.

¶ De colica & retentione fecis.

¶ Colica est integra ĩtestinalis passio & dolorosa cũ qua difficilis fit exitus eius quod egreditur per naturam.

¶ Et colica quidẽ s̃m veritatẽ est nomen eius in quo est causa in intestinis grossis.s.colerico: & q̃ sequunt ipsum: q si est in intestinis gracilibus: tunc proprium nomen ei s̃m scientiã verã est yleos.

¶ Malitia cõplexionis humide singularis nõ semp est causa colice nisi per accidens: scz q sit calida frigida & humida materialis.

¶ Et quãdo accidunt colica & yleos s̃m semitã accidentis egritudinũ pestilentialiũ aduenientiũ & perueniũt de regione ad regionẽ: & de homine ad hominẽ: & iam rettulit illud quidam medicus de antiquis et dixit q perueniebant quidam eorum ad epilepsiam que erat mortalis.

¶ Et plurimũ quidẽ accidit colica a flegmate grosso deinde a ventositate forti facta & penetrante in tunicis intestinorum & villis ĩporum propter solutionem

continuitatis ipsorum.
¶ Et ex eis que preparant intestina ad colicam ꝛ ꝓprie ventosam: est vinum plurime cōmixtionis ꝛ olera: ꝛ proprie cucurbita ꝛ fructus recentes: ꝛ proprie vue et potus aque super eas et coitus ꝛ retentio ventositatis volentis egredi: ꝛ iterū egestionis egressum petentis: qn̄q; facit cadere in ipsam.
¶ Et dum non euacuat materia que est in monoculo non accidet complementū sanitatis.
¶ Et fe. quidē est iuuatiua oībus doloribus colice: cuius causa est vētositas grossa: aut flegma: aut malitia complexionis frigide: et est ex rebus velocius sanantibus ventosam.
¶ Et colica quidē multotiēs permutat ad paralysim et sanat per eam: ꝛ silr quādoq; sanatur per dolores iūcturaꝝ: ꝛ qn̄q; ad dolorē dorsi: ꝛ qn̄q; ad melancholiam ꝛ epilepsiam: ꝛ qn̄q; ad ydropisim.
¶ Quādo inuenit colica dolores articuloꝝ ꝛ silia nō apparēt illi dolores tribus de causis. primo q2 dolor fortis offuscat debilē. scdo qm̄ materie sunt conuerse ad latus doloris fortis. tertio quoniā dolor fames et vigilie resoluunt superfluitates.
¶ Et quando prolongatur retentio fecis inflat venter ꝛ interficit.
¶ Habēs colicam inuenit omni hora punctionem ꝛ declinat ad potandū aquam plurimū ꝛ inuenit dolorem in cruribus suis atq; in dorso.
¶ In colica retinetur natura et forsitan nō egreditur: neq; etiam ventositas penitus: ꝛ quādoq; etiam retinetur eructuatio ꝛ fit fortis punctio ꝛ fit quasi ꝑforetur venter eius terebello aut quasi absconsa sit acus in intestinis eius stans: ꝛ quotiens mouetur dolet ꝛ fit fortis sitis ꝛ non satiatur habens eam licet bibat plurimū: qm̄ quod bibitur non penetrat ad epar propter opillationes accidentes in orificijs meseraice que sequuntur ventrem.

¶ Et si ingenietur in attrahendo aliquid de ventre habentis colicam egredietur humiditates ꝛ squibale: sicut stercora ouium vel caprarum magne ꝛ parue ꝛ res natans in aqua.
¶ Humores enim corrũpuntur: ꝛ quandoq; aduruntur ex dolore ꝛ vigilijs ꝛ medicinis calidis.
¶ Quoniã via colere ſm plurimũ ad intestina stringitur ꝛ expellitur co. ad superiora: propter hoc rubet vrina in colica: ꝛ quando maior pars colere cõuertitur ad renes cum non inuenit viã sustentatã ꝑpter illud qd est coram eo de opillatione: ꝛ quoniam dolor rubificat aquã: ꝛ quoniam renes cõmunicant in dolore: igitur ꝛ quãdoq; retinetur vrina.
¶ Et quãdoq; est vrina in principio eius ſm colorem aque ciceris vel aque casei.
¶ Magis incolumis colica est illa in qua non est retentio vehemẽs: ꝛ est dolor mutabilis: ꝛ quandoq; alleuiatur ꝗuis redeat post eam.
¶ Fortitudo doloris vomitus post vomitũ sudor frigidus frigus extremitatũ singultus: post singultum turbatio rationis spasmus retentio eius qd egredi oportet saltẽ cum ingenio est res mortalis.

¶ De differentia inter colicam ꝛ lapidem renum.

¶ Dolor lapidis est paruus quasi sit acus: et colicus est magnus scilicet spacio.
¶ Colicus incipit ab inferiori parte dextri lateris: ꝛ tendit ad superiora sinistri: ꝛ quando cõfirmatur dilatatur in dextra ꝛ sinistra. Et renalis incipit a superioribus ꝛ descẽdit paulatim ꝛ est decliuior ad posteriora.
¶ Renalis fit fortis in hora vacuitatis ꝛ colicus alleuiatur in ea: ꝛ si fit fortis cõsumitur aliquid.
¶ Colicus fit fortis subito ꝛ in tpe breui ꝛ lapidosus paulatim: ꝛ fit fortis in fine suo.
¶ Colicus ad partes mouetur plures et renalis figitur.

¶ Clisteria ⁊ exitus ventositatis ⁊ fecis alleuiant colicum ⁊ nō alleuiant renalem aliquo modo de quo sit curandū in pluribus dispositionibus ⁊ econuerso lapidem frangentes.

¶ In renali fortasse nō est retentio rei que cum egreditur est sicut stercus ⁊ squibale ⁊ sicut stercus vaccinum ⁊ natat rugitus ⁊ similia non necessario sunt in renali ⁊ colicus nō euacuatur ex his.

¶ Dolor cruriū ⁊ dorsi ⁊ tremor in renali est plus: casus vo appetitus ⁊ vomitus paruitas digestionis sincopis sudor frigidus ⁊ iuuamentū cum vomitu in renali sunt minus.

¶ De signis colice flegmatice.

¶ Non oportet vt decipiatur aliquis per illud qđ forte de siti ⁊ inflāmatione ⁊ rubedine aque: ⁊ estimet ꝙ egritudo sit calida: illud nanqꝫ est cōmune omnibus colicis.

¶ De signis ventose colice.

¶ Illa colica in qua est permutatio doloris est incolumior: ⁊ illa in qua est inflatio ventris sicut tympania est mala.

¶ De canone curationis colice.

¶ Oportet vt colice regimē nō pretermittatur: nam cum apparēt signa eius oportet vt interdicatur repletio ⁊ incipiatur mūdificatio eius qđ est sm̄ ipsam.

¶ Et vomitus quidē quādoqꝫ incidit materiā colice humidā ⁊ colericā: ꝙ si superfluat retineatur.

¶ Et ex eis que bona sunt ⁊ experta in hoc est vt ponatur in sirupo de mēta ⁊ aliquid de cimino.

¶ Et ex eis in quibus nō est cōueniētia est vt festinatio sit in dādo in potu solutiuū desuper: nam fortasse hu. ⁊ squibale sunt plures: cūqꝫ cōuertētur ad eos hu. desuper fortasse nō inuenit penetrationem ⁊ perducit regimen ad timorē maximum.

¶ Incipiat igitur in primis ⁊ sorbeat lenientia lubrificantia: sicut ius galli vetusti sm̄ qđ narrabo: deinde

administretur clistere lenitiuum.
¶ Ut si fuerit illic feb. permutetur aqua galli ꝛ loco eius sit aqua hordei.
¶ Tunc quando sentitur quod squibale ꝛ humores grossi valde iam egrediuntur: et oportet vt in potu detur aliquid desuper fiat.
¶ Clisteria enim scilicet lenitiua dum inueniunt in intestinis humorem non attrahunt ex locis alijs: nec euacuant ex reliquis membris plurimum.
¶ Et si iteretur clistere multotiens secundum necessitatem humoris generati vi doloris non erit tantum timoris in ipso quantum est vt fiat euacuatio desuper per medicinas attrahentes a toto corpore.
¶ Hora namque clisteriorum acutorum est post maturationem quamuis ex clisteribus acutis timeatur cordi ꝛ cerebro.
¶ Et multotiens quidem fit clistere ꝛ non soluit: immo facit sodam: quare oportet tunc vt adiuuetur desuper scilicet cum medicina.
¶ Et non oportet vt confortetur yera eorum cum agarico: quoniam est profundans stans in visceribus.
¶ Et oportet vt non continuentur clisteria: immo interueniat inter ea spacium.
¶ Et colerice quidem colice paroxismus vincitur cum pillulis aureis.
¶ Quandoque enim medicine attrahunt ex corpore ad intestina humores malos alios colericos puros: quare aggregantur excoriatio ꝛ colica simul: ꝛ hoc est ex nocumentis mortalibus.
¶ Et ex eis quorum causa generatur nocumentum est vt non sit possibile medico vt sciat dispositiones egri quare non potest tunc scire quod necessarium est in curatione.
¶ Et sitis multiplicatur in eis: ꝛ non oportet vt bibatur nisi parum aut toleretur.
¶ Cumque potus fuerit permixtus cum iulep: erit magis iuuatiuus siti: quia corpus diligit rem dulcem et facit ipsam penetrare.

¶ De cura colice frigide.

¶ Non incipiatur a stupefactione in ea: incipientes enim sedare dolorem cum narcoticis componūt rem maximi erroris.

¶ Administratio enī narcoticoꝝ nō est curatio vera in aliquo: ꝛ illud ideo qꝛ curatio vera est incisio cause: ꝛ stupefactio est cōfirmatio cause ꝛ destruitur sensus: ꝛ redit dolor per duos vel tres dies fortior ꝙ fuit.

¶ Elaboretur in elongādo causam ꝛ incidendo eam ꝛ resoluēdo ꝛ poros dilatando: ꝛ hoc faciunt medicine subtiliatiue non vehementis subtiliationis ꝛ calefactionis.

¶ Vehemēs nanqꝫ calefactio cum intestinis subito accidit non est securitas vt illud qđ ipsa cōmouet de ventositate additū super illud quod ipsa resoluit de materia: ꝛ ꝑpter hoc quādoqꝫ sufficit abstinere a cibo ꝛ potu diebus aliquibus.

¶ Euaporatio quandoqꝫ cōmouet dolorē vehementem: quare necessariū est tūc aut dimittere ipam: aut iterare ꝛ multiplicare eam vt resoluat illud quod primo cōmouit de ventositate.

¶ Et quandoqꝫ sufficit ponere ventosas cum igne super locum doloris.

¶ Et aqua termarum in dolore vehementi quando cū ea fit balneatio iuuat valde: ꝛ similiter tina facta ex aqua in qua decocte sunt medicine resolutiue subtiliatiue.

¶ Et quandoqꝫ cōmouet dolorē potus aque frigide: est enī nocibilior res in hac egritudine cum pauca intentione in sedatione sitis.

¶ Et qñqꝫ datur in potu filonium in hac hora: scꝫ in forti dolore factis euacuationibus ꝛ euadere facit.

¶ Ponit multa solutiua clisteria suppositoria balnea tam naturalia ꝙ artificialia vtilia. ꝛ tu vide.

¶ Ponit nouā formā clisteris. s. in loco qui nō ingreditur anū sit meatus per quē egreditur vētositas.

¶Amplius si dolor sit decliuis ad partē dorsi clisteri za eo resupino: et si ad anteriora dolor decliuis est cli sterizа eo iacēte sup ventrē: et hoc magis facit puenire ad inuolutiones intestinorum.s.enema.
¶Et scias quod enematis equalis quantitatis iuuamentū nō cōsequūtur intestina superiora.s.et inferiora.
¶De modo medicinarū ad colicā frigidam secundum semitā digestionis et nō euacuationis.
¶Melius eorum que bibūtur est alliū. Allio em̄ inest proprietas in sedādo dolores colice frigide cū hoc quod nō inest eis vis faciendi sitim sicut cepe.
¶Et castoreo in colica inest proprietas mirabilis.
¶Et oportet quādo in potu datur aqua mellis vt sit vehementis decoctionis: debilis em̄ decoctionis facit possidere inflationem.
¶De cura colice apostemose calide et frigide.
¶Cucurbite em̄ inest proprietas mala in egritudinibus intestinorum.
¶De cibatione colicorum.
¶Et conferētia quidē sunt aqua carnis decocte fortiter: et vitellus oui sorbilis et medulla panis dissoluta in iure et vino.
¶Et conferunt pluribus eorum aut nō nocēt ficus et passe et dactili et mulsa humida.i.aqua mellis: et omnia illa cū sunt dulcia et melon vehemētis dulcedinis et maturitatis.
¶Ponit quod licet ius galli decrepiti cōcedatur: tamen nō datur licentia in carne ipsius.
¶Et alienēt oīa olera nisi rutam et siclam.
¶Et in menta est inflatio etiam.
¶Et ex potibus eorum est vinū odoriferum purum et sirupus de melle cum speciebus.
¶De his que nocent colicis.
¶Omne grossum ex carne siluestri nocet colicis ita vt leporum et gaselarum.i. capriolorum et vaccarū et omne frixum et omnes ventres animalium.

¶ Et scias q̄ retentio ventositatis multotiens facit accidere colicam: et quādoq̄ generat tenebrositatē visus vertiginem et epilepsiam.

¶ De yleos.

¶ Yleos accidit ex omnibus causis ex quibus accidit colica: et quandoq̄ accidit propter potationē specierum venenosarum facientium yleos.

¶ Et multotiens permutatur colica ad yleos et hec est res quasi facta secundum maiorem partem.

¶ Et cū plus accidit yleos accidit in septima die.

¶ Et ipse quidē vadit de quibusdā ad quosdam permutatiōe q̄ fit in aere pestilentioso: et de terra ad terrā et permutatiōe egritudinum venientium.

¶ Inquit Hipo. Cuz accidūt in colica a qua deus nos tueatur vomitus et singultus et cōmixtio rationis et spasmus: tunc est significatio mala: hec nāq̄ accidūt in cōmunitate stomachi et cerebri.

¶ Inquit Hipo. Cū accidit ex distillatiōe vrine yleos moritur ille cuius est i septimo nisi accidat fe. et currat ex eo sudor plurimus: sed Gal. ignorauit cām in hoc.

¶ Et yleos qui flegmaticus est et ventosus iuuatur febre etiam.

¶ Et bonitas vrine in hac egritudine nō ē plurime significatiōis secundum bonitatē q̄liter igitur malitia eius.

¶ Et deterior yleos est ille in quo expellitur stercus ad superiora et nominatur fetidus: deinde ille in quo est sudor fetidus: deinde ille i quo est anhelitus fetidus: deinde ille in quo est eructuatio fetida: deinde ille in quo est inferior vētositas fetida.

¶ Signa yleos sunt vt sit dolor super vmbilicū et non egrediatur aliquid oīno desubtus et nō fiat iuuamētū magnū cum clisteri sicut dixit Hipo. et quandoq̄ vomūt vermes et ascharides in hac egritudine.

¶ Et retentio exitus fecis scz de subtus inseparabilis est in hac egritudine.

¶ Et motus vomitus et subuersio sunt plus q̄ in co-

lica: quoniã hoc est in intestino propinquiori stomacho q̃ colica: et similiter accidentia tristitie ⁊ angustie ⁊ tremor cordis ⁊ sincopis ⁊ vigilie ⁊ frig⁹ extremitatum.

¶ Et in facto ex apostemate intestinorum adest durities fecis: ⁊ velocitas .s. appetit⁹ ĩ egestione ⁊ nõ erit fe. nec casus virtutis vehemens.

¶ Cura yleos appropinquat cure colice: verũ est fortior: ⁊ illud quod bibit̃ est magis iuuatiuũ in eo: ⁊ est necessariũ clistere etiã: nam illud est adiutoriũ bonũ bibito et equale est siue p̃mittat̃ siue postponatur.

¶ Et flobothomia magis hic est necessaria: nã si fuerit apostema non erit eius excusatio: ⁊ si fuerit dolor fortis ex quo timeatur apostema oportebit vti ea. ex hac em̃ quãdoq; accidit sepatio humorum malorũ in corpore ꝓpter retentionem eoꝝ a dolore.

¶ Et quãdo separantur humores mali in corpore et difficilis fit exitus eorum cum fluxu ventris: tunc est flobothomia ex necessarijs.

¶ Et fricatio extremitatũ etiam est ex eis q̃ ꝓhibent materiã dolorẽ facientẽ sepando eã a ꝓfundo.

¶ Curatur etiã cum ventosis plurimis positis in superioribus ventris.

¶ De vermibus.

¶ Cum euadit materia et vestitur cõplexione necessaria est rectificatio quã tolerãt forme ⁊ figure ⁊ nõ ꝓhibetur eius preparatio in cõplemẽto naturali q̃ pertinet ei ex factore potẽte: ⁊ ꝓpter hoc creati sunt vermes ⁊ musce ⁊ similia ex materijs putridis humidis: nam illud melius est q̃ vt ipse remaneant ꝰm putrefactionem puram.

¶ Et ipsa quidem saliunt sup putrefactiones separatas in mundo et cibantur eis propter cõmunitatẽ et assumũt eas ab habitationib⁹ hoĩm ⁊ ab aere cõtinẽte eos: et vermes ventris sunt hui⁹ generis.

¶ Non est vermiũ generatio ex om̃i humore: ⁊ ipi em̃

non generantur a co.ru.quoniam est vehementis ca liditatis: neq3 a colera nigra quia frigida est et sicca longinqua a proportionalitate aīalis: sanguini pro custodia est attributa et nō effunditur ad intestina: immo materia vermiū est flegma qm̄ calefit et putrefit et multiplicat in intestinis et remanet in eis.

¶ De speciebus vermium.

¶ Species vermium sunt quattuor: longi: lati: et rotundi: et sunt ascharidas: et parui.

¶ Non diuersificatur eorum generatio nisi s̄m diuersitatē eius ex quo generantur: et illius in quo gn̄ant.

¶ Et longi quandoq3 perueniūt ad summam que est vltra cubitum.

¶ Et de eis minus nociui sunt parui: qm̄ sunt parui: et quia sunt elongati a principijs: et quia sunt apti ad expellendum cum fece forti spissa: verum si magnificantur et remaneant spacio aliquanto sunt omnibus deteriores: quoniam sunt ex deteriori materia: deinde longi: lator cm̄ materia fortioris est putrefactiōis.

¶ Et cum habentibus vermes adest fe. accidētia sunt fortia et maligna: quoniā fe. consumit cibum illorum quare inuoluuntur in intestinis et mordicāt ea et nocent vehementer.

¶ Et retulerūt quidē q̄ viderūt eos pforasse vētrem et exiuisse ex eo et illud apud me est maximū.

¶ Et quādoq3 generātur propter vermes et serpentes epilepsia et colica: et qn̄q3 fames canina propter illud qd vehemēter accipiūt cibū et plurimū generant i etate infantie et pubertate et in fine adolescentie.

¶ Et ipsi quidē generātur in autūno plurimū q̄ꝫ i reliquis alijs temporibus et ipi commouentur in sero et hora somni plurimum.

¶ Et labor quidem et exercitium vehemēs quandoq3 solutione educunt vermes.

¶ Tuncq3 egrediuntur vermes habētium acutas fe. viui non sunt vehementis malitie: et si egrediuntur

mortui est signum malum.
¶ Eorum exitus cum vomitu significat humores malos in stomacho.
¶ Signa cōia sunt cursus saliue ꝛ humiditas labioꝝ in nocte ꝛ eoꝝ exiccatio in die:ꝛ qñq3 accidit horribilitas locutionis ꝛ rixa quasi sit in forma irati malorū morū:ꝛ qñq3 ꝑducit ad alienationē ꝛ sunt in pluribus horis quasi ipi masticēt aliq̄d ꝛ accidit eis in somno salt⁹ tremor ꝛ clamor ꝛ qñq3 sitis cū qua nō satiant.
¶ Intētio in curationibus vermiū est vt ꝓhibeantur a materia generāte eos ex comestis ꝛ vt mūdificetur flegma aggregatū ex quo generant:ꝛ vt interficiantur cū medicinis que sunt venena ad eos:deīde fluxu vētris educant si nō expellit eos natura ꝑ se:non eñ oportet vt ꝓlonget eoꝝ statio in vētre post mortem eoꝝ:qm̄ infert eoꝝ vapor nocumentum venenosum.
¶ Et medicine q̄dē calide ad gradū ꝑueniētes tertiū sunt cōuenientiores in regimine eoꝝ omni hora nisi illis sit fe.ꝛ apostema:ꝛ precipue amari saporis.
¶ Et melius tempus quo curantur cū ebibitis est hora vacuitatis ventris.
¶ Et cum mittūtur venena interficiētia eos in lacte aut fauo mellis aut similibus sunt ad sumendū de eo diligētes magis : ꝛ est illud magis interficiēs eos.
¶ Et quandoq3 sumat in potu habēs vermes sicut lac duobus diebus: deinde potat in die tertio in lacte medicinam interficientem eos.
¶ Res nō patitur a suo simili dū non superfluit.
¶ Ponit multas medicinas calidas simplices : deinde compositas ꝛ etiam medicinas frigidas peroptimas. ꝛ tu vide.
¶ Et ex eis que attrahūt eos sine nocumēto est vt bibāt.ʒ.iij.succi enule recētis ꝛ est mirabile.
¶ Et semen apij est forte valde interficiēs omnē vermē sumatur in potu cū sirupo acetoso.
¶ Et cornu cerui est ex rebus iuuatiuis valde.

¶ Ponit clisteria suppositoria emplastra ꝛ cibos ad curam vermiũ cuiusq; speciei. ꝛ tu vide.

¶ Fen. xvij. tertij. De egritudinibus ani.

¶ De sermone vl'i de egritudinibus ani.



Scias ꝙ egritudines ani sunt difficiles ad sanandũ propterea ea que aggregantur in eo qm̃ est callis: ꝛ qꝛ est diuersum penetrãs ab inferiori ad superius: ꝛ qꝛ est vehementis sensus: ꝛ qꝛ est positus in inferiori.

¶ De emorroidibus.

¶ Emorroides diuidunt̃ in verrucales ꝛ sunt deteriores alijs ꝛ in vueas ꝛ morales ꝛ in exterius natas ꝛ ꝓfundas ꝛ sunt deteriores ꝛ ꝓprie ille que tẽdũt ad partẽ virge: qñq; em̃ stringũt vrinã cũ apostemate.

¶ Et plurimũ quidẽ generãtur emorroides ex melãcholia ꝛ sanguine melãcholico ꝛ parũ ex flegmate ꝛ sunt quasi ipe sint vesice ventrium piscium.

¶ Non est possibile vt accidant emorroides nisi aperiantur orificia venaꝝ in ano ſm qđ dixit Galienus.

¶ Et non oportet ꝙ ex emorroidibus apertis currẽtibus sanguis currens retineat̃ donec perueniat ad debilitatẽ ꝛ mollificationẽ genuũ ꝛ comprehensionẽ sincopis ꝛ videatur san. non niger.

¶ Et plurimis q̃dẽ habẽtibus emorroides adest color ꝓprius eis ꝛ est citrinitas declinãs ad viriditatẽ.

¶ Oportet vt in inceptione eius rectificet̃ corpus et euacuet̃ san. malus: ita vt flobothometur saphena.

¶ Et ventosatio eius qđ est inter vtrasq; spatulas cõfert ad eas ꝛ ad hu. melancholicos.

¶ Amplius si nõ fuerit dolor neq; apostema neq; inflatio nõ erit tũc necessitas plurima curationis eaꝝ: nã eaꝝ curatio ꝓducit qñq; ad fistulas ꝛ ad ragadias.

¶ Studiũ impẽdatur in lenificatione nature vt non noceat durities fecis ano ꝛ magnificetur labor.

¶ Scias ꝙ in sanguine qui currit ab emorroidibus

et ex ano est securitas ab herpete estiomeno ꝛ mania et melancholia epilepsia herisipila milio cancro excoriatione scabie glabie: id est tinea lepra pleuresi peripleumonia: ꝛ ceteris hmōi.
¶ Et qñ retinet san. ex eis qui cōsuetus est manare timetur aliqua harum egritudinū ꝛ ydropisis ꝛ ptisis.
¶ Et scias ꝙ iuuamē pillularum de bdellio in emorroidibus hñtibus periodos apparēs est ꝛ nō sunt multi iuuamenti in eis que sunt fixe nō habētes periodos.
¶ Ponit curam incisionis emorroidarum. ꝛ tu vide. qꝛ longam ipsam ponit.
¶ Ponit multas medicinas ad apertionē emorroidarum suffumigationes embrocationes simplices ꝛ cōpositas. ꝛ tu vide.
¶ Et serapinū ꝛ storax est ex summa bibitorum que bibuntur ad emorroides.
¶ Ponit medicinas restringentes fluxum earū siue a natura siue per incisionem. ꝛ tu vide.

¶ De apostematibus calidis in fictiri ꝛ herispila.

¶ Quando apostemata collectionē faciūt ꝛ fiūt vlcera timetur super ea ꝙ fiant fistule: ꝓpter hoc igitur aperiantur ante maturationem.
¶ Oportet vt administretur flobothomia in principio horum apostematū: quādoqꝫ em̄ sedatur dolor solū facta flobothomia.
¶ Et cum sunt illa apostemata propinqui termini in ano ex genere eorum que aggregant materiā: tunc cito perge ad perforandū ante maturationē vt nō extēdatur materia ad ꝓfundū ꝛ fiat fistula.

¶ De egressione ani.

¶ Et curatio quidē redeuntis facilior est curatione apostemosi que non redit.
¶ Q; si nō reducatur administrētur mollificātia.

¶ De fistulis in ano.

¶ Quedā sunt non penetrātes ꝛ sunt incolumiores ꝛ

quedam penetrantes ⁊ sunt deteriores.
¶ In cura cum inscinditur lacertus retētiuus totus aut plurimū eius destruitur tota retentio ⁊ perducit ad egressionē stercoris inuolūtarie.
¶ Et penetrātes qñq̄ habēt orificiū vnū qñq̄ plura.
¶ Et nō penetrātib⁹ qdē si nō fuerit nocumētū cursus plurimi ⁊ fetor supfluus nō erit malū dimittere eas.
¶ Fen.xviij.tertij cañ. De anathomia renū.



Reati sunt renes ad hoc vt sint instrumē tū mūdans sanguinem ex aquositate superflua qua indiget ꝑpter necessitatē facientē eam necessariā: ⁊ illa necessitas destruitur cum digestus est san. ⁊ preparatus vt penetret in corpus.
¶ Positus est ren dexter super sinistrum vt sit locus eius situi epatis ꝑpinquior ⁊ magis attrahēs ab ip̄o q̄tū possibile est ita vt fortasse tāgat ip̄m: immo tangit additamentū quod sequitur ip̄m.
¶ Positus est sinister descēdens: qm̄ compressio fit in latere sinistro a splene.
¶ Aquositas em̄ nō peruenit ad renes in vltimo clarificationis ⁊ separationis: immo peruenit ad eos exeunte in ip̄a sanguineitate aliqua que est quasi ip̄a sit lotura carnis ablutione vltima.
¶ Quando debilitātur renes non purificātur quare egreditur aquositas associata sibi sanguineitate.
¶ Cum epar est debile nō discernit aquositatē a sanguineitate separatione qua opz: ⁊ q̄titate qua opz: ⁊ regimine quo opz: ⁊ peruenit ad renes plusq̄ necesse est in nutrimēto sui ⁊ egreditur in vrina simile loture que egreditur cū renes debiles sunt in nutriēdo se.
¶ De egritudinibus renum.
¶ Quādo multiplicātur egritudines in renibus debilitatur epar adeo donec deueniat res ad ydropisim siue renes sint calidi siue frigidi.
¶ Cunq̄ vides habentem dolorem renum mingere

vrinā viscosam ꝛ glutinosam: tūc scias ꝙ illud addit in doloribꝰ eorū ꝑpter illud qđ attrahūt de materijs malis et generāt qñqꝫ lapidem.
¶ Resoluūtur eorum egritudines per vrinam grossam residentem.
¶ Multotiens facit incurrere strictura lumboꝝ dolorem et caliditatem in renibus.
¶ Et egritudinibus renū associatꝰ paucitas vrine.
¶ Et illi q̄ mingūt vrinā ꝑpter quā multotiēs ad mingendū surgūt in renibus est egritudo.

¶ De debilitate renum.

¶ Causa illius est multitudo coitꝰ renes stupefaciēs: et statio in aquis: et eoꝝ equitatio absqꝫ gradatione ꝛ cōsuetudine ꝛ ꝑpter laborem ꝛ ꝑcussionem ꝛ assellatio plurima et incessio pedibus.
¶ Et comitanꝰ q̄dē debilitatē renū quocunqꝫ modo fit: et extenuationē ipoꝝ paucitas vrine ꝛ defectus ī coitu ꝛ debilitas visus ꝛ dolor capitis.
¶ Debilitas renum causa dilatationis est debilitas vera.
¶ Lac camelinum et ouinū confortāt renes ꝛ aggregant eos et consolidant.
¶ Et lacti quidem ouino nō est cōpar in egritudinibus renū ꝑpter debilitatem: ꝛ ꝑprie qñ cū eo miscetꝰ quod est sicut bolum armenum.
¶ Et comedere renes cū reliq̄s cibis ꝛ ꝑmiscere cuꝫ eis ꝓhibētia ꝛ cōstringētia est multi iuuamēti.
¶ Uti seminibus cū dolore est timorosum ꝑpter illđ quod accidit et descendit.

¶ De apostematibus calidis in renibus.

¶ Cum rūpunꝰ apostemata q̄ faciunt collectionē ad partem vesice est melius omnibus.
¶ Cūqꝫ rūpunꝰ expulsiōe facta ab eis ad intestina a natura sicut expellit materiam pleuresis in ossa lateris ad illud qđ apparet de corpore.

¶ Et omnia quidem renum apostemata sunt velocia ad hoc vt in lapidem conuertãtur: et quomodo nõ cũ ipsa sint causa lapidis.
¶ Et quandoqз facit incurrere strictura membrorũ in medio.
¶ Ad vltimuз qñ in hac egritudine vrina est viscosa alba ꝛ perseuerat ꝺm hoc est significatio mala.
¶ Initiũ curationis est abscisio cause per flobothomiam et per solutionem ventris si sint illic cum sanguine humores calidi acuti.
¶ Et illud quod melius soluit est aqua casei ꝛ cassiafistula.
¶ In aqua quidẽ casei est declinatio materiei ad intestina et ablutio et abstersio et infrigidatio et maturatio ꝛ rectificatio in vlcerib⁹: ꝛ in cassiafistula solutio est cum facilitate et maturatio.
¶ Et si est possibile vt humor tẽpereꝶ: deĩde solutiõe educatur post est melius.
¶ Et oportet ne solutio sit laboriosa fortis ꝛ magnificetur nocumentũ ꝓpter humoreз plurimũ effusum ad intestina vicina renibus.
¶ Et aqua quidẽ hordei est ex eis quib⁹ est adherẽdũ in ea ꝛ oportet vt nullo modo eã dimittas.
¶ Et nõ des in potu semina ꝛ pillulas q̃ ex eis fiunt ꝛ ꝓprie corpe nõ mũdificato: hũores eñ tũc effundũtur ad renes: sed cũ verificaꝶ maturatio ꝓuoces.
¶ Et opз vt ꝓhibeas potũ aq̃ frigide q̃tũ possibile est q̄ si necessariũ fuerit deꝶ aqua dulcis clara frigida que sugẽdo p cottũ vel p aliud sumaꝶ ꝛ caueaꝶ ne ita frigida sit vt ꝓhibeat maturationem.
¶ Et opз vt abstineat a carnibus ꝛ dulcibus.
¶ Et nõ est in vlceribus ꝛ apostematibus aliquid ita congruum sicut quies.
¶ Et balnea quidẽ non conueniũt eis nisi post declinationem apostematum calidorum.
¶ Clisteria eñ sunt magis peruenientia cum fixione

virtutis sue ⁊ nõ faciũt descendere aliquid desuper: sicut faciũt ea que bibũtur ⁊ ꝓprie solutiua.
¶ Et cassiafistula quidem est res cõgrua in curationibus renuz: nam cũ ipsa ponit͛ in clisteribus et eis que bibuntur euacuat sine labore.
¶ Et cum scis ꝙ corpus est mundum ⁊ apostema est paruũ: tunc fortasse sufficit dare in potu aquã mellis aut aquam zuccari plurime cõmixtionis: nam ipsum fortasse resoluet sine mordicatione.
¶ Et multotiens quidẽ est causa tarditatis maturationis malitia cõplexionis calide inflãmate.
¶ Diuretica sunt fortia sicut achorus et semen agni casti: et eis quidem vtrisqȝ est ꝓprietas in hoc: nam prouocant virtute laboriosa.
¶ De apostemate duro in renibus.
¶ Maturatio enim est sequens caliditatem tendentem ad equalitatem.
¶ Considera radices q̃ sunt in curationib⁹ duri epatis ⁊ medicinas: nam ille eedẽ sunt maturationis duritiei renum.
¶ Non sit superfluitas in medicinis: ꝙpobrem retineatur grossum ⁊ conuertatur in lapidem: immo considera vrinam eius: ⁊ quotiẽs ingrossatur. s. per digestionem prouoca cum equalitate: ⁊ quotiens stat. s. subtilis matura.
¶ Et de signis maturatiõis est ꝙ multiplicat͛ vrina.
¶ De vlceribus renum.
¶ Et vlcera quidẽ renũ minoris malitie sunt ꝙ̃ vlcera vesice et ꝙ̃ vlcera meatuũ inter vtraqȝ et ꝙ̃ vlcera meatuũ inter duo emũctoria.
¶ Et causa dicti est: qr vlcera mẽbri neruosi difficilioris sunt sanationis ꝙ̃ vlcera mẽbri carnosi.
¶ Et multotiens proueniũt ex vlceribus renũ fistule que nullo modo sanant͛: ꝙ̃uis sint de illis que cessant a cursu suo cum mũdificatione corporis ⁊ currunt cuz est eius repletio: ex illa aũt que est bone materiei nõ

prouenit magnus timor: que autē est multe materiei facit accidere perditionem.
¶ Et ille cuius ren dirumpitur: moritur.
¶ Et est aliquid ex capite apostematis decliue ad exteriora: quare rumpitur ad exteriora.
¶ Et mictus quidē sanguinis debilitat: qm̄ q̄uis sit illud quod ꝓuenit oī hora: parū tamē frequētia ꝑducit ad hoc vt euacuet̄ summa plurima.
¶ Ponit differentiā inter vlcera renum et vesice. et tu vide.
¶ Primū qd̄ necesse est in cura vlcerū intēdendum et renuz ꝛ vesice est eq̄tio humorū et minoratio potu aq̄ vt minoretur necessitas mingendi ꝛ motus renū. Ea non em̄ curationis vlcerum est quies.
¶ Uomitus nāq̄ est melius quo renum vlcera curātur: quoniam mūdificat ꝛ euacuat: ꝛ per hoc q̄ attrahit humores a contrario partis renum: ꝛ quādoq̄ est vsus eius frequens sufficiens ad illud excusans ab alio: nō tamen oportet vt fiat commotio vehemens cum labore.
¶ Et cū dolor fit fortis curet̄ dolor pri⁹: deīde vlcus.
¶ Coitus nāq̄ nociuus est istis valde ꝓpter multitudinem exercitij motus.
¶ Et oportet vt commisceas cum medicinis vlcerum omnibus glutinationē facientia: sicut amilū ꝛ dragagantum et gumme frigide: nam conglutinatio est ex eis que ponunt vlcera minuta ab excoriatione eorum que transeunt super ea.
¶ Et radici liquiricie inest exiccatio et mūdificatio ꝛ et maturatio et glutinatio.
¶ Et multotiens conferunt clisteria dissinterica ꝯm semitam vicinitatis.
¶ Fistule ꝟo curationē non habēt nisi exiccationez ꝛ prohibitionem corruptionis.
¶ Exiccatio ꝟo fit assiduatiōe mūdificatiōis corpis ꝛ cautela a repletione ꝯm q̄titatē ꝛ qualitatē: et hoc

quidem sufficit in curatione eius que nō est maligna.
¶ Et genera lactis cōferūt eis qñ ea digerūt ⁊ qñ bibit lac nō comedat aliquid post ipm donec descēdat: ⁊ lac quidē cōueniēs est ei loco cibi ⁊ potus simul.
¶ Dimittāt ficus siccas: qm̄ male sunt ad vlcera abstergētes ea ⁊ scalpentes ipsa exiccantes ea: nam in ipsis est lacticinium occultum.
¶ Et oportet vt deuitent omne acetosum fortis acetositatis ⁊ omne acutū ⁊ omne salsum ⁊ omne qđ est vehementis dulcedinis.

¶ De lapidibus renum.

¶ Cōicant renes ⁊ vesica in causa generationis lapidis: ⁊ illud est qm̄ lapidis generatio nō cōpletur nisi ex materia agente ⁊ ex materia patiente.
¶ Materia lapidis est aut humiditas grossa flegmatis viscosa aut saniei aut sanguinis aggregati in apostemate: ⁊ hoc est raro.
¶ Uirtus vero agens est caliditas egressa ab equalitate.
¶ Et materia quidē duas habet causas. quaꝝ vna est materia: materie sunt sicut cibi grossi ex gn̄e lactis carnium ⁊c. ⁊ scđa est retētor materie: sicut est debilitas virtutis expulsiue aut apostema calidū ⁊ similia.
¶ Et hec caliditas egressa aut est inseparabilis aut accidēs ꝓpter laborē aut acceptionē calefaciētis.
¶ Lapis qui in renibus fit est leuior parūper ⁊ minor ⁊ magis decliuus ad rubedinem. Et ille qui est in vesica est durior ⁊ maior valde ⁊ magis decliuus ad nigredinē cinereitatē ⁊ albedinē ⁊ minutim frāgitur.
¶ Et ille cui plurimum aduenit lapis renum est pinguis: ⁊ ille cui plurimum aduenit lapis vesice est extenuatus.
¶ Et senibus magis aduenit lapis renū q̄ꝫ vesice. de infantibus ⁊ qui sequūtur illos est econuerso. virtus em̄ in infantibus ⁊ adolescētibus est fortior expellēs a superioribus ad inferiora: in senibus vero virtutes re

num debilitantur valde.
¶Omnis vrina in qua est humor plurimus ex qua cū descēdit generatur sal inest substantia arenosa est dignior vt ex ea generetur lapis.
¶Et dignior puerorum vt in eo generetur lapis: est ille qui est sicce nature: scilicet stiptice ꝑm plurimū ⁊ calidi stomachi.
¶Et ad summū siccitas nature facit vrinam grossiorem ⁊ plurimam.
¶Et in illo in quo est sedimē arenosum nō aggregatur lapis: qm̄ materia nō est coartata: ⁊ neq̧ aduenit ei causa iterū plurima scilicet efficiēs fortis.
¶Et scias ꝙ parū accidit puellis ⁊ mulieribus lapis in vesica: qm̄ meatus vesice eaꝝ quo ad exteriora est breuior ⁊ latior ⁊ paucoꝝ aufractuū ⁊ in breui de facilitate expulsionis est qđ non in longo est.
¶Et de habētibus lapidē sunt quibus sunt paroxismi generandi lapidem ⁊ mingēdi eum: ⁊ aduenit eis sicut colica ⁊ spaciū in hoc est diuisum inter mensem ⁊ vsq̧ ad annum.
¶Et scias ꝙ lapis renum ⁊ vesice est ex eis que hereditantur.
¶Dicitur ꝙ quādo sani ⁊ ꝓprie senes mingūt nigrū cum dolore aut absq̧ dolore iudicat ꝙ lapis completur in vesica: ⁊ proprie si vides arenam residentē que tendit ad rubedinē ⁊ citrinitatem.
¶Et repletio cibi facit ipm vehemētius excitare dolores: ⁊ ꝓprie quādo descēdit ad intestina ⁊ pertrāsit ea: cū autē expellūtur superfluitates ex intestinis dolores sunt quietiores.
¶Signa motus lapidis a renibus sunt grauitas doloris ⁊ vehemētia eius ⁊ descensio ex alchatin ad inguina ⁊ emunctoria: ⁊ cum sedatur ille dolor tūc iam peruenit in vesica.
¶Sunt quidam qui laborāt extrahere ipm per incisionē ylij ⁊ per dorsum: sed est timor magnus in eo et

operatio eius qui rationem non habet.
¶ Materiei aūt incisio fit in primis cum euacuatione eius per solutiuū ventris aut per vomitū: deinde abstinendo a cibis grossis ⁊ aquis turbidis ⁊ assiduatio ꝓuocationis cū eis que lauāt vesicā de seminibus diureticis: ⁊ cū superuenerit ei spaciū dierū administretur diureticū forte.
¶ Et iuuātur a clisteribus leuibus temperatis per illud qđ educunt de fece ⁊ leniūt naturam.
¶ Et ex prohibitiuis generationis lapidis est vomitus post cibum ⁊ multus vsus eius: ipe eñi expellit superfluitates grossas per viam cōtrariā vie cuius motus est ad renes: ⁊ facit latus renū vacuū mundum.
¶ Et dormire super dorsum est ex eis que lapidi cōferunt scꝫ generationi eius.
¶ Oportet vt medicine que sunt lapidis vesice sint vehemētius calide ꝙ ille que sunt lapidis renum.
¶ De medicinis cōminuētibus lapidem.
¶ Ponit multas medicinas cōminuētes lapidem. et tu vide.
¶ Et in fisticis est virtus qua cōminuitur lapis renū.
¶ Et de illis que valde sunt fortia est vnus lapidum qui in spongia inuenitur.
¶ Ponit fortia cōminuentia lapidem: vt est sanguis hyrci exiccatus ⁊ ponit modum eius: cinis ouorꝫ galline ⁊ modum eius ponit.
¶ Auis vocata cauda tremula: et dicit ꝙ est minor auium: excepta regia aue.
¶ Ponit multas medicinas compositas valentes ad lapidem. ⁊ tu vide.
¶ Et quandoqꝫ exercitium ⁊ motus ⁊ equitatio super animal inquiete incedens sufficiūt: ⁊ similiter descensus per gradū ⁊ ꝓprie quando administrate fuerint inunctiones.
¶ Fen decimanona tertij canonis. De anathomia vesice.



Quemadmodū deus excelsus creauit et fecit vasa aggregatiua cōprehendētia totū vsqꝫquo aggregatur: deinde expellitur totū simul per qđ fit excusatio ab affellatione cōtinua hora post horam. Similiter creauit superfluitati aquositatis capacitatē ⁊ sacculū eā cōprehendentem vt non sit necessarium expellere ipsam cōtinue: sicut accidit in distillatione vrine: et capacitas illa est vesica.

¶ Cūqꝫ repletur vesica euacuatur qđ in ea est cum volunrate ad quam perducit necessitas.

¶ Et ī collo eius est carnositas retēta vicina lacerto.

¶ Ponit modū quō subtiliatus est creator sapienter in attrahēdo aquositatē ad eā ⁊ expellēdo. ⁊ tu vide.

¶ De egritudinibus vesice ⁊ cura eaꝝ.

¶ Et qñqꝫ cōicant vesice mēbra regalia ⁊ nobilia sicut cerebrū: ipm enī fit dolorosum cū ea: ⁊ aduenit ei vertigo ⁊ sirzen causa cōitatis vesice.

¶ Epati etiā multotiens accidit ydropisis ꝑpter frigus vesice: ⁊ egritudines vesice multiplicātur in aeribus ⁊ regionibus ⁊ vētis septētrionalibus ⁊ in temporibus frigidis.

¶ De lapide vesice ⁊ signis eius.

¶ Ille cui plurimū aduenit lapis vesice est extenuatus: ⁊ in renibus est econuerso.

¶ Infantibus quidem ⁊ qui eos sequūtur aduenit lapis in vesica.

¶ Non est dolor lapidis vesice sicut dolor lapidis renum.

¶ Et accidit quandoqꝫ vt sint in vesica duo lapides aut plures excoriātes: ⁊ multiplicatur confractio arene ex eis.

¶ Et in lapide quidē vesice est assiduatio pruritus et dolor in virga ⁊ radice eius: ⁊ in pectine cōitate virge ad vesicā: ⁊ similiter cōtractionis virge sue ⁊ ꝓprie

cum est puer ꝛ assidua erectio.
¶ Et quotiens euacuatur vrina quam mingit desiderat mingere statim.
¶ Et multotiēs mingitur sanguis propter rascationem lapidis proprie quādo est asper magnus ꝛ quādoqꝫ pungit.
¶ Cum resupinatur lapidosus et eleuātur anche eiꝰ et concutitur: remouetur lapis a meatu: ꝛ quādo tūc fit compressio fortis super pectē egredit̄ vrina: et est hec significatio fortis super lapidem.
¶ Cum igit̄ nō cōferūt hec.s. resupinationes incuruationes ꝛc. administret̄ alchacatir id est syringa et extrahat̄ vrina: ꝛ est significatio fortis.
¶ Si difficilis fit eiꝰ intromissio.s.syringe tūc meliꝰ est vt nō elaboret̄ cum conamine.
¶ Et lapis quidē paruus magis retinet vrinā ꝙ magnus: quoniā paruus figitur in meatu: magnꝰ remouetur velociter a meatu.
¶ Lapis vesice multiplicat̄ in regionibus septētrionalibus ꝛ proprie in infantibus.
¶ Ponit curā lapidis ꝑ multas medicinas ꝛ tandē ꝑ scissionē inter anū ꝛ testiculos cui ānectit multa ꝑicula: ꝛ maxime ne ꝓhibeat̄ generatio. ꝛ tu vide.
¶ Si incisio ceciderit in corpore vesice non consolidatur omnino.
¶ Nō remaneat aliqd ex lapide facto in vesica omnino: nā si remāserit adhuc fit magnus.
¶ Et vrinā quidē valde ledit ꝑforatos: ꝛ ꝓpter illud oportet vt sumāt in potu aquā paulatim.

¶ De vlceribus vesice.

¶ Et in eo cui assidue fit vrina acuta succedūt vulnera ꝛ vlcera: ꝛ sunt difficiliora plurimū ꝙ vlcera renū qm̄ sunt vlcera membri neruosi.
¶ Et ille cuius vesica dirumpitur: moritur ꝟm plurimum: ꝙ si scindatur non incarnatur nisi in parte partis carnose.

¶ Oportet vt ipsi deuitent cibaria acuta salsa ⁊ acetosa et vehemētis dulcedinis cōuertibilia ad co.

¶ Et exercitiū nocet eis q2 acuit ⁊ inflāmat: si autem nō facit illud tūc est iuuatiuū q2 confortat membrū: experiatur illud igitur paulatine.

¶ Ponit inter ceteras causas ardoris vrine ꝙ defectus humiditatis glutinose vestientis meatum vesice que humiditas ex multitudine coitus cū spmate euacuatur est causa ardoris cum vrina transit.

¶ De difficultate vrine et retētione eius.

¶ Expertū est in pluribus horis et diebus ꝙ qui habet difficultatem vrine et aduenit ei post ipm tenasmon moritur in septimo nisi accidat febris: et prouocationem plurimam faciat.

¶ Ex cōgelatiōe sanguinis cū vesica paꝝ fit euasio.

¶ Et dixerunt quidem et expti sumus ⁊ profuit: fiat suppositoriū de sale tabarzet ⁊ supponatur ī ano: ꝓuocabit eñ vrinam et soluet ventrem.

¶ De distillatione vrine.

¶ Et omnis qui deficit in tolerantia vrine iuuatur a medicinis desideriū coeundi facientibus.

¶ Et administratio alliorum est iuuatiua: prouocat enim vrinam abscisam ⁊ reducit eam ad illud quod necessarium est.

¶ De minctu in lecto.

¶ Et pueris quidem adiuuat ad illud ꝓfunditas somni: cū igitur mouentur expellit eam natura ⁊ occulta voluntas .i. imaginatiua.

¶ Et alleuietur cibus eoꝝ vt alleuietur somnus.

¶ Et fortasse aliquis eorum est qui imaginatur: quare vacet eum virtus expulsiua et sensibilis ad mingēdum dum ipse dormit: qm̄ conueniens est locus eius adhoc vt in eo mingatur et cōsueuit illud sicut locus latrine et cloace et tecture tegentis.

¶ De diabete.

¶ Diabetes est vt egrediatur aqua sicut bibitur in tpe

breui: ꝛ pportio huius egritudinis ad ebibita et ad membra sua est proportio lubricitatis stomachi et intestinorum ad comesta.
¶ Et dixerunt quidã scꝫ Galie. scꝫ in sexto interioꝝ. Hoc accidẽs accidit subito qm̃ est res naturalis non facta cum voluntate et lubricitas intestinorũ paulatim: quoniã illic est sensus et volũtas: ꝛ iste sermo est non conueniens.
¶ Et habẽs quidẽ egritudinem meatuũ et transitus i. diabetem sitit: quare bibit ꝛ nõ satiat: immo mingit sicut bibit nõ valẽs retinere penitus.
¶ Et tu scis ꝙ quando expellit illud quod currit qñqꝫ perducit ad liquefactionem et ethicam ppter multitudinem attractionis humiditatis ex corpe: ꝛ qꝛ phibetur ab eo ꝙ oportet ipsum recipere de superfluitate humiditatis ꝑ potum aque.
¶ Diabetes cum accidit plurimum accidit cum caliditate ignea.
¶ De illis que valent ad hoc est dormire.
¶ Et melius est vt sumant in potu aquam frigidam valde: deinde euomant eam et iteretur illud in eo: et oportet vt cõuertatur aquositas a renibus cũ vomitu et sudore forti.
¶ Et lenificatio nature confert eis: ꝛ si nõ cum aliis saltem cum clisteribus temperatis.
¶ Plures nãqꝫ eoꝝ existũt sicce nature.
¶ Nam melior res dispõnis ciborũ quos sumere precipiũtur est vt sint tales quatinus comitet eos lenificatio nature et confractio sitis.
¶ Oportet vt custodiantur a fructibus in quibus est infrigidatio ꝛ stipticitas cum puocatione sicut citonia.
¶ Factũ q̃dẽ a frigiditate qui cũ hoc nõ euacuat a siti ꝛ cui⁹ pñtia nõ accidit nobis: antiquorum rexerũt quidẽ sapientũ et dixerũt: oportet vt sit subtilitas ad sedandum sitim eius.

¶ De multitudine vrine.

¶ Frigus em̃ multotiens prouocat: propterea q2 cõstringit: ⁊ quia calefacit ventrem.

¶ Et illius quidẽ vrina minoratur cuius egestio multiplicatur et subtiliatur: et illius cuius siccat͛ egestio multiplicatur vrina.

¶ Dico igitur ꝙ omnes medicine que sunt ad coitũ facientes iuuatiue sunt ei qui habet multitudinẽ vrine ex frigore.

¶ De mictu sanguinis ⁊ saniei.

¶ Inq̇t Ypo. Cũ mingitur sanguis sine dolore ⁊ est paucus in horis quibusdam nõ est malum.

¶ Et ille qui est propter aptionẽ venarũ fit sine dolore et est mũdus sincerus ⁊ fit paulatim ⁊ san. eruptionis et scissionis fit plurimus.

¶ Et sanguis quidem vlcerum fit cũ dolore quodã: ⁊ si est corrosio sanguinis est paulatim ⁊ ad nigredinem declinis ⁊ quandoq3 est cum eo fetor ⁊ fit plurimus ei post egritudines.

¶ Nã quãtomagis est altior tãto ẽ maioris cõmixtionis: ⁊ q̃to plus est inferior maioris sepationis.

¶ Et cũ cretica ẽ: est alleuiatio ⁊ fortitudo ⁊ subito.

¶ Illa q̃ fit gratia repletiõis aut abscisionis mẽbri aut dimissionis exercitij q̃n̄q3 habet periodos.

¶ Et nõ approximes stiptica nisi post q̃ꝫ vrina significat mũdificationẽ: stiptica em̃ cõgelãt qđ est inuiscatũ et constringũt et in eo est timor.

¶ Curatio mictus sanguinis qui est causa separationis in renibus ⁊ vesica fit cũ infrigidatione: ⁊ oportet vt tu añcedas cũ attractiõe sanguinis ad posteriora cum vẽtosis ⁊ flobothomia et acceptione ciborꝫ ingrossantiũ sanguinẽ ⁊ infrigidãtiũ ip̄m ⁊ q̇ete ⁊ tranquillitate et cõstrictione mẽbrorꝫ extraneorum.

¶ Et oportet vt dimittant coitum omnino.

¶ Fen vigesima tertij cañ. De anathomia testiculorum ⁊ vasorum spermatis.


Ublimis deus creauit duos testiculos qui sunt mēbra principalia in quibus gñatur sperma et humiditate delata ad eos in venis que est quasi superfluitas cibi quarti in corpore toto cōmouetur eñi in illis per spiritum.

¶ Et ouū quidē dextrū in pluribus hoībus est fortius q̄ sinistrū nisi in illo qui est in iudicio lassitudinis.

¶ Uirga est membrū instrumentale generatū ex mēbris singularibus ligamētalibus ⁊ neruosis ⁊ venosis ⁊ carnosis.

¶ Et in virga sunt meatus tres: scʒ meatus vrine: et spermatis: ⁊ meatus algadi.i.humoris qui egreditur cum homo tangit mulierem.

¶ Et scias q̄ virge aduenit virtus erectionis ⁊ vētositatis a corde: ⁊ aduenit ei sensus a cerebro ⁊ nucha: ⁊ aduenit ei sanguis equalis ⁊ desiderium ex epate ⁊ desideriū naturale: qñq; fit ei causa renū ⁊ apud me principium eius est ex corde.

¶ De causis erectionis.

¶ Ponit q̄ res in quibus est humiditas non apta ad conuersionē in prima digestione in ventositatē: sed ipsam reseruans ad tertiam digestionem sunt facientes erectionem.

¶ Et vsus coitus cōfortat hoc membrū ⁊ facit ipsum lacertosum ⁊ ingrossat ip̄m ⁊ dimissio eius liquefacit ipsum ⁊ arefacit.

¶ Operatio nāq; sicut dicit Hipo. ingrossat ⁊ dimissio operationis liquefacit.

¶ Et causa q̄dē desiderij ⁊ motus eius est aut meditatiua aut ex multitudine vētositatis ī sanguine ex quo gñat sperma quare instrumētū virge inflat ⁊ erigit.

¶ De causis spermatis.

¶ Sperma est superfluitas digestionis quarte que cū dispartitur cibus in mēbris resudādo a venis tertia digestione iam completa.

¶ Ipsum est de summa humiditatis ꝑxime coagula-tioni ⁊ ex qua nutriūtur membra dura vtpote vene ⁊ arterie ⁊ similia.

¶ Et qñqꝫ reperitur de ea plurimū retētū in venis ad qđ iam precessit digestio quarta ⁊ remāsit vt nutrian tur vene aut ꝑueniat ad mēbra homogenea vt nutriā tur eo preterꝙ necessaria sit magna alteratio illius.

¶ Ponit opinionē medicoꝝ scꝫ ꝙ in vnoquoqꝫ duoꝝ seminū est virtus formandi ⁊ informandi scꝫ actiue ⁊ passiue verū masculi est fortius in virtute a qua est in ceptio formationis iussu dei.

¶ Ponit opinionem philosophoꝝ scꝫ ꝙ in spermate masculi est principiū actiuū tm̄: ⁊ femine passiuū tm̄: ⁊ dicit ꝙ plurimū studij spermatis masculi est in par ticularitate spūs infantis: ⁊ nō est nisi coagulū agēs in lacte: sperma aūt mulieris est fundamentū parti-cularitatis corporis infantis.

¶ Et sperma quidē masculi expellitur ꝑpe matricē quare deglutit ipm os matricis attractione vehemē ti: ⁊ sperma mulieris expellitur intra matricē eius in vasis ⁊ venis ad locum conceptionis.

¶ Nam sperma viri est calidū digestū spissum: ⁊ sper ma mulieris est genus sanguinis mēstrui digestū pa rūper ⁊ cōuersum parū: ⁊ nō elōgať a virtute sangui-nea elōgatione spermatis viri ⁊ hoc ꝯm phos.

¶ Cognitio aūt certitudinis harū duaꝝ intentionū pertinet ad sciam naturalē ⁊ nō nocet medico igno-rātia eius scꝫ in cura ⁊ cōseruatione.

¶ Et Ypo. quidē dixit ꝙ plurimū materiei sperma-tis est ex cerebro ⁊ ꝙ descendit ex duabus venis que sunt post ambas aures: ⁊ ꝙ abscindit flobothomia ambaꝝ generationū ⁊ facit incurrere sterilitatem.

¶ Et Galie. quidē nō sciuit an faciat incurrere inci-sio harū duaꝝ venaꝝ sterilitatē an non.

¶ Mihi aūt videtur ꝙ nō oportet ꝙ sit sperma ex ce rebro solo ⁊ nō est verū qđ dicit Ypo. de esse duaꝝ ve

narū: immo oportet vt sit ei ex omī mēbro principali fons ⁊ vt sit ex alijs resudatio etiā ad istas radices: ⁊ ꝓpter illud est assimilatio: ⁊ ex hoc generatur ex mēbro diminuto mēbrū diminutū: licet illud etiā fiat cū vene nō vltimū finē consequētur: nam nō ꝓcedit appetitus vltimus cū digestione cōpleta.

¶De signis cōplexionis calide ⁊ sicce.

¶Sūt assiduatio desiderij apud quālibec presentiā ⁊ ꝙ impregnat plurimū ⁊ efficit masculum ⁊ erectio fortis verū abscinditur a coitu iterū velociter.

¶De signis cōplexionis calide ⁊ humide.

¶Et minus impregnās ⁊ vehemētioris fortitudinis super coitū ⁊ non est pluris desiderij ⁊ erectionis ⁊ leditur a dimissione coitus superflua: ⁊ est plurime pollutionis ⁊ velocis executionis.

¶De iuuamētis coitus.

¶Coitus bonus est ille qui fit in hora qua superfluitatū sequitur euacuatio ⁊ alleuiat corpus ⁊ preparat corpus ad augmentum.

¶Et qñqꝫ sequitur ipm expulsio cogitationis dominātis: ⁊ acquisitio audacie: ⁊ domatio ire superflue: ⁊ acquisitio grauitatis.i.cōsilij ⁊ rationis.

¶Et cōfert melancholie ⁊ pluribus egritudinibus co.ni.que dilatat aiam ⁊ expellit fumū spermatis aggregatū a parte cerebri ⁊ cordis.

¶Cōfert etiā doloribus renū repletoꝝ ⁊ egritudinibus flegmatis oibus ⁊ ꝓprie in eo cuius caliditas innata est fortis quā nō debilitat exitus spermatis.

¶Et qñqꝫ abscindit materias apostematū accidētiū in partibus inguinū ⁊ testiculorum ⁊ omnē cui aduenitūt per dimissionē coitus tenebrositas visus ⁊ vertigo ⁊ grauitas capitis ⁊ dolores ancharum: ⁊ qui temperatus est sanat.

¶Et plurimoꝝ quoꝝ cōplexio requirit coitū cū ipm dimittūt refrigeratur corpus ⁊ relique dispositiones ⁊ cadit appetitus cibi: ita vt si recipient cibum expel

lant ipsum vomitu.
¶ Et qñq3 accidit viro ex dimissione coitus ⁊ habun-dantia spermatis vt conuertatur ad venenositatē ⁊ mittat vaporē malū ad cor ⁊ cerebrū sicut accidit mulieribus ex suffocatione matricis.

¶ De nocumento coitus.

¶ Coitus euacuat de substantia cibi postremi quare debilitatē affert cuius simile alie nō afferūt euacua-tiones: ⁊ euacuat de substantia spiritus rem plurimā ꝓpter delectationem.
¶ Et coitu quidē plurimo succedit debilitas sensuū sc3 visus auditus ⁊ in cruribus stupor ⁊ dolor quare nō sustinet forsitan onus sui corporis ⁊ multotiēs ac-dunt ei febres acute adurentes:
¶ Dimissio coitus cōtristat plurimū ⁊ grauat corpus ⁊ caput eius ⁊ rixatur ⁊ multiplicatˀ pollutio eius: ⁊ si est ei obediēs debilitatˀ stomachus eius ⁊ desiccatur.
¶ Et deuitēt ip̄m de mulieribus que habēt aborsum.
¶ Et mala figura coitus est vt ascendat mulier super virum: ex illa em̄ timetur rames.i.hernia ⁊ inflatio ⁊ vlcera virge ⁊ vesice.
¶ Et scias ꝙ retētio spermatis in coitu est mala val-de ⁊ quandoq3 perducit ad constrictionem vnius duo rum ouorum.
¶ Et coitus quidē cū infantibus est fedus apud mul-titudinē gentium ⁊ ꝓhibitus in lege ⁊ ex parte nocibi lior: q2 fit plurimo motu ⁊ est minus nociuus: q2 mi-nus de spermate eijcitur.

¶ De horis coitus.

¶ Oportet ne coitus fiat super repletionem. ꝓhibet em̄ digestionē ⁊ facit cadere in egritudines quas effi cit motus super repletionē ⁊ debilitat.
¶ Et oportet ꝙtū possibile est ne coeat aliquis cum adest vacuitas: hoc enim est nocibilius ⁊ onerosius nature ⁊ magis pernecās calorē innatū ⁊ magis at-trahēs liquefactionē ⁊ ethicā ⁊ arefactionem.

¶ Oportet vt fiat dū cib⁹ descēdit a stomacho ꝛ complet digestio pria ꝛ scḋa ꝛ mediat dispō in digestiōe.
¶ Et oportet ne coit⁹ fiat nisi a desiderio sano quod non excitat aspectus: aut intuit⁹: aut pruritus: aut ardor: sed cōmoueat ipm multitudo spmatis ꝛ adiuuat illud totum sanitas virtutis.
¶ Et opꝫ vt vitet coitus post satietatē nauseatiuā ꝛ post euacuatiōes fortes ex vomitu ꝛ fluxu vētris ꝛ colerica passiōe ꝛ mot⁹ corpeos ꝛ aīales ꝛ flobothomiā.
¶ Et qui vtitur eo ī ea hora post spacium in quo non abhorret coitum inuenit leuitatem et alleuiatur anhelitus et bonus fit sensus.
¶ De spmate gn̄ante ꝛ nō generāte.
¶ Spma ebrij ꝛ decrepiti ꝛ infantis ꝛ multi coit⁹ nō generat: ꝛ illi⁹ cui⁹ virga ꝓlongatur valde.
¶ Et spma hn̄tis mēbra debilitata raro gn̄at sanū.
¶ De diminutione coitus.
¶ Et multotiens quidē est debilitas scꝫ coitus facta a causa cerebri sequēs casum aut ꝑcussionem.
¶ Et inflatio quidem est bonus adiutor ita vt in illo cuius ventre multiplicatur inflatio absqꝫ superfluitate dolorosa erigatur.
¶ Et habentes co.ni. sunt plurime erectionis ꝓpter multitudinē inflationis ipsorum.
¶ Et ex eis que debilitant coitum et virtutem eius sunt res meditatiue sicut horribilitas coeundi aut verecundia aut antecessio intellectus ad cor: debilitat em̄ a coitu ꝛ facit deficere.
¶ Et fit causa in eo quandoqꝫ dimissio coitus: et ꝙ omnino obliuiscitur eius et constrictio membrorum ab eo et paucitas preparatiōis nature in generatione spermatis: sicut nō est solicita in generādo lac in mamilla remouētis filium a lacte.
¶ Et frigus ꝛ calor simul sunt cōtraria ventositatī: nā frig⁹ ꝓhibet generationē ei⁹ ꝛ calor resoluit materiā eius et nō est qḋ ipsam generat sicut humiditas

temperata ⁊ caliditas quam ipsa nutrit.
¶ Et de illis que adiuuant in hoc est equitare equos ſm intētionē ei qui consueuit ⁊ cuius renes ⁊ vesica sunt humidi aut cū hoc frigidi.
¶ Et pinguis quidē magis defectiuus est a coitu ꝙ extenuatus.
¶ Et ei qui vult coitus multitudinē cōuenit vt minoret sudorē ⁊ balneationē ⁊ flobothomiā ꝙtuꝫ potest: et vtatur inūctione pedū cum oleis calidis: illud eñi confortat renes ⁊ vasa spermatis.
¶ Si causa est frigus eoꝝ quod est ſm plurimū tunc non est aliquid quod est sicut metridatum: quoniā est forti⁹ medicamē ad illud: deinde dyacucurma ⁊ omo rusia ⁊ sagzenea.
¶ Calefactio dorsi ⁊ renū in hoc iuuatiua est in erectione.
¶ Multitudo nāqꝫ coitus qñqꝫ abscindit coitum.
¶ Et oportet vt minoreƚ potus aque: multitudo eñi potus aque est res nocibilior.
¶ Et oportet vt euitetur coitus menstruate ⁊ vetule et egre ⁊ illius que nondū peruenit ad etatem in qua est mulier ⁊ eius que nup coiuit ⁊ virginis: totū illud debilitat virtutē membroꝝ coitus proprie.
¶ Deficiētes a coitu propter dimissionem ⁊ afflictionem anime vtantur fricationibus ⁊ inunctionibus: ⁊ fiat ei rememoratio cause coitus ⁊ respiciant ad coitum animalium.
¶ Juuant ad coitum oua sorbilia ante cibū puluerizato desup sale stynici aut eius simile.
¶ Ponit magnū capitulū ex medicinis singularib⁹ et compositis faciētibus ad coitum: ⁊ silr clisteria et suppositoria ⁊ inūctiones. ⁊ tu vide.
¶ Ponit aliud capitulū de cibis solis ⁊ cibis ⁊ medicinis simul ⁊ de potib⁹ ad hoc cōferētibus. ⁊ tu vide.

¶ De multitudine desiderij.

¶ Multitudo desiderij quādo est cū fortitudine cor-

poris ⁊ sanguineitate ⁊ sanitate cōplexionis ⁊ adolescentia etatis ⁊ potētia super coitum absq; successione debilitatis nō frāgatur: fractio nāq; eius atterit complexionem et destruit virtutem ꝓpter vehementiam sui nocumenti.

¶ Et scias ꝙ generatio spermatis: scz in supradicto cōfortat corpus ⁊ cor ⁊ paruitas generatiōis ei⁹ corripit calorē ⁊ debilitat memoriā ⁊ intellectum.

¶ Et virorum quidez desideriū forte fit in regionib⁹ ⁊ aeribus ⁊ tēporibus frigidis ꝓpterea ꝙ aggregatur illud de virtutibus ipsoꝝ. Et dispositio mulierum est ecōuerso ꝓpterea q2 dispergitur illud de virtutib⁹ eoꝝ cōgelatis ⁊ ꝓprie que sunt frigide valde.

¶ Et dormire super dorsum est de faciētibus erectionem.

¶ Ponit medicinas exiccatiuas spmatis frigidas: deide calidas: ⁊ dicit ꝙ de eis experti sunt experimētatores est ꝙ incessus nudis pedibus deijcit desiderium coitus.

¶ De multitudine exuberationis spermatis.

¶ Et scias ꝙ spasmus vasorum vel membrorū spermatis est solutiuus: et spasmus lacerti ani est retētiuus: quoniā lacertus ani est creatus ad retinendum: et ille ad exprimendum.

¶ De preapismo ⁊ est multitudo erectionis.

¶ Cicer vua ⁊ vitellus oui ⁊ vinū nouū omnibus his inest ꝓprietas generādi sperma.

¶ Et hoc accidens cū non curatur fortasse peruenit ad tethanū vasorum spermatis: ⁊ accidit apostema calidum cum eo ⁊ interficit.

¶ Canon curationis preapismi est euacuatio cū vomitu et flobothomia absq; vētris solutione omnino: quia timetur ꝙ ventris solutio descendere facit materias desuper.

¶ Et nō multū vtatur acetosis: ipa enim q̄sq; inflant.

¶ De alubuati .i. sodomita.

¶ Alubuati secundum veritatem est egritudo accidens ei qui consueuit: vt super ipsum iaceant homines.

¶ Affectat coitum & non potest super ipm potentia medicatiua quare desiderat vt ipse videat coitũ currentem inter duos.

¶ Est eñi quedam secta eorum quorum non erigitur desiderium & mouetur nisi quãdo cũ eis coitur: & tunc aduenit eis delectatio emissionis spermatis: siue cũ operatione illius siue absq̧ effectu.

¶ Et secta eorum est qui quando cum eis coitur non emittunt sperma tunc: immo declinant ad hoc vt coeant cũ alijs et sunt in veritate prostrate anime & maligne nature et male consuetudinis et complexionis muliebris.

¶ Et stulti homines sunt qui eos curare volunt: naz initium egritudinis eorum medicatiuum est non naturale.

¶ Si vero confert eis cura tunc est illud quod frangit desiderium ex tristitia et fame et vigilijs et carcere & percussione.

¶ Et auditũ est de quibusdã quibus est scientie pars et in arte maligna introitus.

¶ De conthe.i.hermofrodito.

¶ Illi qui est hermofroditus non est membrum viri neq̧ mulieris: & de illis est qui habet vtrũq̧: sed vnuz eorum est occultius & debilius: & aliud est ecõtrario: descẽditq̧ sperma ex vno absq̧ alio: & de illis est in quibus ambo sunt equalia.

¶ Et peruenit ad me q̧ de illis est qui agit et patitur: sed sm parum verificatur hoc.

¶ Multotiens curantur per incisionẽ mẽbri occultioris & regimen vulneris eius.

¶ Capitulũ excusandi medicũ in illis. que docet de delectatione.

¶ Non est turpe medico cum loquitur de magnitu-

dine virge ⁊ angustatione receptricis ⁊ delectatione mulieris: ⁊ illud ideo qm̄ sunt ex causis quibus peruenitur ad generationem.

¶ Multotiens em̄ est paruitas virge causa vt nō delectetur mulier eo: qm̄ diuersa est ab ea qua consueta est quare nō emittit sperma: ⁊ quādo non emittit sperma nō fit filius: ⁊ quādoqꝫ illud est causa vt fugiant a suo pari ⁊ querunt alium.

¶ Quando mulier est angusta nō cōuenit ei suus par ⁊ ipsa iterum non conuenit pari ⁊ indiget vnusquisqꝫ permutatione.

¶ Delectatio em̄ vocat ad emissionem spermatis festinam: mulieres em̄ ꝭm plurimū tardātur in emittēdo sperma ⁊ remanent nō complētes desideriū suum quare non fit generatio.

¶ Tuncqꝫ ipse remanent ꝭm desiderium: tunc ille que non custodiuntur: mittunt super seipsas quem inueniunt ⁊ redeunt ad confricationem vt faciant complementum voluntatis.

¶ De vlceribus testiculorum ⁊ virge.

¶ Cum vlcera accidunt in istis locis sunt mala ambulantia: quoniam ista membra sunt ꝭm formā: ad quorum partes festinat putrefactio: qm̄ sunt protecta ab aere: ⁊ decliuia ad caliditatem ⁊ humiditatē ⁊ appropinquāt meatibus superfluitatum.

¶ Vlcera super caput virge indigēt eis que sunt vehementioris exiccationis in cōplexione sua.

¶ Et recentibus quidem vlceribus non est res melior ꝙ̄ aloes si indigent generatiuis carnis mixto cum eo thure.

¶ Si autē maligna fiant ⁊ denigrentur: tunc est melius vt penitus abscindatur locus niger ⁊ curetur cū vnguēto generatiuo donec generetur.

¶ Fen vigesimaprima tertij canonis. De anathomia matricis.



Dico q instrumentū gñationis mulieris est matrix: et est in radice creationis similis instrumēto gñationis qd est in viris et est virga et que cū ea sunt: et est matrix quasi cōuersum instrumētū viroꝝ: et est quasi osseū syphac matricis et quasi virga collum eius: et duo oua in mulieribus sicut in viris.

¶ Et ligatur matrix cū dorso ligamētis fortibus pluribus et ad partē suminis et vesice et ossi lato et eis que sunt in ipsa: sed sunt laxa scz illa ligamēta.

¶ Et facta est matrix ex substātia neruosa vt extēdatur apud collectionem fetus: et vt cōgregetur ad quātitatē paruam apud partum.

¶ Matrix in puellis minor est vesica plurimū: et habet in hoibus duas cōcauitates: et in alijs. s. aīalibus habet cōcauitates fm numerū pupillarū mamillaꝝ.

¶ Et locus eius est post vesicā et superfluit super eam desuper: sicut superfluit vesica de subtus: et in interioribus sunt intestina vt sit ei sustentaculū et stratus leuis: et sit in tutelā nō ꝓpter matricē sed embrionem.

¶ Et ipsa quidem occupat quod est inter propinquitatem vmbilici et postremū meatum vulue: et est eius collum.

¶ Et longitudo eius equalis in mulieribus est inter sex digitos vsqz ad. xj. et qd est inter illud: et qñqz abbreuiatur et ꝓlōgatur per vsum coitus et dimissionem eius: et qñqz longitudo eius qui assuetus est concubitu eius: et qñqz tangit intestina superiora.

¶ Et eius dilatatio est fm dilatationē corporis embrionis.

¶ Et cum coitur cum muliere expellitur ad os matricis quasi procedens desiderando sperma attrahere per naturam.

¶ Et non adueniunt sibi ex cerebro: nisi nerui pauci quibus sentit: et si vehementius esset neruosa ipa ve-

hementius cõmunicaret cerebro.
¶ Et in ea est meatus oppositus ori matricis: scz col li eius extrinseco ex quo deglutit sperma ꝛ expellit menstrua ꝛ parit fetū: ꝛ fit conceptio in summo con-strictionis quã fortasse nõ ingrederetur extremitas acus: deinde dilatatur precepto dei excelsi ꝛ egredi-tur ex ea fetus.
¶ Meatui aūt vrine est locus alius in ea ꝛ est ꝓpin-quior ori matricis ab eo qd̃ sequitur supremū eius.
¶ Et ante violationē puelle virginis sunt in ore ma-tricis pãniculi contexti ex venis ꝛ ligamentis subtili-bus valde ortis ex omni membro eius quos destruit violatio ꝛ currit qd̃ in eis est ex sanguine.
¶ De generatione embrionis.
¶ Cum matrix colligitur super sperma tūc prima di-spositionū que aduenit ei est spumositas spermatis: ꝛ est ex operatione virtutis informatiue.
¶ Exufflatio tota pellitur ad mediū humiditatis vt preparetur locus cordis: deinde fiunt a latere eius dextro ꝛ a latere ipsius supremo due vesice: quaꝝ ex dextra creatur epar ꝛ ex alia cerebrum.
¶ Post duas vesicas creatur vmbilicus: deinde pan-niculus.i. secundina.
¶ Uerūtamen vesice cordis ꝛ epatis ꝛ cerebri prece dunt creationē vmbilici: ꝗuis cõplementū horū post ponatur a complemēto substãtie vmbilici.
¶ Et veritas est ꝙ primū membrū qd̃ creatur est cor: licet non sit primis apparens manifestū: ꝗuis de Yi po. dicatur ꝙ ipse dixit ꝙ est cerebrum ꝛ oculi ſm ꝙ testificatur dispositio pulloꝝ oui.
¶ Non nutritur mēbrū aĩalis in quo nõ est sustenta-tio vite cū calore naturali: necesse est ergo vt creetur membrū a quo ꝓcedat calor naturalis ꝛ spūs vitalis ante creationē nutrientis ipsum.
¶ Et spacium quidē spume est sex dierū aut septē ꝛ in ceptio lineaꝝ ꝛ punctoꝝ est tribus diebus post illud:

deinde post sex dies penetrat sanguineitas in toto: ꝛ duodecim diebus post illud fit humiditas caro ꝛ iam discernūtur frusta carnis ꝛ membra tria manifeste: ꝛ post nouem separatur caput ab humeris ꝛ extremitates a lateribus ꝛ ventre: ꝛ quandoqꝫ postponitur aut antecedit duobus aut tribus diebus in illis omnibus operationibus ita vt discernat sensus in quibusdam eorum ꝛ occultetur in quibusdam ita vt sentiat post illud quattuor diebus completis.xl.diebus: ꝛ postponitur raro vsqꝫ ad.xlv.dies: et minus in hoc est ad triginta quinqꝫ dies.

¶ Et masculus in illo toto est velocior ꝙ femella.

¶ Determinatio aūt dispositionis masculi ꝛ femine in distinctione spacij.i.temporis est res: quā quidam medicorum iudicant audacter ꝛ stulte.

¶ Et apud quosdam cum superuenit formationi embrionis duplū eius in quo formatur mouetur: ꝛ cum superuenit motui duplum eius in quo mouetur nascitur ita vt sit spacium quod est a prima inceptione cōceptionis vsqꝫ ad motū triplum.

¶ Et natus quidē in octo mēsibus ꝙuis sit iam completus: tamē plurimū iudiciū eius est vt nō viuat ꝓm ꝙ faciam te scire post.

¶ Et dixerūt non inuenitur in aborsu masculus completus ante triginta dies: ꝛ femina que cōpletur ante quadraginta dies.

¶ Et dixerunt ꝙ natū in septimo mense ingreditur virtus preparationis cum hoc ꝙ superueniunt natiuitati eius menses septem: ꝛ natum in nouem mensibus ꝛ post decem natum similiter.

¶ Et scias ꝙ sanguis mēstruus in pregnāte diuiditur in tres partes: scilicet in partem que conuertitur in nutrimentū: ꝛ partem que eleuatur ad mamillas: ꝛ partem que est superfluitas stans vsqꝫquo eueniat hora ꝛ expellatur.

¶ Amplius fetus continetur tribus panniculis. Pri-

mus est secūdina in quo textūtur vene et biles. Et est secūdus ad quem mittiꝛ vrina. Et tertius est abgas: in quo est profundatio sudoris: ꝛ ille est propinquior et prius longior penetrat ex vmbilico effusoriū vrine et non est virga.
¶ Pulmo em̄ nō est nisi rubeus in embrione: qm̄ non respirat illic: ꝛ nō nutriꝛ sanguine rubeo subtili ꝛ nō albificat ip̄m nisi mixtio aereitatis.
¶ Et assimilatio quidē indiuidualis sequiꝛ figurā et masculineitatis nō sequiꝛ figurā: sed cōplexionē.
¶ Quādoqꝫ potens est informatiua ad hoc vt domi-netur spermati ꝛ figuret ipsum ex parte lineationis cum figura prima: sed deficit ex parte cōplexionis vt faciat ipsum simile in complexione.
¶ Et dixerunt quidā sapientū ꝛ non sunt elongati a iudicio possibilitatis ꝙ de causis assimilationis est il-lud quod in mēte exemplificaꝛ cum est dispositio cō-ceptionis mulieris aut viri ex forma humana exem-plificationis firma.
¶ Et causa quidē in gemellis est multitudo sperma-tis ita vt spargatur ad duos vētres matricis sparsio-ne replente totum ꝫm singularitatem: ꝛ quandoqꝫ ac-cidit propter diuersitatem expulsionis duaꝝ eiectio-num quādo accidit illi diuersitati motus matricis in attractione: nā matrici accidūt motus sicut illi ꝗ de-glutit bucellam post bucellam.
¶ Et ꝓpterea multiplicaꝛ ipaꝝ delectatio: ip̄e em̄ de-lectanꝛ ex motu spmatis qd̄ est in eis ꝛ ex motu sper-matis viri in ore matricis earū descēdendo ad vētrē matricis ꝛ ꝑ ip̄m motū .s. confricationem.
¶ Partus aūt nō fit nisi cū fetui nō sufficit qd̄ ei mit-tit secūdina ex sanguine: ꝛ qd̄ ꝑuenit ad ip̄m de at-tractione aeris cū mēbra eius iā cōpleta sunt.
¶ Moueꝛ igiꝛ tūc apud septimum cū in eo cōpletur virtus: ꝛ cū deficit aduenit ei debilitas quedam ꝛ nō salit ad ip̄m cum ea virtus vsqꝫ ad nonum.

¶Q; si egrediatur in octauo egredif ꝛ est debilis et nō exprimif a virtute faciēte nasci: imo a causa alia exprimente ledente debili.
¶Egressio fetus nō cōpletur nisi ꝑ scissionem panniculorum humidorum ꝛ effusionem humiditatū eorum facientium ipsum lubricari.
¶Partus sup pedes vtrosqꜫ est ꝑpter debilitatē ei⁹ qui nascitur.
¶Et qn̄ sepaf aperif matrix aptione tali: cuius similem efficere nō valet in suo simili.
¶Et necessarium est vt separentur quedaʒ iuncture et sustententur adiutorio dei excelsi propter illud: ꝛ post illud redeunt in proximo ad continuationeʒ naturalem: ꝛ est operatio illa de operationibus fortib⁹ naturalibus.
¶Et formatiua quidem appropriata est et continuata a creatore vt sit preparata nō cessans peruenire cū augmento fetus que non comprehenditur: et hoc est de secretis dei.
¶Sit ergo deus exaltatus qui est rex verax laudabilis ꝛ benedictus: ꝛ melior omniū factoꝝ.
¶Cum ergo nascitur nondum comprehēsi sunt in eo somnus et expergefactio: cū ergo adueniunt ei ridet post quadraginta dies.

¶De egritudinibus matricis.

¶Ponit ꝙ impregnari est ex egritudinibus.

¶De sterilitate ꝛ difficultate imp̄gnatiōis.

¶Causa illius sunt cibi non conuenientes ꝛ acetosa etiā: ipsa enim sunt in summa eorum que infrigidāt et exiccant.
¶Et de genere quidem ex quo non fit generatio est sperma infantis: et patientis nauseatiuam satietatē ebrij et senis: et eius qui plurimū vtitur coitu ꝛ cuius corpus non est sanum.
¶Spma em̄ currit ex oībus mēbris: ꝛ ex sano sanū: et ex infirmo infirmum ꝓm qđ dixit Hipo.

¶ Error aut̄ accidēs est cū spmatis fit emissio an̄ cō-plementū: ꝛ vt sint mulier ꝛ vir diuersi in tpe coitus: et ꝙ vn⁹ eoꝝ an̄cedat cū emissione spmatis.
¶ Inquit Hipo. Nō est vir omnino frigidior muliere in complexione sua prima nisi accidat ex complexio ne antecedente.
¶ Et scias ꝙ mulier que parit ꝛ impregnatur minus infirma est ꝙ sterilis: verūtamē est debilioris corpo-ris ꝙ ipsa et velocius fit anus.
¶ Sterilis ṽo est plurimū egritudinū ꝛ tardat̄ eius senectus: ꝛ est quasi iuuenis in plurimo sue etatis.
¶ Ponit multa experimenta ad cognoscenduz steri-lem. et tu vide.
¶ Omnis mulier que mūdificat̄ ꝛ remanet os matri cis humidū est lubricans et nō impregnatur.
¶ Et sperma quidē sanū est album viscosum splēdi-dū sup quo cadūt musce ꝛ comedūt de eo: ꝛ odor eius est odor florum palme ꝛ sambuci.
¶ Ocul⁹ em̄ significat sup matricē apud Hipocratē.
¶ Sterilis et vir non generans ex creatione et incō ueniens socio suo in cōplexione indigens pmutatiōe et breuitas instrumēti ꝛ opillata ex vlceribus curatio non pendet ex medicina.
¶ Oportet ne coitus ꝓlongetur tanta ꝓlongatiōe vt corrumpat ambo spermata frigus: ꝛ cuz illud accidit vtatur coitu ꝑm modū qui est ad nō impregnādū: de-inde stēt tam diu ꝙ sciāt spma bonū esse aggregatū.
¶ Amplius prolongent ludum ꝛc̄.
¶ Ponit bastardos modos prouocādi mulierem ad concupiscentiam. et tu vide.
¶ Cum mouētur appetit⁹ mali post mēsam aut duos et citrinat̄ albedo oculorum eius ꝛc̄.
¶ Et si dormierit post illō. s. celebratis illis melodijs in coitu erit melius ad conceptionem.
¶ Et plurimum quidem causarum prohibentiū imp̄-gnationē receptibilē curationis est frig⁹ ꝛ hūiditas.

¶ Et ex habentibus proprietates ad impregnationem est vt detur in potu mulieri vrina elephantis: est enim mirabilis ꝛ serratura eboris est presentis iuuamenti.
¶ Et semen siseleos id est sileris montani est bonū ꝛ expertum: ꝛ de eo quidez datur in potu pecudibus feminis vt multiplicetur generatio.
¶ Ponit multa pessaria ꝛ suppositoria ad impregnationem. et tu vide.
¶ De causis masculineitatis.
¶ Et regio frigida et tempus frigidum et ventus septentrionalis adiuuant ad masculineitatem ꝛ cōtrarium ad contrariū: et similiter etas adolescentie absqꝫ pueritia ꝛ senecture.
¶ Pregnans habens masculum est melioris coloris et pluris leuitatis ꝛ agilitatis et mundioris faciei ꝛ sanioris appetitus et quietiorum accidentiū ꝛ sentit grauitatē lateris dextri ꝛ ad pupillam dextre mamille currit lac in primis.
¶ Dixerunt quidā ꝙ quando mouetur a statione mouet prius pedē dextrū ꝛ exptū est: ꝛ cū erigitur sustentatur prius sup manum dextram.
¶ Et masculus quidem mouetur per tres menses et femina per quattuor.
¶ Signa pregnantis ex filia est multitudo vlcerum pedum ꝛ proprie in coxis et apostematū eorum.
¶ De regimine masculineitatis.
¶ Sit in letiore dispositione et meliori anima ꝛ delectabiliori domo et cogitet de masculis fortibus habē tibus audaciam: et apponat oculos suos forme viri de illis qui sunt rectioris creationis ꝛ gloriose forme: et sic coeat.
¶ De signis facientis masculos.
¶ Alhanim id est facientes masculos est vir fortis corporis equalis carnis magnorum testiculorum fortis desiderij: quem non debilitat coitus et ex cuius

dextro eijcitur sperma.
¶ Nam rustici etiam stringunt testiculum sinistrum tauri vt effundatur a dextro.
¶ Cumqꝫ adolescentis dexter prius inflatur testiculus: tunc ipse est masculinans: et si sinister tunc est femininans.
¶ Ille apud quem festinat pollutio non a nocumēto in spermate est faciens masculos.

¶ De signis mulierum masculinantium.

¶ De mulieribus masculinans est equalis coloris ꝛ forme que non est grauis corpore ꝛ est gaudentis nature ꝛ lete anime.
¶ Puelle viri potētes sunt velocis impregnationis cum in primis coeunt ꝛ quibus velociter veniūt menstrua sunt digniores vt masculos concipiant: et quarum spacium mundificationis: scilicet menstrui est breue vsqꝫ ad dies vigintiduos non vsqꝫ ad quadraginta.

¶ De causa geminorum.

¶ Et incolumitas quidē duorum filioꝝ non est plurima ꝛ parū sunt inter geminos dies plurimi: ipsi enim ſm plurimū fiūt ex coitu vno. Et parū cōtingit ꝙ ex coitu super pregnationē fiat conceptio.
¶ Et qñqꝫ menstruātur super pregnationem numero duaꝝ menstruationū ꝛ supra ꝛ nō abortiūt.
¶ Et de signis quidem geminorum et qui supra sunt ſm qđ dixerūt ꝛ expertum est: est vt consideretur vmbilicus nati primi continuus cum fetu: nam si nō fuerit in ipso ruga: neqꝫ nodus non erit post natum primū filius: ꝛ si fuerint in ipsa ruge: tūc pregnatio erit ſm numerum rugarum.

¶ De impregnatione ꝛ partu.

¶ Natus in octauo mense est qui plurimū moritur et parum viuit: ꝙ si aliquis viuat de natis in octo mensibus tunc illud est rarum valde.

¶ Et plurimū quidem nascitur in decimo ille cui accidit vt desideret partū in nono ⁊ nō fuit ei preparatū: ⁊ accidit ei illud qđ accidit nato in octauo.

¶ De regimine vniuersali pregnantis.

¶ Occupetur exercitijs temperatis et deambulatione tenui absq; superflua: superflua enī abortire facit.
¶ Balneum enī eis est res execrabilis nisi apud propinquitatem partus.

¶ De appetitu pregnantis.

¶ Caseus humidus exiccatus super prunas donec exiccetur est melior illis: et minoris superfluitatis q̄ siccus acutus: et iste magis est disrumpens appetitum.

¶ De aborsu.

¶ Et quanto filius est maior est nocumentū in flobothomia plus.
¶ Multitudo coitus ⁊ proprie post septimū mensem est causa aborsus.
¶ Et plurimū aborsus in secūdo mense ⁊ tertio fit ex ventositate ⁊ ex humiditatibus super orificia venarū que sunt in matrice.
¶ Et aborsus quidē in sexto: ⁊ qui sunt post ipm sunt ex humiditatibus dispartitis in matrice lubrificantibus fetum.
¶ Et dolores antecedentes apud aborsum vehementiores sunt doloribus accidentibus apud partum: q2 ille sunt res non naturales.

¶ De conseruatione embrionis ⁊ cautela ab aborsu.

¶ Embrionis suspensio ex matrice est suspensio fructus ex arbore: ⁊ sicut maior timor qui timetur super fructū vt cadat est aut cum eius incipit aperitio: aut cum ipsius existit complementum: similiter est super embrionē q̄ abortiuus fiat apud principium ⁊ apud ꝓpinquitatē scilicet partus.
¶ Et farmacū est de summa causarum aborsus qua-

re opoꝛtet vt caueatur ante quartum ⁊ post septimū mensem ⁊ in eo quod est inter illa: verūtamen quod est inter illa est salubꝛius ⁊ ad ipsum peruenitur cum est necessarium.
¶ Et foꝛte non erit excusatio quin soluatur ⁊ mundificetur san. eius vt nō coꝛrūpat embꝛionē ꝓpter malitiam complexionis quare opoꝛtet vt fiat cū facilitate ⁊ subtilitate ⁊ non vice vna.
¶ Ponit ꝙ pꝛegnanti potest dari aliquid de pillulis fetidis ⁊ yera galie. ⁊ aqua radicum in lubꝛicitate matricis.

¶ De regimine aboꝛsus ⁊ extractione fetus moꝛtui.

¶ Et scias ꝙ quando difficilis est partus quattuoꝛ diebus: iam moꝛitur fetus qua occupatus sis in vita matris et non in vita filij: immo stude extractionem illius.
¶ Ponit multas medicinas in extrahendo fetū moꝛtuum. ⁊ tu vide. ⁊ similiter secundinam inter que est stercus ancipitris.

¶ De ꝓhibitione impꝛegnationis.

¶ Pꝛohibetur impꝛegnatio in ea in cuius vesica est debilitas: grauitas nanq; fecis faciat possidere scissurā in vesica quare inuolūtarie egreditur vꝛina ⁊ nō potest retineri vsq; ad finem vite.

¶ De mola.

¶ Habens molā quandoq; remanet annis quattuoꝛ aut quinq; ⁊ quandoq; ꝓtenditur sic vsq; ad finem vite: ⁊ nō recipit curationem.
¶ Et quandoq; accidit eis doloꝛ pariendi et non deponitur aliquid: et quandoq; deponitur frustum carnis cuius est foꝛma quedam cuius species non compꝛehenditur.
¶ Causa generationis huiusmodi frusti carnis ſm ꝙ contineatur sunt due res: quarum vna est multitudo materierū effusarum ad matricē cum vehementia

caliditatis eius: et secunda est coitus in quo matrix cōprehendit aquā mulieris.i.sperma ꝓpriū ⁊ extendit eam cum nutrimento ⁊ ꝓpter defectum virtutis masculineitatis non concipit.

¶ Figure naturales ⁊ nō naturales.

¶ Figura naturalis partus est vt egrediatur fetus super caput suum manibus eius extensis super coxas ⁊ que est preter illā est non naturalis.

¶ Et figure exitus mali quandoqꝫ interficiunt fetum ⁊ matrem: ⁊ quādoqꝫ euadit mater ⁊ moritur fetus: ⁊ quandoqꝫ perducit ad apostemata ⁊ euadit fetus ⁊ moritur mater.

¶ De difficultate partus.

¶ Mulier prima vice qua parit est eius timor maior ⁊ dolor ipsius vehementior.

¶ Femina enim penitus est difficilioris partus ꝙ masculus.

¶ Et difficultas in partu sicut ille qui habet duo capita aut quē cōprimit numeratio embrionum.

¶ Fortasse enim in ventre vno sunt quinqꝫ: immo quandoqꝫ est enumeratio maior illa qui parui sunt et diuersi: et quandoqꝫ est numeratio plurima valde in chisti vna.

¶ Fit eiam quādo matrix fuit iam clausa quare scissum fuit syphac ab ore matricis scissione nō completa quare est dispositio eius sicut dispositio cōstrictionis matricis.

¶ Et si dolor declinet ad pectinē fit partus facilis: si ad posteriora difficilis.

¶ Medicine facilē efficiētes partum.

¶ Omnes medicine que educūt vermes ⁊ ascharides attrahunt fetum.

¶ Sunt enī aborsum faciētes partū alleuiantes mūdificantes matricē cū fortitudine.

¶ De dispositione enixe.

¶ Partus id est purgatio post partum non extendi-

tur in masculis vltra.xxxvij.dies: ꝛ in feminis vltra xl.dies et parum plus.

¶ Et sanguis quidem partus vehementioris est nigredinis ꝙ sanguis menstruosus: quoniam est retentionis longioris.

¶ De iudicis menstruorum.

¶ Menstrua temperata in quantitate et qualitate ꝛ tempore suo currentia ꝑm cõsuetudinem naturalem in omni spacio sunt causa sanitatis mulieris ꝛ mũdificationis corporis eius ꝛ faciũt ipsam acquirere castitatem et paucitatem desiderij.

¶ Menstruatio equalis est vt menstruet mulier omni mense vsqꝫ ad triginta dies et quod est supra illud ꝛ infra illud scilicet quod cadit in.xv.vel.xvij. est nõ naturale.

¶ Cũ alterant menstrua ab equalitate a dispositiõe sua naturali sunt causa egritudinũ plurium.

¶ Ex nocumento menstruorum scilicet in euacuatione supflua peruenitur ad additionẽ debilitatis mulieris et alterationem forme illius et paucitatem conceptionis et multitudinem aborsus et debilitatem fetus cum nascitur.

¶ Retentio autem menstruorum et paucitas eorum commouet in eis egritudines repletionis omnes vt apostemata: dolores capitis: tenebrositatem visus: ꝛ cõturbationem sensuũ febres repletiones vasoꝝ spermatis quare fit desiderans nõ casta et nõ suscipiens filium impregnatione propter corruptionem matricis ꝛ spermatis ꝛ prefocationem ꝛ syncopim ꝛ quandoqꝫ moritur.

¶ Et de mulierib⁹ est cui⁹ alteratio menstruoꝝ festinat in.xxxv.vel.xl.anno vite sue: et de eis est in qua tardatur vsqꝫ quo veniat ad quinquagesimũ annũ.

¶ Et quãdoqꝫ apparet in ea cuius menstrua abscindunt lac et significat illud.

¶ De supfluitate cursus menstruorum.

¶ Quis fluxus sanguinis incipit paulatim subtilis: deinde incipit proculdubio peruenire ad ingrossationē: deinde descendit et peruenit ad subtilitatē et paucitatem et aquositatem: et hec est dispositio in omni fluxu ob quācunque causam fit.
¶ Et cursus quidē sanguinis dum non debilitat non retineatur.
¶ De doloribus matricis.
¶ Fiunt ex malitia complexionis diuerse et ex vētositatibus existentibus et humiditatibus: ita vt quandoque accidat in ea sicut accidit in intestinis de colica.
¶ Non est iteratione sermonis vtilitas.
¶ De prefocatione menstruorum.
¶ Et facta quidē clausura que non curatur et ab opillatione orificiorum venarum et ab incarnatione vlcerum et alijs est quasi sine spe eius: tamen cura est extractio sanguinis et mūdificatio corporis et vsus exercitiorum.
¶ Flobothomia vene geniculi in curatiōe eius est fortior flobothomia saphene que est post caniculā in prefocatione menstruorum.
¶ De nocumentis situs matricis.
¶ Licet enim sperma parum sit: tamen ex illo paruo fit conceptio si veritas est quod visum est philosopho et Galieno.
¶ Si inscindatur syphac nō sanguinat: sed caro sanguinat: syphac vero parum suscipit consolidationem post scissuram.
¶ De prefocatione matricis.
¶ Causa in ipso est retentio mēstruorum aut spermatis in adolescentibus viri potentibus et virginibus et viduis: et fit conuersio eius quod retinetur ad frigus secundum plurimum.
¶ Et que ex eis est menstrualis magis salua est quam spermatica: sperma enim quamuis fit eius generatio ex sanguine: tamen est magis susceptibilis cōuersionis male quam san. sicut lac generatū ex sanguine susceptibi

lius est conuersionis ꝙ sanguis.

¶ Et deterior ꝑfocatio est illa q̄ destruit anhelitū in eo ꝙ apparet: ꝙuis necessarius sit anhelitus.

¶ Et oportet vt intromittat obstetrix manus suas in vuluam suam inūctas oleo de lilio ꝛc. ita vt associetur ei cum delectatiōe dolor: et sit sicut dispositio coitus: ipsa eum fortasse expellet sperma frigiduz et saluabitur ei.

¶ Et caue ne des ei in potu vinum: quoniam aqua est ei conuenientior et carnes grossas et ea que addūt in carne ꝛ spermate.

¶ Caro addita ꝛ longitudo albatra ꝛ apparitio rei ꝛ est sicut v̄ga ꝛ res nominata fursus.

¶ Qn̄qꝫ orit̄ in ore matricis caro addita: ꝛ quandoqꝫ apparet super mulierē res que est sicut virga cōmouens sub coitu: ꝛ quādoqꝫ aduenit ei vt faciat cū mulieribus simile quod fit eis cum quibus coitur: ꝛ quandoqꝫ est sicut batharum magnum.

¶ Et fursus quidē est caro addita in ore matricis que qn̄qꝫ prolongat̄ ꝛ qn̄qꝫ abbreuiat̄: ꝛ non prolongatur nisi in estate ꝛ abbreuiatur in hyeme.

¶ Et summa quidem medicoꝝ testificatur illud sicut Archigenes ꝛ Galienus: ꝛ negat illud iudeus medicus.

¶ Fen vigesima secūda tertij. De forma zirbi ꝛ duorum syphac.



Oportet vt scias ꝙ super ventrem post cutem sunt duo pāniculi: quorum vnus nominat̄ syphac: ꝛ cōprehendit intestina ꝛ calefacit ea sua spissitudine et vnctuositate ꝛ cōprehendit lacertos. Et secūdus est interior ꝛ vocat̄ beriteron ꝛ noīatur rotūdus: qm̄ q̄si singularis fit ab eo qđ tegit ipsum est sicut spera super quam sunt summe ꝛ additiones molles ꝛ foramina.

¶ Et ista duo velamina tutamina sunt viscerum con cauitatis inferioris: cumqꝫ perueniũt ad pectinẽ fiunt in eis duo foramina stricta quasi ambo sint per que trãsit lumbare dextra ⁊ sinistra in eis inseparabilia: donec fiant sicut chistes duoꝝ ouorũ ⁊ sunt dindymi.
¶ Et sub duobus velaminibus est zirbum.
¶ Primum igitur quod occurrit de ventre est cutis: deinde sub ipsa est panniculus primus: ⁊ nominatur aggregatio eorum mirach: deinde sunt lacerti: postea beriteron: deinde zirbum: deinde intestina.

¶ De ruptura.

¶ Ruptura fit per solutionẽ panniculi ⁊c. Et cũ accidit illud taliter ꝙ quãdo incedit penetrans peruenit ad testiculos nominaꝭ rames ⁊ hernia.
¶ Aliquando zirbũ aut velamen et intestina ⁊ proprie monoculum: quoniam est solutum non ligatum descendit.
¶ Et quandoqꝫ ingrossatur osseum.i. bursa testiculorum aut induratur ex apostemate aut pinguedine quare assimilatur ramici et nominatur hernia carnis.
¶ Et scias ꝙ rames intestinorũ ⁊ zirbi est egritudo fortis difficilis ꝗuis sit parua: ⁊ rames aque est egritudo facilis ⁊ si sit magna.
¶ Signum cõmune rupturarũ est additio apparẽs et sentitur inter syphac intrinsecum ⁊ inter myrach: et additur eius apertio apud motum ⁊ comprehẽsionem anhelitus.
¶ Regimen quidẽ vniuersale habentibus rupturam est dimittere repletionẽ ⁊ motũ plurimũ ⁊ saltus ⁊ incessum subitũ ⁊ coitũ: ⁊ deterior harũ dispositionum est illa que est super repletionem.

¶ De gilbositate.

¶ Et infantibus quidẽ accidit gilbositas ⁊ vẽtositas gilbositatis qñ cibantur ante horã: quare ĩgrossanꝭ humores eorum ⁊ declinant ad spondiles.

¶ Et subtiliātur crura habentibus gilbositatē ꝓpter illud quod facit gilbositas de opillatione quorundā meatuū ⁊ die in qua penetrat cibus.
¶ Canon medicinaꝝ eius que nō est cum siccitate est vt sint stiptice calefactiue ⁊ resolutiue.

¶ De varicibus.

¶ Plurimū quidē accidit cursoribus ⁊ viatoribus et onera portātibus ⁊ corā regibus assistētibus.
¶ Et accidūt habētibus splenem: ⁊ iste varices nō suscipiunt curationem.
¶ Et multotiens quidē putrescit illud quod est in varicibus ⁊ perducit ad vlcera.

¶ De elephantia.

¶ Causa eius est vehementia repletionis ⁊ debilitas membri propter multitudinē caliditatis ⁊ vehementiam attractionis eius propter vehementiam caliditatis inflammate ex motu ⁊ perueniunt dispositiones ad varices.
¶ Elephantia quidem maligna est que parū sanatur ⁊ oportet vt dimittatur cū dispositione sua si nō additur ꝙ sibi superuenit ad vlceratione ⁊ timetur corrosio nō est aliud nisi vt inscindatur radicitus.
¶ Cū igitur succurrit ei in principio sui possibile est vt ꝓhibeatur cū euacuationibus vomitu ⁊ flobothomia ⁊c̃. Cū autē cōfirmatur parū speratur qđ ꝓhibeatur.

¶ De dolore dorsi.

¶ Et cum manus inuenit dolorē: tūc causa eius est in dorso: ⁊ si nō inuenit tūc causa eius est in vētre.
¶ Emplastratio cū oleandro sanat illum qui est antiquus: ⁊ oleo de lilio inest ꝓprietas mirabilis.

¶ De doloribus iuncturarum.

¶ Causa patiens in his egritudinibus est membrū suscipiens: et causa efficiens sunt complexiones et materie male: et causa instrumentalis est dilatatio meatuum.
¶ Exercitium plurimū ⁊ coitus super repletionem ⁊

vinum plurimū in ieiunio ante cibū sedunt neruos.
¶ Et aptiores ad hoc sunt senes ⁊ habētes egritudines cronicas ⁊ cōualescentes cum nō reguntur cum rectificatione: ⁊ illud ideo quoniam eorum virtutes debilitantur a digestione bona: ⁊ proprie cum sunt curati cum sedatione absqȝ euacuatione sufficienti ⁊ vltima expulsione.
¶ Et plurimū quidē illi cui accidūt dolores iuncturarum accidit in primis podagra.
¶ Et dolores quidē iuncturaꝝ sunt ex summa egritudinum que hereditantur plurimū: qm̄ sperma est ſm complexionem generantis.
¶ Et multotiēs quidē fit curatio doloris iūcturaꝝ ⁊ cōfortatio eaꝝ ⁊ expulsio materierū ab eis causa ad perniciem: qm̄ ille superfluitates que cōsuete sunt superfluere ⁊ peruenire ad iūcturas perueniūt ad membra principalia: ⁊ si nō currūt ad iūcturas currūt alibi faciētes cadere habentē eas in timorem.
¶ Aptiora tp̄a ad hoc vt in eis eueniāt dolores iūcturarū ⁊ podagra sunt ver ꝓpter motū sanguinis ⁊ humoꝝ in eo. Et autūnus ꝓpter malitiā humoris ⁊ digestionis ⁊ antecessionē dilatationis poroꝝ in estate: ⁊ ex calore qui fortis fit in die.
¶ Et cum succurritur doloribus iuncturaꝝ in primis cum apparent fit cura eoꝝ facilis: ꝙ si confirmentur ⁊ consuescant ⁊ ꝓprie illi qui sunt generati ex humoribus diuersis non curantur.
¶ Et omne quidē membrū, in quo est dolor iuncture macrescit ⁊ extenuatur.
¶ Et dolores quidē iūcturaꝝ qui sunt preter scyaticā ⁊ podagrā cū curātur ⁊ eradicantur eoꝝ materie nō redeunt velociter. scyatica ṽo ⁊ podagra sunt ex his que redeūt velociter qualibet causa: et illud fit ꝓpter membri situm.
¶ Et multotiēs multiplicatur humiditas mucosa in pixide quare mollificatur qđ est inter additamentū

ꝛ parapsidē quoniam ob rē dislocatur ancha: ꝛ ante illud accidit dispositio inter fortitudinē ꝛ dislocationē: ꝛ est vt sit velocis exitus ꝛ velocis reditus inquieta valde.
¶ Et scyatica quidem est de vehemētioribus doloribus iuncturaꝝ ꝛ cauteriū eius securitatē facit.
¶ Et videtur vt nō sit illud in chordis ꝛ neruis: immo in ligamētis ꝛ corporibus quibus cōtinent iūcture de foris: sm qd dixit Galie. quare nō accidit vt perueniat ex doloribus ꝛ apostematibus ipsorum spasmus omnino.
¶ Et ex eis que accidūt habentibus podagram est vt plongētur ossea testiculoꝝ ipsorum.
¶ Et podagra quidē colerica attrahit mortē subitā ꝛ pprie apud regimen plurimum.
¶ Motus eni phibet maturationem.

¶ De curatione doloꝝ iuncturarū podagre ꝛ scyatice.

¶ Cum causa est in eis materia tūc oportet vt prohibeatur qd efficitur per attractionē ad cōtrariū ꝛ per minorationē ꝛ cōfortetur mēbrū vt nō suscipiat ꝛ resoluatur qd inuentū est vt priuetur ꝛ redi in omnibus illis ad canones vniuersales.
¶ Facta diuersione cū flobothomia in sanguinea administra vomitū: ꝛ pprie quādo doloꝛ est in inferioribus: vomitus eni magis iuuatiuus est ei quam vētris solutio: deinde administra solutiuū ventris.
¶ Et incipe a re forti si nō phibet priuatio maturitatis ꝛ grossitudo materiei: quamuis facilis sit incolumior ꝛ gradatio cōuenietior: deinde sequetur cū solutiuis mūdificātibus sm gradationem.
¶ Et rectius est in hoc si materia est colerica subtilis festinare euacuationem cum videtur maturatio: et si est grossa non est malum permittere quam eam subtiliet et maturet.
¶ Et si materia fuerit cōposita fac vt solutiuū ꝛ emplastrū sint cōposita: licet tamen melius sit vt blande

tractetur in principio: ⁊ non fiat flobothomia. flobo
thomia enim accrescere facit humores ⁊ facit eos
currere in corpus ⁊ nō extrahit illud quod necesse est
vt abstrahatur.

¶ Epithimata vero calida ⁊ narcotica oīa sunt nociua:
calida quidē ꝓpter attractionē: sed narcotica ꝓpter
congelationem ⁊ cruditatem.

¶ Et iterū epithimata infrigidātia grossum faciunt
crudū ⁊ mortificāt subtile ⁊ ꝓlongant egritudinem.

¶ Et aqua calida nociua est eis: quoniam humectat
iuncturas.

¶ Et semina fortia sicut semē feniculi q̄nq; adurunt
superfluitatē ⁊ cōuertūt eā in lapideitatē. Et caue ne
in potu des in primis nisi medicinā debilem: q̄m ipsa
mouet materiā ⁊ nō facit currere aliquid de quo sit cu
randū: immo subtiliat fortasse materias congelatas
alias: ⁊ facit eas currere ad mēbra.

¶ Facta euacuatione administra ꝓuocationē: nam
ꝓuocatio desiccat materiā doloris iuncturaꝝ: ⁊ pro-
prie in podagra calida.

¶ Plures habentiū dolores iuncturaꝝ ⁊ complexio-
nes humidas nō iuuātur cū solutione plurima facta
potatione ⁊ clisteri: ⁊ cū medicātur diureticis sanan
tur: extenuati vero non tolerant solutionem ⁊ prouo-
cationem plurimam.

¶ Et tyriaca iterū in frigidis cōfert ⁊ ꝓprie post eua
cuationē: ipa em̄ mūdificat reliquias materierū cum
facilitate ⁊ resoluit eas ⁊ cōfortat oīa mēbra.

¶ Repercussio aūt materiei a membro nō oportet vt
fiat materia existente fortis effusionis ⁊ plurime re-
sumptionis. i. quātitatis: q̄m illud facit duas res ma
las: quaꝝ vna est ꝙ facit inobedientē materiā: quare
accidit dolor magnus. ⁊ scđa est q̄m fortasse cōuerte-
tur ad mēbra principalia quare accidit timor.

¶ Et cum materia nō est plurima aut non est magne
effusionis: tunc non est malū repellere eam in primis

nisi in scyatica: nam repercussio in ea retinet materiã in profundo.
¶ Et nõ oportet vt approximenť ei resolutiua fortia in principio rei ante euacuationem: qm̃ facit euenire materias plurimas: deinde resoluet subtile earum et inspissat residuum ⁊ retinebũt ipsum.
¶ Cum igitur fortes sunt dolores ⁊ non toleranť nõ est excusatio quin tribuantur sedantia dolores ebibita ⁊ linita.
¶ Et nõ administres stupefaciẽs nisi apud necessitatẽ ⁊ mensura illud qđ sedat dolorẽ ⁊ malitiã summã doloris: ⁊ vtere eo cũ audacia ⁊ temeritate plus.
¶ Et scias ꝙ recti⁹ est ꝙ pmutatio fiat cũ medicinis: qñq3 enim est medicina cõferẽs vni mẽbro ⁊ nõ alij: et qñq3 cõfert in hora: deinde nocet ⁊ mouet dolorem.
¶ Et oportet vt dimittãt vinũ oĩno vsq3quo sanẽtur sanatione ĩtegra: ⁊ veniãt sup ipm̃ q̃ttuor tpa: dimittat tñ illud cõsuetus ẜm gradationẽ ⁊ vtať cũ ipm̃ dimittit diureticis. Et vinũ de melle. i. sirupus cũ diureticis confert eis.
¶ Et op3 vt diuiteť caro in eo qđ frigidu3 est de hac egritudĩe: ꝙ si necessaria fuerit tũc deť caro auis mõtane leporis gazelli: ⁊ oĩs caro paucarũ supfluitatũ.
¶ Et si euenerit dolor in dorso in primis ⁊ pmutetur ad manu⁹: tũc flobothoma ex manu vt egrediať san. et humor ex parte sue declinationis.
¶ Et in hermodactilis quidẽ crediť cã plurimi iuuamẽti: qm̃ ipi statim soluũt humorẽ frigidũ: deinde faciũt succedere solutioni stipticitatẽ ⁊ cõfortãt: quare nõ est possibile vt redeãt humiditates liq̃facte p medicinã que nõ euacuate sunt ⁊ ĩ meat⁹ currãt: ⁊ hoc est contrariũ reliquis medicinis solutiuis calidis.
¶ Et plurima eoꝝ sunt que dilatant meatus ⁊ dimittunt eos dilatatos.
¶ Verũ hermodactili sunt nociui stomacho: q̃re op3 vt misceanť cũ eis q̃ sũt sicut pip ⁊ zinziber ⁊ ciminũ.

¶ Et lapis armenus confert doloribus iuncturarū.
¶ Et estimauerunt q̄dā q̄ de expertis est vt in potu dentur ossa hominis adusta: et iam quidā vsi fuerūt eis quidam de p̄sumptuosis ⁊ sanati sunt ex podagra et doloribus iuncturarum omnino.
¶ Et emplastratio cū stercore vaccino est fortis valde in doloribus iuncturarū et dorsi et ieiunium et est quasi melior pluribus alijs.
¶ Ponit embrocas emplastra vnctiones solutiua cō fectiones. et tu vide q2 ibi putiles inuenies.
¶ Et isti q̄ iuuant plurimū a cibis frigidis ⁊ grossis ingrossantib⁹ sanguinē: et q̄nq3 ex cibis exiccantib⁹ sicut est orobus. Et nō oportet vt ieiunent plurimum et cōcedit ex fructibus vti piris ⁊ prunis ⁊ malisgranatis ⁊ p̄sicis. Ego aūt abhorreo eis dare ea q̄ sunt sicut p̄sica ⁊ crisomilla et que replent sanguinē aquositate plurima.

¶ De cura iuncturarū conuersarū ad lapideitatem.

¶ Isti sunt habētes cōplexiones calidas ⁊ materias grossas: ⁊ oportet vt iste nō resoluant sine lenificatione: immo oportet vt leniant ⁊ resoluant simul.

¶ De cautela a doloribus iuncturarū.

¶ Oportet vt vtat ille qui assuetus est his doloribus flobothomia ⁊ solutione vētris in vere: ⁊ cū p̄ximus est proxism⁹ vtat regimine tēperato in subtilitate.
¶ Et vtant exercitio temperato ⁊ vectatione ⁊ nō superfluat in eis: q̄m excitant podagrā ⁊ dolores.
¶ Et oportet vt dimittant carnes salsas ⁊ grossas: ⁊ salsa omnia ⁊ ex oleribus que sunt sicut sicla ⁊ baucie et citruli ⁊ aqua melonis et deuitēt potare vinū plurimum et grossum immo omne vinum.
¶ Et deuitēt coitū ⁊ minorent in balneationib⁹: q̄m ipe liq̄faciūt humores et faciūt eos currere ad iūcturas: verū aq̄ termarū cōferūt eis ī hora egritudinis.
¶ Et q̄nq3 auferūt hoc nocumentū febres.

¶ Et oportet vt nõ dormiant sup cibum omnino: qm̃ est ex rebus nocibilioribus eis.

¶ De cura magis ꝓpria scyatice.

¶ Fit difficilis eoꝝ curatio in frigore ⁊ tpe frigido: et in pingui et in pte finistra est difficilior.
¶ In illis ꝟo que de eis sunt sanguine de rebus magis ꝯferẽtibꝰ est flobothomia: deinde vomitꝰ: vẽtris aũt solutio vsqꝫ ad finem postponitur.
¶ Illis autẽ qui flegmatici sunt vomitus iuuatio est q̃p ventris solutio propter motum materiei ad partẽ contrariam.
¶ Et est necessaria ĩ flegmaticis iterũ qñqꝫ ĩmo multotiẽs flobothõia: sꝫ administreť post euacuationẽ.
¶ Emplastrorũ in scyatica diligiť acuitas.s. ⁊ ꝓpter resolutionẽ ⁊ ꝓpter extractionẽ ad exteriora: licet resolutio fortis qñqꝫ cõuertat in lapidẽ: quare oportet vt nõ dimittatur lenificatio.
¶ Et qñqꝫ necessarie sunt vẽtose ⁊ earum positio ꝓpter attractionem.
¶ Ponit multas embrocas tynas epythimata ⁊ emplastra vtilia valde ad ꝓpositum. et tu vide.

¶ De debilitate pedis.

¶ Castratis accidit debilitas ex opillatiõe vie nutrimenti ad ipsos.

¶ Versus q̃bus tertiꝰ canon Auicẽne ĩ viginti duo fen diuisus in memoria cõmẽdari põt.

i. ij. iij. iiij v
¶ Prima caput Neruos Oculos Aures q̃ꝫ Nasus
vi. vij. viij. ix x
¶ Sex lingua Dentes Gingiuas Guttura Pectus
xi. xij. xiij. xiiij. xv.
¶ Unde cor Mãmas Stõachꝰ Epar Addito splenẽ
xvi. xvij. xviij. xix. xx.
¶ Sed intestini Anus Renes Vesica Virile.
xxi. xxij.
¶ Vigesimeprime muliebria Post manifesta.

¶ Fen prima quarti canonis Auicēne.
De febribus.



Febris est calor extraneus accensus in corde ꝛ ꝓcedens ab eo mediātibus spū ꝛ sanguine per arterias ꝛ venas in totū corpus: ꝛ inflammatur in eo inflāmatiōe que nocet operationibus naturalibus nō sicut caliditas ire ꝛ laboris cum non vltimatur ꝛ impedit operationez ita vt retineatur.

¶ Febris egritudinalis est illa inter quam ꝛ causam que nō est egritudo nō est mediū sicut febris putredinis: putredo eñi est causa ei⁹ absq; medio: ꝛ nō est putredo in seipsa egritudo immo est causa egritudinis.

¶ Febris xo accidēs ē fe. apostematis cñs dū est sequēs ipm apostema: ꝛ apostema ē egritudo i seipso.

¶ Occupatio in huiusmodi cōtradictionib⁹ est illud quod nō cōfert in sciētia medicine aliquid ꝛ facit medicum procedere ex arte sua ad inquisitiones que fortasse impediunt eum in arte sua.

¶ Oīa que sunt i corpe hoīs sunt tria genera. s. membra cōtinētia illud qd est i eis de hūiditatib⁹ ꝛ spiritibus. Et īfra. Extra q̄ nō iuenit̄ i hoīe gen⁹ corporeū.

¶ Cōpatio hoꝝ triū est sicut cōpatio parietū balnei ꝛ aque eius et vaporis aeris eius: aut per follem ferrarij aut per ollam coci.

¶ Si accēdatur febris in mēbris radicalib⁹ accessione pria: tūc illud gen⁹ febriū vocat̄ fe. ethica: ꝛ si accēdat̄ febris accessiōe pria in humorib⁹: deinde accēdat̄ ex eis in mēbro noiat̄ febris hūoris: ꝛ si accēdat̄ febris accessiōe pria i spiritib⁹ ꝛ vaporib⁹: deinde accēdat̄ ex eis in mēbris ꝛ humoribus nomintaur febris effimera que raro pertransit diem cuz nocte sua nisi conuertatur ad genus aliud febrium.

¶ De preparatis ad febres.

¶ Ponit q corpora vehementius preparata ad febres sunt calida & humida & sunt fetidi sudoris & urine & egestionis. scda calida & sicca in quibus incipiũt primo effimere vt plurimum: deinde putride: deinde cadunt in ethicã. tertio calida tm̃ in quibus incipiunt effimere: deinde fe. humoris. quarto humida tm̃. & in istis incipiũt vt plurimũ fe. humoris putride. Et corpora frigida & humida: frigida & sicca sunt lõginquiora a febribus & ppꝛie ab effimera.

¶ De horis febrium.

¶ Febrium hore sunt sicut reliquarũ egritudinũ: scz principium & augmentũ & status apud vltimũ & declinatio: & sunt qñqȝ particulares cause cuiusqȝ paroxismi: & qñqȝ vniuersales sicut hic agitur.

¶ Et timor est a principio vsqȝ ad statum: apud declinationem ꝟo non moritur eger ex ipsa febre nisi ꝑm quod dicemus.

¶ Principiũ est hora ĩ qua calor innatus prefocat a materia submersa ĩ mẽbro tã diu donec appet maturationi aut diuersitati ei⁹ ꝯrie maturationi vestigiũ.

¶ Principiũ est inuẽtũ in omĩ egritudine verũ qñqȝ occultat sicut in synocho: apoplexia: & epilepsia.

¶ Quãdo principiũ est occultũ paucoꝝ accidẽtiũ existimatur q nõ sit principiũ in ea.

¶ Quandoqȝ in die primo febrium acutarũ videtur nubes & signũ maturitatis: & estimatur q non sit eis principium & non est ita.

¶ Augmẽtũ est hora in qua mouet caliditas innata ad resistendum materiei motu manifesto & apparẽt signa digestionis aut signa contraria digestioni.

¶ Status est hora in qua vehemens fit pugna inter naturam & materiã & apparet victoria vnius ambaꝝ eaꝝ super aliã & est hora pugne.

¶ Et eius spacium in habẽtibus paroxismos acutos est paroxismus vnius & nõ cognoscit nisi ꝑ illũ qui sequit ipm: aut duo paroxismi & cognoscit in tertio ei⁹:

ideo ꝙ non addit super ipsos ambos: nisi egritudini bus matronoxiis fortasse assimilantur paroxismi plu res in omnibus iudiciis suis.
¶ Et illic apud statum completur vestigiũ digestio nis aut contrarii eius.
¶ Et declinatio est hora in qua calor innatus iam do minatur materiei ꝛ vincit eã ꝛ existit in separatione cõgregationis eius scz rei post rẽ: ꝛ tũc eleuatur cali ditas occulte ꝛ expellitur ad extremitates: deinde re soluitur ꝛ multotiẽs ingrossatur.
¶ Egritudinum eñi valde acutaꝝ longinquior status est vsqꝫ ad quattuor dies.
¶ Effimere non nominantur acute qm̃ nõ sufficit in acuitate egritudinis vt sit eius status ꝓximus: immo sit de egritudinibus habẽtibus timorem.
¶ Et plures quidem febrium complent principium ꝛ augmentum ꝛ statum in paroxismo vno ꝛ faciunt pa roxismũ alium declinando.
¶ De cognitione horarum egritudinis ꝛ pro prie status.
¶ Cognitio horaꝝ egritudinis vniuersaliũ qñqꝫ est ex specie egritudinis: nam spasmus siccus ꝛ epilepsia apoplexia ꝛ squinantia sunt ex acutis valde: ꝛ tertia na pura ꝛ causon de acutis nõ valde: ꝛ quartana ꝛ pa ralisis de matronoxis.
¶ Cognoscit etiã qñqꝫ ex motu egritudinis: nã si pa roxismi sunt breues significat ꝙ status est ꝓpinquus sicut in tertiana pura: tp̃s eñi paroxismoꝝ eius est ex tribus horis vsqꝫ ad. xiiii. horas: ꝛ si sunt ꝓlixi status est longinquus: ꝛ si non fuerint illic paroxismi immo materia fuerit acuta sicut sinochi erit acuta: ꝛ si fue rint signa materie grosse erit nõ acuta.
¶ Cognoscit etiã qñqꝫ ex virtute: nã cui velociter ad uenit debilitas est egritudo acuta ꝛ ecõtra cõtrariũ.
¶ Cognoscit etiã ex tpe ꝛ etate ꝛ regione: nã in cali dis festinat status egritudinũ: in frigidis ꝯo tardat.

¶ Cognoscitur etiã ex pulsu: nã si est velox frequens magnus egritudo ad acuitatẽ est declinis: ⁊ si nõ: nõ.
¶ Cognoscitur etiã ex rigore: nam si est plixi spacij declinis est ad plixitatẽ: ⁊ si est breuis spacij ad acuitatẽ tendit: ⁊ quãdo nullo modo est rigor tunc abbreuiatur eius retentio scz febris.
¶ Cognoscitur etiã ex augmẽto accidẽtiũ febris ⁊ ex statione eorũ ⁊ ex diminutione eorũ ⁊ ex additione paroxismorũ eius in lõgitudine ⁊ abbreuiatione eorũ.
¶ Cognoscit etiã ex pte horarũ paroxismi: nã si fuerint pcedẽtes sm antecessionẽ superfluẽtẽ egritudo erit in augmẽto: ⁊ si steterit antecessio ⁊ steterint superfluitates tũc sine dubio erit in statu: ⁊ seruãs vnã horã est lõgi spacij: ⁊ si postponunt est i declinatiõe.
¶ Cognoscit etiã ex dispositione euacuationũ: nã cũ accidit paroxismo aliquo sudor aut vẽtris fluxus ⁊ paroxismus scõs qui est post ipm est in fortitudine primi aut supra eũ: tũc euacuatio est ppter multitudinẽ ⁊ nõ ppter fortitudinẽ ⁊ egritudo iudicatur longa.
¶ Cognoscit etiã ex parte digestionis aut õrij eius: qm qñ apparet sputũ cũ digestione aliqua ⁊ vrina in qua est nubes aliqua tunc est principiũ augmẽti: ⁊ qñ multiplicat aut õriũ ei⁹ est status ⁊ iterũ qñ velociter apparẽt stat⁹ est ppinquus: ⁊ si tardat est lõginquus.
¶ Ponit cognitiones horarũ particulariũ nominãdo accidẽtia que fiũt in vnoquoqʒ tempore particulariũ satis longa. ⁊ tu vide.
¶ Et vehemẽtius quidẽ debilitat virtus ppter debilitatẽ que est in principio aut statu.
¶ Et multotiẽs quidẽ accidit apud mortẽ dispositio que est sicut declinatio ⁊ est quasi eger iam euaserit: ⁊ oportet vt nõ occuperis in hoc vel decipiaris: immo cognoscas dispositionẽ pulsus an magnificet an deficiat: vel fortis fiat.
¶ Attẽde igit q cũ tristitia in pluribus dispositionibus incipit horripilatio: deinde frigus rigor: ⁊ postea

sedatur rigor ꝛ minorat frigus ꝛ incipit calefaccio.
¶ Et scias ꝙ egritudo quãꝗ ꝓlõgat aut ꝓpter multitudinẽ materiei: aut ꝓpter grossitudinẽ eiꝰ: aut ꝓpter frigus eius: ꝛ quãꝗ adiuuant ad illud tp̃s ꝛ regio frigida debilitas caloris innati ꝛ stoliditas corporis.
¶ Sermo vl'is de febribus effimeris.
¶ Cause omniũ specieꝝ febriũ effimeraꝝ sunt cause primitiue calefaciẽtes essentialiter aut per accidẽs.
¶ Et de eis sunt ex opillationibus facte in qua causa nõ est primitiua.
¶ Cause effi primitiue plerũꝗ mouent antecedẽtes.
¶ Et iste quidẽ febres plerũꝗ recedũt in die vno ꝛ raro pertrãseũt tertiũ diẽ: nam si pertrãseũt estimatur de esse earum ꝙ ipse permutãtur.
¶ Et hec quidem febris est facilis curationis ꝛ difficilis cognitionis ꝛ similiter principiũ ethice.
¶ Ponit ꝙ hoĩes velocius cadẽtes in febres effimeras sunt calidi ꝛ sicci: deinde calidi ꝛ humidi: deinde calidi tm̃: deinde sicci tm̃.
¶ Et cũ illi qui habẽt cõplexionẽ calidam ꝛ siccã accidit fames ꝛ aduenit cũ ea vigilia ꝛ labor aĩalis ꝛ corporeus festinat ad ip̃m fe. effimera cũ horripilatione quadam: ꝙ si nõ succurratur ꝛ cibetur statim festinabit ad ipsum fe. putredinis.
¶ Signa propria distinguentia effimeras ab alijs.
¶ De ꝓprietate eaꝝ est ꝙ ip̃e nõ fiũt a causis antecedẽtibꝰ ꝛc. Et infra. Et ẽ eiꝰ inflãmatio nõ mordicatiua aspa immo bona sicut caliditas laborãtis ꝛ ebrij.
¶ Et cũ est in prima die vrina digesta ꝛ pulsus bonus tunc iudica ꝙ est fe. effimera.
¶ Et nõ festinat in ea pulsus plusꝗ̃ naturalis nisi raro ꝛ velocitate pauca.
¶ Multotiẽs est in ea vrina tincta ꝛ pulsus diuersus ꝛ debilis ꝛ paruꝰ: ꝛ tm̃ scit ꝙ ip̃a est effimera cũ principiũ eius est facile ꝛ leue ꝛ fit augmentũ eius nõ ad-

dens super duas horas.
¶ Plurimũ eradicatiõis ei⁹ est p sudorẽ silẽm sudori naturali ꝛ nõ humoroso in q̃titate silĩ naturali.
¶ Si eñi videris sudorem plurimũ tũc febris nõ erit effimera: silr̃ si corpe posito in balneo habeat horripilationẽ putrida est et non effimera.

¶ De cura febris effimere ſm modũ vl'em.

¶ Balneũ ꝓhibet vbi timet casus putredinis et non opꝫ vt dimittẽt balneũ nisi hñs effimerã ex opillatione ꝓpterea ꝙ balneũ gñat egritudinẽ putridam.
¶ Et hñs catarrũ nõ balneet nisi sit adustiuus.
¶ Euacuatiõe aũt nõ indiget aliquis eoꝝ nisi habẽs opillationem repletionẽ ꝛ nauseatiuã satietatẽ ꝛ hñs effimerã ex soliditate cuius corp⁹ est repletum.

¶ De speciebus fe.effimere.

¶ In febrib⁹ effimeris sunt q̃ oĩno cõpant ad dispões aiales: ꝛ de eis sunt que cõparẽtur ad dispositiones corporeas: ꝛ de eis sunt que cõparent ad res que eueniunt de foris. Exemplũ primi vt illa que fit ex angustia tristitia estimatiõe cogitatiõe ira vigilijs somno tranquillitate timore et gaudio. Exemplũ scdi de eis q̃ sunt actiones ꝛ motus: ꝛ sunt sicut illa q̃ fit ex labore tranquillitate euacuatiõe dolore sincopi fame siti: ꝛ de eis q̃ nõ sunt actiões ꝛ mot⁹: ꝛ sunt sicut illa que fit ex opillatione nauseatiua satietate apostemate soliditate. Exemplum tertij.s.de eis que aduenĩũt de foris ꝛ sunt sicut illa q̃ fit ex adustione frigore soliditate ablutione ꝛ similibus.

¶ De febre effimera ex nauseatiua satietate et repletione.

¶ Et scias ꝙ febris ex nauseatiua satietate q̃nq3 venit cũ ꝑiodis q̃ttuor aut.vij.ꝛ cũ hoc est febris effimera verũ pulsus eius est sanus.
¶ Fortasse eñi necessariũ ẽ si fuerit cib⁹ stãs desup et sit difficilis vomit⁹ vt nõ aspiciat ad fe.sꝫ admistret dyapipereon ꝛ precipitet vt descẽdat cibus.

¶De febre effimera ex apostemate.

¶Febres sequētes apostemata interiora sunt putride: ꝛ quādoqꝫ associatur eis ethica: ꝛ non sunt de numero febrium effimerarum.

¶Et plurimū quod accidit de istis febribus sequentibus apostemata sequēs causas primitiuas ex vlceribus ꝛ scabie et doloribus ꝛ percussionibus ꝛ casib⁹ ad que expellētur materie et retinenꝭ in vijs earum apud carnes molles est de genere fe. effimere: ꝛ plurimū ꝗdē accidit de istis febrib⁹ sequētib⁹ apostemata quoꝝ cause sunt antecedentes: sicut repletiones ꝛ opillationes preterite sunt putride.

¶De febre effimera ex cibo.

¶Cibi calidi faciūt febres effimeras: ꝛ sicut illa que est ex sole ꝭm plurimū est cerebralis ꝛ in spiritu animali: ꝛ illa que est ex balneo est cordialis ꝛ in spiritu vitali: similiter illa que est ex cibo est epatica et ī spiritu naturali.

¶Sermo vl'is de febribus putridis.

¶Ponit vndecim causas putrefactionis: ex quarum vna est aer pestilentie ꝛ aer lacunarum ꝛ locorum infusorum. i. quibus madefiunt res vt linum et spartum.

¶Sumere calefacientia super repletionē est ex causis putrefactionis.

¶Putredo quādoqꝫ est cōmunis corpori: ꝛ quandoqꝫ est in membro propter debilitatē suam: aut ꝓpter vehemētiam caliditatis sue extranee ꝛ sue acuitatis aut doloris eius.

¶Et putredo quidem colere facit tertianaꝫ ꝛ sanguinis continuam ꝛ melācholie quartanā: et que currūt cursu eius: ꝛ flegmatis quotidianaꝫ: ꝛ que currūt cursu eius.

¶Et sanguinis locus est intra venas: colera autē ꝛ flegma ꝛ melācholia quādoqꝫ putrefiūt intra venas ꝛ tunc faciunt adherentiā fe. ꝛ nō eradicatur: immo

est assidua & inseparabilis: sed est vehemētia p quam cognoscitur paroxismus qui est in ea: & quādo putrefiunt extra venas: & non est alia causa ex apostemate intrinseco facit periodos quos diximus qui accidūt et eradicantur.

¶ Quāuis flegmatica non eradicet quin ibi sint reliquie occulte: et quando putredo est intrinseca dn̄ans super venas oēs aut super plurimū eius quod sequit cor ex eis nō sunt forsitan additiones & diminutiōes apparentes: cum autē sunt s̄m contrariū illius apparent vlcerationes manifeste.

¶ Ponit causas eradicationis paroxismorum materia existēte extra venas & causas radicationis eorū. et tu vide.

¶ Ponit etiā causas cōtinuitatis & inseparabilitatis fe. materia existēte intra venas. & tu vide.

¶ Paroxismi eradicationis quādoq3 dimittūt ordinem suum ꝑpter diuersitatē materierū in multitudine & paucitate grossitie & tenuitate: & quandoq3 fit ex malitia regiminis egri: aut ꝑpter debilitatē ei9 aut multitudinem sensus eius.

¶ Et paroxismi qui eradicantur s̄m plurimum incipiunt cū horripilatione aut frigore aut rigore & resoluuntur per sudorem.

¶ Et illud quod fit ex mordicatiōe caliditatis est dignius vt proportionet ad horripilationē q̄p frigus: et plurimum quod accidit de eo est vt sit sicut pūctio acuum in omni membro.

¶ Cūq3 humiditas nō est obsessa in venis fit facilis expulsio eius per sudorem.

¶ Paroxismi aūt inseparabiles minuūtur et nō eradicantur per sudorem: neq3 incipiūt cum frigore: nisi propter debilitatē virtutis aut ꝑpter ꝓfundationē caloris innati: tunc enim infrigidātur extremitates et est signum malum.

¶ Et in quibusdā febribus cōponūtur frigus & horri

pilatio: quoniã materia q̄ putrefit est composita ex frigido ⁊ mordicatiuo.
¶ Ponit causas abbreuiationis ⁊ festinatiõis ⁊ tarditatis paroxismorum. ⁊ tu vide.
¶ Et deteriores quidē febres sunt inseparabiles in quibus putredo est intra venas: deinde ille que eradicantur in quibus putredo est in toto corpore aut in parte corporis.
¶ Parū accidit senib⁹ febris valde accensa ꝑpter frigus cõplexionis ipsoꝝ ⁊ paucitatē carnis eoꝝ.
¶ Et plurimū quidem febrium putredinis antecedit almelileth: ⁊ almelileth quidē est dispositio cui admiscetur caliditas non perueniēs ad hoc vt sit febris: ⁊ associantur ei lassitudo: pigritia: alices: saltus: cõstrictio anhelitus ⁊c.
¶ Diuersitas aūt pulsuū in principio et augmēto est ex ꝓprietatibus febris putride.

¶ De rebus quibusdam quibus conueniunt et differunt febres putredinis inter se et ab aliis.

¶ Tertiana pura est salutifera propterea ꝙ co. pura est leuis super naturã: ⁊ quoniã ipsa facit quietem ⁊ raro petransit septem periodos: nisi ab errore ⁊ continua: q̄n̄qꝫ consumit̄ in hebdomada.
¶ Tertiana ṽo non pura est lõgioris spacii ꝙ̄ pura.
¶ Illa que est ex putredine sanguinis est cõtinua inseparabilis: ⁊ quãdoqꝫ peruenit ad statum ĩ quattuor diebus.
¶ Flegmatica ṽo accessionem faciens omni die est leuis caliditatis respectu colerice longa: ⁊ est magni timoris qm̄ habet paruum spacium interpollationis ⁊ quietis: ⁊ qm̄ ipsa associatur corruptioni ⁊ debilitati in ore stomachi que non excusatur ex quo attrahunt accidentia mala ex sincopi pulsu cordis ⁊ casu appetitus.
¶ Flegmatica quãtum est minus pura est minoris ⁊

breuioris paroxismi: nisi declinet cum paruitate sue putrefactionis ad melancholiam.
¶ Quartana aūt nō est acuta ꝓpter frigus materiei lōga: ita ꝙ pura est cū vno anno ⁊ nō pura est breuioris spacij: verū nō est in ea timor: qm̄ quietē facit spacio longo: ⁊ qm̄ ipa non est talis acuitatis quā sequūtur accidētia vehementia.
¶ Scias ꝙ principiū ꝓlōgatur in tertiana: ⁊ status in conclusa: ⁊ declinatio in incensiua: ⁊ status ⁊ declinatio in quotidiana.
¶ Raro inuenitur quartana cōtinua ⁊ quotidiana integre eradicationis.
¶ Ponit ꝙ ex dimissione cibationis ⁊ dandi in potu aquam frigidam ⁊ ꝓprie in acutis apostemosis venitur in ethicam.
¶ De rigore frigore ⁊ horripilatione.
¶ Horripilatio est dispositio in qua inuenit corpus diuersitatem in frigore ⁊ punctionem in cute ⁊ lacertis: ⁊ antecedit eam pigritia: ⁊ quasi fractio est maneries eius.
¶ Frigus aūt est vt sentiat in membris suis ⁊ dorsis lacertorum suoꝝ frigus purum.
¶ Rigor enim est vt non possit cōtinere membra sua ex commotione ⁊ tremore eueniente eis ex motibus inuoluntarijs.
¶ Et de causis vehemētie rigoris est vehemētia virtutis expulsiue in lacertis: ⁊ ꝓpter illud quāto est causa rigoris viscosior est rigor vehementior.
¶ Scias ꝙ hu. frigidus est quietus quem iam cōsueuit mēbrū in quo est ⁊ quiescit passio eius ab eo: quare nō sentit frigus eius. Cū igitur mouetur ⁊ spargitur ꝓpter aliquā causaꝫ patitur ab eo mēbrū qđ erat nō occurrens ei ⁊ sentit frigus eius ꝓpter causam complexionis diuerse.
¶ Ei multotiēs quidē accidit a flegmate vitreo sparso in corpore rigor non perducēs ad febrē: ⁊ quādoqꝫ

sunt ei periodi: nam si materia non putrefit non per ducit ad febrem.
¶ Et qñq; accidit frigus ꝛ rigor ꝑpter submersionē caloris in corpore causa cibi ꝛ que sunt ei similia.
¶ Et quãdoq; antecedit rigor febres ꝑpter mordicationē humoꝝ ꝛ fortitudinē virtutis expulsiue: ꝛ quãdoq; fit cum mordicatione caloris frigus: qꝛ calor naturalis fugit ad interiora.
¶ Et quandoq; significat rigor ꝛ horripilatio sanitatem in febribus inseparabilibus: quoniam significat ꝙ materia expellitur a venis.
¶ Et de rigore est qui significat mortem: ꝛ est ille quē sequitur debilitas virtutum ꝛ casus caloris innati ꝛ siccitas.
¶ Horripilatio ꝟo fit a causis paucioribus causis rigoris.
¶ Et cõmotio aīe ꝛ periodi iudicant periodum.
¶ Et senū quidē febres sunt sepulte.
¶ Et quãdo denigratur lingua febricitãtis cum alleuiatione febris: tūc febris eius est sepulta.
¶ Et quãdoq; associatur febri paralisis: igitur curetur febris in primis.
¶ Et rasio quidē capitis est ex eis que inspissant cutē eius: quare reuertētur vapores ꝛ fit fortis febris.

¶ De intentionibus ad curationes vniuersales putridarum.

¶ Scias ꝙ intētio in curãdo has febres qñq; reuertitur ad partem febris infrigidando ꝛ humectãdo: ꝛ qñq; ad partē materiei: scꝫ digerēdo ꝛ euacuãdo.
¶ Et digestio quidem in grossa materia est equatio eius cū subtiliatione: ꝛ in subtili est equatio eius cū ingrossatione.
¶ Et quandoq; cõtraria sunt id quod requirit febris de infrigidatione: ꝛ illud quod requirit humor de digestione ꝛ euacuatione: tunc oportet vt obseruetur illud qđ est magis timorosum.

¶ Et omnino solicitudo fit vt postponatur aqua fructuum vsq̄ ad hebdomadam: ꝛ sit contētus: vel sufficiat aqua hordei.
¶ Et oēs fructus nocēt febricitātibus cū ebullitione sua ꝛ corruptione sua in stomacho.
¶ Et multotiens quidem inuenitur res que digerit subtiliat ꝛ euacuat infrigidans etiam sicut sirupus acetosus.
¶ Scias ꝙ febris quandoq̄ est tante vehementie ꝛ acuitatis ꝙ non licet vti regimine cause: immo indiget infrigidatione vltima: ꝛ ꝓprie cū nō inuenis virtutē fortē tolerantē: ꝙ si fortē inueneris abscinde ꝛ expelle humorē ꝛ abscinde cibū ꝛ nō infrigides infrigidatione que ꝓhibeat resolutionem.
¶ Non infrigides in istis febribus cū eo in quo sunt stipticitas ꝛ exiccatio: sicut sunt trocisci infrigidātes nisi post euacuationem ꝛ digestionem.
¶ Curatio febris putride est diuersa a curatione febris ethice.
¶ Curatio ethice est contenta super contrarietatem egritudinis: ꝛ curatio putride non: immo super abscisionem cause eius.
¶ Et scias ꝙ non est tibi possibile vt cures febrem: nisi postq̄ꝫ cognoueris eam: ꝙ si ignoraueris subtilis regimen.
¶ Et prouide ne occurrat paroxismo nisi ventrē habeat vacuum.
¶ Et non moueas in die paroxismi aliquid quantum possibile tibi est neq̄ cures febrem.
¶ Oportet vt obserues in omnibus his dispositionē virtutis: ꝙ si fuerit fortis ꝛ fuerit illud qd̄ vincit san. aut cū humore qui vincit san. tūc flobothomia est magis conueniens res ꝛ ꝓprie cū vrina est rubea grossa nō citrina ignea ex qua timeatur apud flobothomiā victoria colere ꝛ acuitas.
¶ Et post flobothomiam fac sequi solutionem ven-

tris subtilem proprie si fuerit illic siccitas ꝛ sit vltimitas lenificatio non fluxus ventris et non solutio laboriosa.
¶ Et magis dilectum apud me est administratio clisterioꝝ s͠m vltimitatē qua indigetur in virtute.
¶ Si inuenis humorem in primis declinare ad stomachū fac eum vomere: ꝙ si fuerit declinatio ad intestina ꝛ senseris rugitū ꝛ descensum fecis: tūc adhibe quod soluat ventrem.
¶ Et prohibe eum a somno in principio febriū ꝛ proprie quādo est horripilatio: aut frigus: aut rigor: quoniam prolongantur super eū frigus ꝛ rigor: apud declinationem ꝟo est iuuatiuus valde ꝛ fortasse nō nocet apud statum.
¶ Et non prohibeas ei aquam frigidam: nisi fuerit humor in eo frigidus et grossus: tunc enim prohibet digestionem.
¶ Humoris autem colerici digestio est vt conuersus a sua subtilitate sit spissus.
¶ Et aqua frigida facit illud: nisi sit stomachus aut epar debile aut frigidum: aut sit in visceribus apostema aut dolor epatis.
¶ Ubi aūt materia calida aut grossa iam digesta est ꝛ corpus carnosum ꝛ caliditas innata exuberās ꝛ virtus fortis ꝛ viscera sana non frigida ꝛ cōsuetudo ad ipsam: tūc aqua frigida est melior res.
¶ Multotiens enim adiuuat ad expellendum materiam cum solutione nature vel per vomitum: vel per vrinam: vel per sudorem: aut per omnia illa quare fit statim vt sanetur.
¶ Et iterum sunt quedam prohibētia: sed timetur ꝙ malitia caliditatis ꝛ siccitatis perducat ad ariditatē ꝛ extenuationem: tunc non prohibeas aquam frigidam: nam additio apostematis ꝛ cruditatis eius melior est ꝙ̄ extenuatio.
¶ Et ille quē plurimū oportet ex eis ꝓhibere a potu

aque frigide est cui nocet in sanitate sua.
¶ Et non euacues materiã indigestam in calido aut frigido nisi ꝓpter necessitatem.
¶ Fortasse enĩ multiplicabitur euacuatio humoris ⁊ fortasse nocet euacuatio maturationi: ⁊ fortasse admiscetur malignum cum bono.
¶ Intentio in digerẽdo est equare substantiã materiei: ita vt fiat preparata ad expulsionem facilez: ita vt inspissetur subtile ⁊ subtilietur grossum paulatim et inscindatur viscosum.
¶ Si nature non est possibile expellere illam superfluitatem in vrina: nisi post horam in qua est preparata ad expellendũ: tunc similiter oportet vt sciatur ꝙ arti euacuare humorem ante illam horam in qua apparet digestio in vrina est incõueniens aut difficile malum.
¶ Omnis contradictor in primis cum est super veritatem est excusatus.
¶ Experimentis que non sunt ꝺm canonem accidit: vt nec vnum valeat nec vnum eorum sit signum: hoc nãq; est conueniens.
¶ Cum autem materia est plurima nobilis et permutabilis de membro ad membrum: et estimas ꝙ non est spacium in digestione: tunc est necessaria euacuatio eius: timor enim in hoc est minor q̃ timor in illa.
¶ Et scias ꝙ qñ flobothomia est intentio sanguinis non est ex genere eius in quo expectatur digestio expectatione que est in solutiuis: ⁊ non expectaẜ digestio nisi in humoribus alijs.
¶ Et cum postponiẜ flobothomia in principio egritudinis non est ei intentio: fortasse enĩ interficit per aduentum debilitatis virtutis.
¶ Et cum times victoriam humoris magis necessaria cautela est euacuatio.
¶ Et si hũor nõ est digest⁹ nõ moueas nisi ĩ pricipio:

apud statū ꝓ̄o nō moueas aliquid donec vincat natura et digerat: ⁊ si ipsa non mouet moue tu hora motus eius: ⁊ si ipsa mouet aut mouit tunc dimitte eam ⁊ operationem eius.
¶ Hipo. inquit. Opʒ vt administret medicina solutiua post ꝙ̄ dirigitur egritudo: in principio autē egritudinis nō oportet nisi materia fuerit furiosa: ⁊ forsitan nō est ſm plurimum furiosa.
¶ Et talis est ista euacuatio necessaria q̄ nō est in hora sua sicut cibatio necessaria q̄ non est in hora sua: ⁊ proportio istius euacuationis ad cessandum ex malitia materie est sicut illa cibationis ad ꝓhibendum virtutem ex casu suo.
¶ Cū exerces euacuationē tūc cōsidera horā interpollationis aut horā tp̄is aut frigidiorē horā que est.
¶ Et nō euacues per fluxū vētris in die periodi necꝫ flobothomes.
¶ Dicit nācꝫ Hipo. Medicus est adiutor nature nō impediens eam.
¶ Et scias ꝙ multotiēs indigetur medicina forti debili: forti qꝛ soluit humorem viscosum: debili qꝛ facit assellare semel aut bis.
¶ Non euacues plurimū simul ita vt nō cadat virtus.
¶ Et cōsiliū meū in flobothomia est vt dimittat ꝙ̄tū possibile est: si aūt nō est possibile tunc multiplicatio numeri melior est ꝙ̄ multiplicatio quātitatis.
¶ Et scias ꝙ q̄n aggregat dolor capitis ⁊ febris tunc curatio fe. est dignior. ⁊ scias ꝙ dolor capitis fortasse facit redire declinatā ad augmētū q̄re opʒ vt sedet.
¶ Et cum infans lactens febricitat tūc oportet vt rectificetur lac matris eius.
¶ Q̄n fuerit vrina icteritia in febre significat apa.
¶ Mirabolani citrini cōstringūt poros post solutionem vētris ⁊ exaspant viscera et dentur tunc post digestionem integram.
¶ Et trocisci quidem non sunt conuenientes princi-

Pijs harum febrium nisi post digestionē ꝛ euacuatio nem: et sunt magis cōuenientes ei cuius febris ē ad herens in suo stomacho quasi ipsa sit ethica.

¶ De cibatione hoꝝ febricitantiū.

¶ Scias ꝙ cōuenientiores cibi febricitantibus sunt cibi humidi ꝛ ꝓprie ei cuius cōplexio est humida ex infantibus et crassis: cōueniūt eñ ex hoc ꝙ assimilā tur cōplexioni: ꝛ ex hoc sunt contrarij egritudini.

¶ Lūcꝫ accidit fe. et natura est sicca nō cibes penitus dum non egreditur fex ꝑfecte.

¶ Et opꝫ vt occurrant eis poxismi periodici ꝛ poxis mi qui fiunt fortes: vētribus eoꝝ vacuis in quib⁹ non sit cibus oīno: nam occupabitur natura in digerēdo cibum et dimittet digerere et expellere ꝛ ꝓlongabiꝶ egritudo et confirmabitur.

¶ Et oportet vt postponat cibationem vsqꝫ ad decli nationem: ꝛ in eo quod est post ipsam: et si accidat vt hora consuetudinis sit hora declinationis tūc est me lius ꝙ esse potest.

¶ Ponit ordinem in cibatione penes subtile in vlti mo et grossum in vltimo ꝛ mediuꝫ et concludit ꝙ kist hordei sicut est.i.pultes est medium.

¶ Et kist quidem ordei est bonus cibus. ipm enim ag gregat ad conglutinationem ꝛ digestionem ꝛ lenita tem et paulatine lubricitatem ꝛ abstersionē humecta tionēqꝫ cōtrarietateꝫ fe. et sedationem sitis ꝛc. et qñ fit bona eius digestio nō inflat oīno.

¶ Mel canne qđ est zuccarū ꝛ ꝓprie mūdificatuꝫ est meli⁹ melle apis: licet ei⁹ abstersio sit minor.

¶ Et subtiliationem quidē regiminis significat na tura materiei ꝛ possibilitas nature in digerēdo ipaꝫ et resoluendo ꝛ euacuando eam.

¶ Et dignior horarum ad subtiliationem est status: hic enim est vehementia occupationis nature in pu gna et proprie apud crisim: ante ꝓo illud pugna non dum est confirmata.

¶ Et ingrossationem quidem regiminis significat virtus: et dignior horarum ad ingrossanduz est hora in qua virtus non valde est occupata in materia ꝛ est principium egritudinis.

¶ Et estas quidem propter suam resolutionem indiget additione cibationis ꝛ sepatione eius: nam virtus non sufficit ad digerendum illud quod multuz est semel: ꝛ quia resolutio est propter sparsionem oportet vt cambium sit per sparsionem.

¶ Et in hyeme res est econtrario qm̄ puitatē resolutionis eius nō facit indigere multo cambio.

¶ Et prorsus spargere cuz debilitate virtutis est melius egro.

¶ Scias ꝙ si nō esset id quod ptinet virtuti esset magis necessarium subtiliare vltima subtiliatione: sed virtus non suffert illud et deficit: ꝛ cum deficit nō valet curatio.

¶ Curans igitur sicut sciuisti est virtus ꝛ non medicus: qm̄ medicus facit venire instr̄a ad virtutē ꝛc̄.

¶ Verū est tibi necessariū i oībus speciebꝰ vt sit principiū tui regiminis grossius: ꝛ postremū tui regimīs statū subtilius: ꝛ gradatim ꝓcedas in eo quod est inter illa ita vt virtus sit cōseruata vsqꝫ prope statum.

¶ Cum times casum virtutis tūc cibatio est melior.

¶ Ponit substantialem casum in incrudatione colericoꝝ in horis egritudinū. et tu vide.

¶ Et omnis cuius calor innatus est fortis valde: aut plurimum: aut calor innatus est valde debilis nō potest dimittere cibum.

¶ Et senes quidē et debiles ꝛ infantes sunt de genere eorum qui nō tolerant famem.

¶ Multotiens quidem errat medicus in huiusmodi egris: quoniā ipse prohibet eis cibū in pricipio rei: et qn̄ appropinquat statꝰ ꝛ sciunt ꝙ cadit virtꝰ: cibāt in ista hora necessario ꝛ accidunt praua accidentia.

¶ Canon in dādo syrupū acetosum ꝛ aquā hordei.

¶ Ponit q̄ quedam est aqua que est pauci hordei et multe aque ꝛ in ista non est multa fiducia in iuuamento nisi quando est complete decoctionis: ꝛ melior que de ea est: est vt sint aque partes.xx.hordei ꝟo vna: et de ea est in qua est aliquid de corpore hordei ꝛ farina ꝛ magis mihi dilectum vt non sit plurimū decoctum: et hoc est pluris nutrimenti et minoris ablutionis et digestionis.

¶ Et aggregare syrupum acetosum ꝛ aquam hordei simul est illaudabile: quoniā corrumpit aquā hordei ſm plurimum.

¶ Et non oportet vt detur in potu aqua hordei cū siccitas nature adest: immo ante ipsam fiat clistere.

¶ De curationibus febriū acutarum.

¶ Assiduare gutturi patientis egritudinem calidam aliquid vt remaneat humidum ꝛ non exiccetur in curis est iuuamen valde.

¶ Ponit pulchrū ꝛ necessariū modū infrigidādi aerē cū rorationibus frondibus ꝛc̄.ꝛ tu vide.

¶ E lactuca cum aceto est vltima.

¶ Et embrocare epar cū infrigidātibus est res maxima ꝛ magis iuuans.

¶ Et nocibilior embroca in huiusmodi dispositione repletionis capitis scꝫ ex multitudine vaporꝝ est mulsio lactis super caput: fortasse eñi facit accidere apostema in capite ꝛ perdit.

¶ Et magis salua horaꝝ embrocationis capitis cum repletione eius est vt sit vapor colericus non humidus: ideo tūc fortasse nō nocet immo cōfert vt cognoscitur illud ex dispositione somni ꝛ vigilijs ꝛ humiditate superiorꝝ partiū nariū ꝛ eius siccitate.

¶ Et cū infrigidas caue ne occurras cū infrigidatione vehemēti hora sudoris ꝛ resolutionis: fortasse eñi fit causa in elongatione egritudinis.

¶ Licet quandoqꝫ sit longitudo egritudinis saluior q̄ ipsius acuitas.

¶ De regimine sudoris cum superfluit.

¶ Oportet ne sudor creticus quantum possibile est restringatur. Cum autem euenit necessitas et pertransit terminum tunc oportet vt euentetur et infrigidetur locus.

¶ Et non oportet vt occupetur in exiccando illud qd rorando egreditur de sudore faciendo exiccationem post exiccationem: nam est occasio ad ipsum prouocandũ et fortasse attrahit sincopim: nã abstersio eius addit in ipm et eius dimissio restringit ipm.

¶ De regimine fluxus sanguinis narium.

¶ Oportet vt non pperetur ad phibendũ illum qui creticus est quantũ possibile est.

¶ Et quãdoq aduenit patientibus quartanã fluxus sanguinis narium: quare oportet vt iuues cũ patientibus fluere sanguinem ex naribus: sitis enim in ipso est sanatio quartane.

¶ De regimine vomitus.

¶ Creticus iterum non abscindatur nisi apud necessitatem.

¶ Et non oportet vt approximent rebus sedantibus vomitum ponticitate sua et acetositate sua stiptica ille qui vomit propter humorem imbibitum: quia est malum: et addit imbibitioni: sed non imbibito fortasse faciet eum eijcere deorsum quãuis sit grossus et fortassis per superiora.

¶ De regimine sitis superflue.

¶ Et sitis quidem fit quandoq a frigore et abscindit eam somnus: et quandoq fit a calore et abscindunt eam vigilie.

¶ De regimine grauitatis capitis.

¶ Oportet vt alienetur ab eis emulsio lactis super capita eorum: aut effusio alicuius olei super ea: aut embroca: aut caputpurgium: immo sint contenti vaporationibus factis et clisteribus ex camomilla violis et furfure.

¶De asperitate lingue.

¶In essentia viscositatis fricetur cū brusco aut cum virgis salicis.

¶Si vero fuerit a siccitate teneat in ore seuesten ⁊ nucleos prunorum aut salem qui apportatur de india et est in colore salis ad quantitatem fabe et est zuccarum candi.

¶Et oportet vt nō ponantur puluinaria multa neq; resupinetur dormiēs: nam hec duo exiccāt linguam.

¶De dolore capitis.

¶Et non mulgeas lac nisi cū remouetur febris.

¶Et caue lac apud repletionē humidam ⁊ facientem ꝓfunditatem somni: ⁊ similiter caue oīa humectantia ⁊ non administres humectantia nisi vbi est vapor fumosus ⁊ caput siccū ⁊ parui somni.

¶De nigredine lingue.

¶Oportet vt nō dimittatur nigredo super linguam immo fricetur cū eo qđ scis: ⁊ si nō: eleuabūtur ad caput vapores maligni ⁊ faciūt cadere in sirzen.

¶De sincopi.

¶Scias ꝙ quādo aggregātur sincopis ⁊ febris tūc sincopis est dignior curatione: ⁊ si indiget pauco vino detur permixtū cū.ʒ.iij.vini antiqui.

¶Sermo vniuersalis de febribus colere.

¶Febres colerice sunt scz tertiana cōtinua ⁊ tertiana periodica ⁊ causon.

¶Tertiana colerica periodica non pura fit cum putredine colere grosse substantie: propter commixtionem colere cum flegmate commixtione aliqua commixtionali vnita: ⁊ ꝓpter hoc diuersificatur ab emitriteo cum emitriteum faciant due materie separate: ⁊ hanc faciat materia vna que est in seipsa permixta cum calore cui permiscetnr aliquantulū frigoris ꝙ generat suam putredinem: et suam resolutionem: et suam digestionem.

¶ Fiunt igitur in emitriteo duo paroxismũ ꝛ tertiane nõ pure paroxismus vnus.
¶ Et hec quidem non pura quãdoqꝫ ꝓlongatur tempore longo ꝛ circiter medietatẽ anni: ꝛ quãdoqꝫ perducit ad molliciẽ ꝛ ad magnitudinẽ splenis.
¶ Causon ℣o est de genere cõtinue: qm̃ differẽtia inter eius vehementiã ꝛ eius teporẽ est insensata: ꝛ accidẽtia eius sunt vehemẽtia.
¶ Et causa in eo est acuitas materiei et multitudo eius cũ eius casus sit circa cor: ꝛ in venis oris stomachi aut in partibus epatis ꝓprie ꝛ ad summũ in mẽbris nobilibus vicinis cordi.
¶ In tertiana ℣o periodica co. est in carne ꝛ ad partes cutis: ꝛ in cõtinua co. est sparsa in venis corporis que elongantur a corde.
¶ Ponit multa accidentia febrium colericarum. ꝛ tu vide ꝛ ipsa nota.
¶ De tertiana absolute.
¶ Paroxismus tertiane incipit in primis cum horripilatione ꝛ punctura acus. Deinde infrigidat ꝛ incipit facere rigorem difficilem valde difficiliorem reliquis rigoribus: ꝛ hic quidem rigor cum vehementia sua est velocis sedationis.
¶ Fit rigor eius in diebus primis fortior ꝛ vehementior ꝛ in quartana est econtrario.
¶ Et iterum rigor incipit cũ fortitudine: deinde alleuiatur paulatim ꝛ minuitur velociter: et in quartana est econtrario.
¶ Et sudor multiplicatur in tertiana cũ dimittit.
¶ Et tertiane caliditas est saluior caliditate causonidis: nam in illa quanto ꝓlirius manus tãgit corpus nõ additur inflãmatio: immo quãdoqꝫ minuitur ꝛ in causonide additur inflãmatio.
¶ Et pulsus eius est diuersus: sed diuersitas eius est minor q̃ in reliquis febribus humorosis.
¶ Et quandoqꝫ significat ipsam etas: consuetudo: re-

gio:ars:forma:tempus:ꝛ multitudo euentus tertia-ne in illa hora.
¶ Cum igitur cōponuntur due tertiane sunt paroxis-mi euenientes omni die:qui igitur considerat tertia-nam per paroxismos errat in ea:immo oportet vt at tendantur significationes alie quas dicemus.

¶ Differentia inter tertianam puram et non puram.

¶ Pura est subtilis leuis cuius paroxismus cōsumi-tur a quattuor horis vsq; ad duodecim : et non addit super eas multum : ꝛ si addit additione multa tūc nō est pura et est ꝯm plurimum perueniens ad horas se-ptem.
¶ Et calefit corpus in ea velociter et vides calidita-tem procedere ex corde et extremitates adhuc sunt frigide.
¶ Pura non addit cum nō accidit error super. vij.pe riodos : et quādoq; cōsumitur propter subtilitatē sue materie in paroxismo vno in quo accidit vomit⁹ aut vētris solutio mūdificans.
¶ Apparet digestio in vrina prīa die aut tertio aut quarto aut septimo.
¶ Cū vides principium cū rigore ꝛ statū cum sudore exuberāte: tūc nō dubites quin ipsa sit pura.
¶ Et cū nō pura inuenit̄ grauitas plurima in capite ꝛ extēsio ꝛ prolōgatur rigor donec ꝑueniat ad horas xxiij.aut.xxx.vsq; ad horam suā et tepescit donec cō-plentur.xlviij.hore.
¶ Et ꝑ quātitatem additiōis paroxismi suꝑ duodecim horas est eius elongatio a puritate.
¶ Et in tertiana quidez nō pura tardatur apparitio digestiōis ꝛ nō apparet in forma offuscatio neq; ex-tenuatio et accidentia sua minorātur in ea.

¶ De tertiana cōtinua.

¶ Cognoscit̄ ꝑ vehemētiā paroxismorū tertiana cōti-nua ꝛ per vehemētiam accidētium tertiane : et apud

Galienū quidē cum san. putrescit fit de oī genere: & de hoc fiet sermo post.

¶ De cura tertiane pure.

¶ Et tu quidem non auscultes sermonē qui concedit in principio solutiua fortia & myrabolanos & sil'ia: nisi p modū quē diximus: imo opz vt in primis lenias sicut cū tamarindis syracost & teriniabim.

¶ Rectum nāqz est vt non in potu detur quod est sicut sorbitio hordei neqz ei simile: neqz cibi: nisi natura iam lenificata.

¶ Et si vētris solutio in pricipio in febre tertiana pura sit minoris malitie q̄ eius sil'e in alijs: est tamen ei etiam malitia maxima.

¶ Et quādo possibile est vt flobothomes vsqz ad tres periodos: fac et similiter quando times q egritudo sit furiosa.

¶ Et non oportet vt moueas in die paroxismi aliq̄d nisi ꝓpter necessitatem.

¶ Et oportet vt in die paroxismi nō ꝓuoces vrinam cum emulsione seminū.

¶ Et opz vt supueniat ei paroxism⁹ dū est famelicus et nō est in stomacho eius aliquid.

¶ Oportet vt sumat in potu omni mane sirupū acetosum: et post duas horas aquam hordei die in qua nō est paroxismus.

¶ Et fructus quidē qui diliguntur eis sunt granata dulcia et muza et pruna matura et immatura: melon īdo indus est maximi iuuamēti cuz hoc q ipse soluit & ꝓuocat et stringit vehementiā caloris & facit sudare & fortasse non nocet nisi parum.

¶ Et ex oleribus conueniunt cucurbita et cucumer et alchetedi et lactuca.

¶ Et nō vltimes in infrigidatione multa et ꝓprie in principio: nisi iuenias inflāmationē multā et timeas conuersionē eius ad causonidē et cōtinuam.

¶ Si non inuenis inclinationē manifestā: tunc eua-

cua cum solutione ventris.
¶ Balneo vero oportet ne approximēt nisi post digestionem: et apud declinationē est ipm melior curatio eis et proprie assuetis et non prolongēt in eo morā: imo egrediantur velociter: nam iteratio est eis cōuenientior quam stationis prolongatio.
¶ Et non timeas post declinationē potare eos vino plurimum commixto: vinum enim fractum per commixtionem confert in soluendo et succurit aque penetrāti cum fortitudine sua: et propter illud infrigidat vehementer et humectat.
¶ De cura tertiane non pure.
¶ Res quibus diuersificatur cura tertiane non pure sunt res quibus cōicant fe. frigide de licentia scda. i. non solum intēdendo primo ad fe. sed etiā secūdo ad causam: sicut fit in febribus frigidis.
¶ Balneum enim facit descendere flegma indigestum per illud quod effunditur ad locum putredinis: et permiscet humores et resoluit subtile et facit remanere spissum.
¶ Cibatio eorum omni die est ex eis que eis nocēt: imo oportet vt cibentur vno die et alio die nō: et sit in cibis eorum quod abstergat et calefaciat parum.
¶ Et oportet vt cōsideret propinquitas nō pure ad puram et elongatio eius ab ea: et secundum illud diuersificatur inter curam eius et curam non pure.
¶ Et cū videris vrinas eorum grossas tūc flobothoma: et cū flobothomaueris nō indigebis clisteri.
¶ Et scias quod nō est res magis iuuans eos quam vomitus post cibum.
¶ Et clisteria in principio sunt mihi magis dilecta quam solutiua alia.
¶ Decoctio absinthij est eis iuuatiua subtiliatiua materiei et stomachi cōfortiua.
¶ De febre causon.
¶ Causon est secundum duos modos: aut enim est ex co. in

venis ꝓpinq̄s cordi ⁊c̄. aut est flegma ⁊ fit a flegmate salso: sicut dixit Hipo. ⁊ nō fit flegma salsum nisi ex aquositate flegmatis ⁊ colera acuta.
¶ Et qm̄ causon habet vehemētiora accidētia q̄ tertiana oportet vt sit breuioris spacij q̄ ipsa.
¶ Senibus parū accidūt febres causonides: ⁊ cū accidunt eis pereunt: sed in infantibus est leuior propter humiditatē eorum: ⁊ quādoq̄ est in eis cū ꝓfunditate somni ꝓpter vapores.
¶ Et plurimum quidem causon consumitur vomitu aut solutione ventris aut sudore aut fluxu sanguinis narium.
¶ Videt̄ vt sit cā sitis eoꝝ ꝓpter causam pulmonis.
¶ Et caliditas in causonide s̄m plurimuȝ non est ita fortis in exteriorib⁹ sicut in interiorib⁹. Et cōfractio in ea est leuior q̄ sit in alijs.
¶ Cura est cura tertiane pure ⁊ nō flobothomentur: fortasse em̄ inflāmabit eos: et fortasse iuuabit eos si fuerit illic turbiditas ⁊ rubedo. s. in vrina.
¶ Et sit cōtentus potatione aque frigide s̄m qđ dixi mus: si autem non fuerit quod prohibeat: detur de ea etiam vsq̄ ad satietatem.
¶ Et fortasse aduenit eis permixtio mentis ⁊ obliuiscuntur petere aquam: quare oportet vt sorbeant de ea paulatim sorbitiones plurimas: ⁊ ꝓprie in eo cui⁹ linguam vides siccam exiccatam.
¶ Et opȝ vt caueat̄ in eis sup̄fluitas sanguīs nariū. Est em̄ de eis in quib⁹ magnificat̄ timor eis.
¶ Et cum declinat egritudo manifeste: tunc non est malū vti balneo cuius aqua declinat ad frigus: ⁊ illi in quibus magis diligitur balneum ex eis sunt quoꝝ fe. est ex flegmate salso.

¶ De febre sanguinis.

¶ Opinatus est Galienus q̄ nō fit febris sanguinis a putredine sanguinis: nā sanguis cū putrefit fit co. ⁊ non est sanguis. fit igitur tunc fe. colerica non san

guinea ꝛ fit causon predicta ꝛ tertiana et curat eam cum illa cura.
¶ Hic ṽo sermo Galieni contrarius est sermoni Hipocratis ꝛ cõtrarius ei qḋ est cõueniens.
¶ Intellectus eius primus est corrupte acceptationis: quoniam san. quando putrefit conuertitur subtile eius ad colerã ꝛ spissum ad melancholiam: non igitur cum totalitate sua fit colera.
¶ Licet post putredinem sanguis fit co. nescimus tamen an in ea fit putredo an non. nam non est necessarium vt sit putridum ideo ꝙ aliquid generetur ex putrido: fit enim a putredine quod non est putridum sicut vermis.
¶ Quod ṽo intelligitur secundo: id est cum san. putrescit fit co. est mendacium purum: quoniam putredo est via corruptionis: ꝛ putredo quidẽ non habet tempus: ꝛ conuersio sanguinis in coleram non fit nisi in tempore.
¶ Et putredo quidem est corruptio accidens sanguini: ꝛ est sanguis sicut accidit flegmati ꝛ est flegma: neqꝫ co. neqꝫ melancholia nisi conuertatur post illud cum complemento putredinis.
¶ Verũ veritas sana est sermone Hipo. ꝙ ex sanguinis putredine generatur febris.
¶ Dicamus igitur nũc ꝙ febris san. que est fe. putredinis ꝛ febris calefactionis ꝛ ebullitionis quam nominat Hipo. synochã conclusam plurimũ fit ex opillatione suffocante caliditatem.
¶ Quedam quandoqꝫ fit a causis aliis que vehementes fiunt super vehementiam febris effimere: et est de summa febrium que sunt inter febres putredinis ꝛ febres effimeras.
¶ Hec differt a febribus effimeris: quia calefactiuũ primum in ea est humor: ꝛ differt a febribus putredinis: quoniam nõ est ei putredo ꝛ est fe. acuta non effimera non ethica non fe. putredinis.

¶ In quibusdam contradictionibus non est necesse nos prolongare sermonem: quoniam non iuuatur cū eo medicus.
¶ Et hāc putredinē in sanguine quādoqʒ facit aquositas sanguinis ex comestione fructuū aquosaꝝ.
¶ Et hec quidē febris est continua que non tepescit ꝓpter cōmunitatē materiei ⁊ eius adherentiā vsqʒ ad crisim vel ad mortem.
¶ Et eius species sunt tres: scʒ epaumasticus et est saluior: deinde homotenus: deinde augmasticus.
¶ Intentio in curatione fe. sanguinis est euacuatio plurima vsqʒ ad sincopim.
¶ Euacuatio autē nō est aliqua ita bona sicut flobothomia ex manu in quacunqʒ hora accidat ⁊ non expectetur crisis neqʒ digestio: nisi sit repletio nauseatiua: tūc em̄ eam caue ⁊ remoue ipsam.
¶ Q; si febris perseuerauerit tūc flobothoma ⁊ non cesses flobothomare donec eger appropinquet sincopi: aut cadat in sincopim si corpus fuerit forte: sincopis nāqʒ infrigidat complexionē fortem.
¶ Et scias ꝙ flobothomia ⁊ sumere in potu aquā frigidam qn̄qʒ excusant ab infrigidatione alia.
¶ Et fortasse sequitur statim flobothomiam vltimā fluxus vētris colericus ⁊ sudor quē oportet omni hora extergere donec continet̄ ⁊ sanabit̄ fortasse cū eo.
¶ Et succurratur ei quod accidit de debilitate ⁊ sincopi cū cibo subtili ⁊ quiete.
¶ Si accidit fluxus sanguinis narium per se nō abscindatur: nisi cū appropinquat sincopis.
¶ Et quāto plus minoratur zuccarū tāto melius est.
¶ Et scias ꝙ esse cōtentus infrigidatione ⁊ dimittere flobothomiā ⁊ solutionem ventris addit in opillatione ⁊ coartatione: quare additur putredo ⁊ caliditas in reliqua dispositione.

¶ De febre flegmatica.

¶ Minor horarum sui principij ſm plurimum est ex

xviij.dierum: ⁊ eius eradicatio in pluribus est intra xliiij.dies: aliqui habent intra.lxiij.
¶ Saluior earum est illa que est mundorum temporum: ⁊ precipue illa que est multi sudoris: significat enim subtilitatem materiei ⁊ paucitatem eius ⁊ raritatem corporis.
¶ Et parum quidem euacuatur febris ista a lesione in ore stomachi.
¶ Et scias quod cum omni febre cum qua est frigus constringitur pulsus ⁊ minoratur.
¶ In febre flegmatica ex vitreo humore fit frigus propter illud quod non putruit: ⁊ horripilatio propter illud quod iam putruit: ⁊ maius eius frigus ⁊ ipsius rigor insunt periodis status.
¶ Febris flegmatica non est ex materia que faciat punctionem ita vt sit causa rigoris in via expressionis: eius namque putredo est rei leuis.
¶ Et multotiens incipit cum sincopi: ⁊ fit scilicet sincopis: ⁊ in hac egritudine multiplicatur sincopis propter debilitatem oris stomachi ⁊ casum appetitus ⁊ priuationem istimbre.i.digestionis que est fundamentum materie nutrimenti ⁊ virtutis.
¶ Illam autem que fit ex flegmate salso sequitur horripilatio: ⁊ non fit vehemens frigus eius.
¶ In hac febre diuersificatur eius passio a caliditate: scilicet in sensu tactus: sicut accidit in reliquis viscosis cum bulliunt: ipsa enim disrumpuntur in quibusdam locis ⁊ in quibusdam non.
¶ Et fe.quidem flegmatis sunt multe opillationis ⁊ sudoris pauci: ⁊ cum sudare facit est res non exuberans.
¶ Et de proprijs significationibus eius est paucitas sudoris ⁊ priuatio eius.
¶ Et sitis quidem minoratur in febribus flegmaticis nisi propter causam salsedinis.
¶ Et significant eam vt sit paroxismus eius.xviij.horis: et dimissio eius sex horis: ⁊ non est dimissio eius munda: quoniam materia cum multitudine grossitudi

ne ⁊ viscositate est multa.

¶De febribus epialea ⁊ lipparia.

¶Hee sunt de summa febriū in quibus diuersifican-tur loca caloris aut frigoris intus ⁊ extra propter di-uersitatē locoꝝ ⁊ eius quod putrefit.

¶Epialea est febris ex flegmate vitreo: sed est com-prehensum in occulto profundo qđ infrigidatur vbi est: verū ipsi iam accidit putredo quare spargitur ex eo vapor eius: qđ cū putruit ⁊ dispargitur ⁊ inflam-matur in exterioribus: ⁊ illud qđ nō est putrefactum infrigidatur in interioribus.

¶Lipparia est febris in qua occultatur calor ⁊ appa ret in ea frigus: ⁊ ꝟm plurimū est flegmatica ⁊ quan-doq; est colerica ex colera grossa valde.

¶Ponit modū quomodo calor occultatur ⁊ frigus apparet. ⁊ tu vide.

¶Quomodo erit febris ⁊ nō ꝓcedat caliditas ex cor de in totū corpus: Respōdeo ꝙ attēditur vna cōditio scꝫ vt nō sit qđ ꝓhibeat sicut hic.

¶Ponit modum febrium in quibus apparent ambe dispositiones. ⁊ tu vide.

¶De febre diurna ⁊ nocturna ex flegmate.

¶Utreq; sunt male: sed diurna est lōgior ⁊ deterior ⁊ multotiēs facit cadere in ethicam.

¶Et tolerantia fe. in calore diei ⁊ vigilie in frigore noctis sunt ex eis que magis digne faciunt cadere in ethicam ⁊ ad summum est ex genere febrium diffi-cillimum.

¶De cura febris flegmatice.

¶Omnes species eius cōmunicant in hora principij in tribus: scꝫ in necessitate lenificationis aut vomi-tus aut administrationis subtiliantium ⁊ inscinden-tium ⁊ diureticorum.

¶Et cū superuenerint febri dies tres subtiliatur in ea materia ꝓpter febrem: ⁊ ante illud mouebis ⁊ no cebis ⁊ non facies aliquid.

¶ Fames ꝛ somnꝰ sup famē ꝛ exercitiū sup eaz sunt vltima in iuuamēto hmōi egritudinis.

¶ Cūq3 pertransierit septima non stes tunc super subtiliatione: quoniam illa debilitat ꝛ addit in debilitatem oris stomachi.

¶ Subtiliatio regiminis in flegmatica omnino magis est necessaria q̄ꝫ in quartana.

¶ Ponit q̄ꝫ rose rubee vocantur persice.

¶ Et non fiat assiduatio super lenificationē cum lenitiuis in pricipio ꝛ post ip̄m ꝛ ꝓprie qū materia est colerica: illud em̄ ꝓducit ad corruptionē cōplexionis.

¶ Et vomitus quidē cuz eo quod est in eo de debilitate stomachi est vehemētis iuuamenti valde: ꝛ est vltimus huic egritudini.

¶ Oportet igitur vt expectetur in eo septimus vt nō accidat ex eo in principio debilitas apostemans corpus stomachi.

¶ Et nō oportet vt fiat inūctio cum vnguentis resolutiuis nec embrocatio cum subtiliatiuis cuz egritudo est in principio ꝛ humor est in corpore ambulans: ip̄a em̄ mollificāt viscera sua calefactione humida.

¶ Scias q̄ꝫ fricatio est ex curationibus iuuantibus eos: ꝛ quāto fuerit flegma viscosum grossius erit fricatio magis conferens.

¶ Fiat vomitus cū raphano ꝛ cū aq̄ calida ꝛ ꝓprie in pricipio periodi: nā ip̄m resistit rigori ꝛ frigori ꝛ extinguit cū hoc sitim q̄uis sit estuosa.

¶ Et vinū subtile confert eis in hac hora cum subtilitate sua: ꝛ quia confortat calorem innatum: et quia prouocat ꝛ sudare facit.

¶ Et agaricus cum de eo sumitur in puluere ex.ʒ.ſ. vsq3 ad.ʒ.vnā ꝛ tertiā partē vnius diebus continuis ꝓhibet elongari egritudinē: sumat̄ igit̄ puluis ex eo aut misceatur cum melle ꝛ bibatur.

¶ Et semē vrtice post digestionez est mirabile valde sumptum in puluere aut cum melle.

¶ Et hora cibi est post tẽporẽ paroxismi et eradicatio nẽ eius et ante paroxismũ minus quattuor horis.
¶ Et balneũ quidem est vehementis nocumenti nisi post declinationem.

¶ De quartana periodica.

¶ Plurimũ quartane est periodica et minoratur casus quartane inseparabilis.
¶ De proprietate omnis humiditatis est vt putrefiat quamuis rarificetur in preparatione.
¶ Et plurimũ quidẽ quartana accidit in successione febriũ putridarũ propter diuersitatem humorum ex quibus generantur.
¶ Et multotiens quidẽ accidit propter successionem splenis: et hoc secundum plurimũ nõ euacuat ex dolore splenis aut duritie eius.
¶ Et saluior quartana est illa que nõ accidit ab apostemate aut alijs: et cũ qua nõ est apostema splenis: nam hoc multotiẽs ducit ad ydropisim et puniciem.
¶ Et quartana que salua est liberat ab egritudinibus malis melãcholicis sicut epilepsia melancholia et in eo est securitas a spasmo quoniam est humor siccus: et est secundum plurimũ egritudo salua.
¶ Et si nõ accidit in ea error nõ addit supra annuz: et quandoque perdurat.xij.annis et quod est infra eos.
¶ Et que ex ea longa est perducit ad ydropisim: et autumnus est inimicus quartane.
¶ In hac est caliditas cũ horripilatiõe et frigore: et cũ aliquãtulo dolore quasi frãgatur ossa et est illic contractio propter quod strident dẽtes et perducit ad debilitatẽ visus et periodus eius est.xxiiij.horarũ.
¶ Et fit mũdificatio eius apparẽs apud tẽporẽ: et est significatio cõpleta super quartanam.
¶ Et sudor in quartana est plurimus per comparationem ad flegmaticam et non per comparationem ad alias febres.
¶ Et sitis minoratur in hac febre nisi sit a melancho-

lia colerica.
¶Et necesse est vt prohibeatur in die paroxismi a comestione et precipiatur ieiunium et prohibeatur ab aqua frigida illa die. Est enim necessarium reliquis diebus vti carne.
¶Et scias quod aqua casei est bonum vehiculum ei quod administratur de virtutibus medicinarum et fortasse confert administratio eius solius quando est caliditas violenta.
¶Et vomitus iterum et proprie ante cibum est conuenientior et proprie in die paroxismi ante poxismū: et ꝓprie qñ est melancholia flegmatica et nō in principio tm̄ immo in omni hora.
¶Si melancholia fuerit sanguinea iuuabitur cū flobothomia ex basilica et hoc genus velociter recipit curationem.
¶In die periodi sufficiat eis de cibis modicum.
¶Ponit virtutem turbith in principio magis posse approximari quam ꝟtutē agarici tāquam leuiorē medicinā.
¶Si dederis in potu añ digestionē tyriacam et filia cōpones quartanā cum quartana: et fortasse attrahes egritudines alias et ꝓprie in hyeme.
¶Inquit Galie. Sanaui gētē plurimū a quartana ita dedi ei in potu post digestionē solutiuū: deide eis dedi in potu succū absinthij et deinde tyriacam.



¶De cibatione patientiū quartanā.
¶Rectius est vt inclinetur regimē eorum in primis septimanis vsque ad tres ad subtiliationem quandam preter vt destruat ꝟtutē: et illud est vt abstineat a carne et vnctuosis: hoc em̄ minorat eorum materias et alleuiat eos et abbreuiat spaciū egritudinū eorum.
¶Sciasque in cibis quartane esse debent iste ꝓprietates scilicet vt non sit crudum: immo remouens cruditatem. Secundo vt non sit grossum: immo subtilians grossum. Tertio vt non sit cōstrictiuū immo soluens ventrem. Quarto vt sit sanguis ex eo genera-

tus laudabilis.

¶ De cura quartane cõtinue.

¶ Flobothomia in hac est magis necessaria qm̄ materia est expansa in venis et licentia in carnibus in hac egritudine est minor.

¶ De febre quintena sextana et septena.

¶ Iste generantur ex materia homogenea materiei quartane: sed est grossior et minor et plurimum etiã fiunt ex melancholia flegmatica.

¶ Sextana autẽ et septena et q̃ sunt post illas Hipo. dixit. et Galienus dixit. Nõ vidi in vita mea aliquã ex eis neq; vidi quintenam nudam fortem neq; est febris nisi quasi occulta.

¶ Galienus est quasi negãs has febres et vult vt q̃si sit necessariũ hmõi febrib⁹ radix alia.

¶ Hipo. iam verificauit sermonem in inuentione septene et nouene et non est illud mirabile nec manifeste impossibilitatis: ita vt sit necessarium redire in eo ad demonstrandum.

¶ Hipocrates dixit q septena est prolixa et non est mortifera et nouena est longior et non est mortifera: et dixit q quintena est deterior febrium quoniam fit ante ptisim.

¶ Et non oportet vt negentur egritudines quas nõ contingit videre in tempore quodam et quadam regione: nam hoc genus non comp̄hendit̄ur pre multitudine.

¶ Neq; etiam oportet vt dicatur q si est quintena q tunc necesse est vt sit materia quinta: nam melancholia generat quartanam nõ propter hoc q ipsa sit melancholia: immo ꝑpterea q ip̄a est pauca et grossa.

¶ Non conuenit alicui vt dicat impossibile est in flegmate vt fiant ei paroxismi alij quando ingrossatur et quando minoratur quoniam concessio est et possibilitas est res ampla: raro fit possibile vt necessario eius sequatur contradictio.

¶ Amplius non est dispositio in concessione eius q̄ nunq̄ videt neq̄ audit neq̄ de quo testificat experimētator aut sapiēs sicut cōcessio eius qđ testificatur qualis Hipo. nā rettulit mihi fidelis quidā se vidisse nouenam: quintenā v̄o vidimus iam multotiēs ⁊ nō cogimur ꝓpter hoc dicere q̄ sit humor alius.

¶ De ethica.

¶ Jam sciuisti q̄ in mēbris sunt humiditates diuersarū specierum: ⁊ de illis igitur est repositū in venis: ⁊ de illis est illud qđ est sparsum in mēbris sicut ros: ⁊ iste sunt due diuisiones.

¶ Et prima eaꝝ est materia febris putredinis aut febris ebullitionis.

¶ Et de illis sunt humiditates ꝓximi tēporis coagulationis ⁊ sunt actu nutrimentū attracte ad locum ⁊ sunt cambiū ⁊ fiūt additio similis illi: sed tempus pulsus eaꝝ est ꝓpinquū ⁊ nō sunt coagulate.

¶ Et de eis sunt humiditates cū quibus continuātur partes mēbroꝝ similiū partiū a principio creationis ⁊ per ipsaꝝ destructionē perueniunt ad separationē.

¶ Et similitudo humiditatū primaꝝ est oleū lucerne effusum in lucerna. Et similitudo secundaꝝ est oleum imbibitum in corpore lichini. Et similitudo tertie humiditatis est humiditas cui cōtinuantur partes quotidie de quo factus est lichinus.

¶ Et cum inflāmantur membra radicalia ⁊ proprie cor est illud ipsa egritudo que est ethica.

¶ Et caliditas quidem epatis quandoq̄ perducit ad ethicam: verum non est ipsa ethica: immo ethica est illa que est causa cordis ⁊ similiter est dispositio pulmonis ⁊ stomachi.

¶ Dū ipa permanet finiēdo humiditates diuisionis prime sicut finit cādela oleum effusum in lucerna: tūc est gradus primus. Et cū finit humiditates que sunt diuisionis secūde sicut incipit candela finire oleū imbibitum in corpus lichini erit gradus secūdus: ⁊ iste

parum recipit curationem nisi deus vellet: ⁊ cũ finiũ tur iste: ⁊ incipit finire humiditates diuisionis tertie: sicut incipit flegma adurere corpus lichini ⁊ humiditates eius radicales erit gradus tertius.

¶ Ei hec quidẽ egritudo est ex febribus que nõ habẽt paroxismos neq3 horas paroxismorum.

¶ Et ethica quãdoq3 accidit post febrem effimerã: ⁊ qñq3 post febres putridas ⁊ apostemata: ⁊ longinquũ est vt accidat ethica incipiendo.

¶ Et causa quidẽ vna qñq3 est causa ethice: ⁊ qñq3 est causa effimere ꝯm vehementiã mutationis sue ⁊ debilitatẽ suspensionis eius.i.adherẽtie sicut ignis: nã ipse obuiat lignis ꝯm duos modos. vnus est ꝯm modum quo calefacit ea ⁊ fumat in eis. ⁊ secũdus est ꝯm semitã inflãmationis.

¶ Ponit plures modos quõ ex febre putredinis peruenitur in ethicã. ⁊ tu vide.

¶ Et ethica quidẽ in principio rei est difficilis cognitionis et facilis curationis: et in fine sui est facilis cognitionis ⁊ difficilis curationis.

¶ Et est calidius qđ est in eo locus venaꝝ ⁊ arteriaꝝ ⁊ est eoꝝ caliditas similis: nõ eñi minuitur verũ ipsa quãdo superuenit ei cibus augmẽtatur velociter ⁊ fit fortis pulsus valde ⁊ incipit magnificari sicut augmẽtatur flamma apud inuentionẽ olei: ⁊ iste significationes sunt fortes.

¶ Et est habẽs egritudinẽ non vehemẽter discernẽs illud qđ est in eo de caliditate qm̃ facta est cõplexio membro conueniens.

¶ Ponit multa signa adubul.i.tertij gradus ethice. ⁊ tu vide.

¶ In aceto est exiccatio vehemẽs ⁊ virtus resolutionis quare oportet vt bibatur cũ eo qđ resistit duabus ꝓprietatibus: sc3 per cõmixtionẽ aque multe aut cũ quibusdã humectãtibus lenificantibus.

¶ Lac asine cũ humectatione sua est infrigidans: ve

rum ipsum conuenit ei qui non habet febrem periodicam neqꝫ materiã preparatã ad putredinem.
¶ Ponit ꝙ linum pectinatũ est de genere eius quod non calefacit.
¶ Et non est lac post lac mulieris sicut lac asine: post ea lac caprarum: nam lac asine eradicat ethicã si fuerit ei eradicator nisi prohibeat putredo accidens aut expectatio materiei cõprehense.
¶ Et lac quidem iuuatiuum est eis a principio ethice vsqꝫ ad finem eius.
¶ Et lac mulieris sugendo sumptum conuenientius est omnibus.
¶ Tyna autẽ illa est melior que est tepida scꝫ in qua non est caliditas multa ⁊ est cũ hoc cũ virtutibus herbarum infrigidantiũ ⁊ humectantium.
¶ Et si nõ esset qḋ ꝓhiberet administrationem tyne frigide nisi vereretur super eam verũ qḋ ꝓhibet ab hoc est debilitas corporis eorum ⁊ eorum extenuatio.
¶ Lesio nõ fit nisi per aduentũ contrarij diuersificantis in cõplexione subito.
¶ Et si iteretur tyna in die tribus vicibus erit rectũ.
¶ Et melior quidẽ horarum huiusmodi actionis est post cibum.

¶ De cibatione eorum.

¶ Oportet vt separetur in eis cibus ⁊ nõ cibentur in saturitate eorum vice vna.
¶ Et lac vaccinum de quo extractum est butyrũ plurimi est nutrimenti.

¶ De ethica senectutis.

¶ Intentio itaqꝫ ethice senectutis est dominiũ siccitatis super complexione absqꝫ febre. ⁊ quãdoqꝫ fit cũ equalitate in calore ⁊ frigore: ⁊ est illud ꝑm minus et quãdoqꝫ fit cũ frigore.
¶ Et senes sunt velocioris casus in eam ꝙ iuuenes ⁊ iuuenes ꝙ pueri licet accidat in iuuenibus ⁊ pueris.
¶ Et hec egritudo quãdo confirmatur nõ curatur: et

si esset ei ingenium esset mortis ingenium.
¶ Et canon in curatione earum est calefactio et humectatio.
¶ Et lac coctū cū lapidibus est vehemētis iuuamēti eis ⁊ mel est vltimū in iuuamēto eoꝝ sicut est vltimū in nocumēto habentiū febrem ethicam.
¶ Et oīs cibus humectās facilis penetrationis velocis descēsionis in quo nō est viscositas sicut aqua carnis ⁊ vitelli ouoꝝ sorbiliū ⁊ vinū subtile odoriferum parue q̄titatis est cōueniens ei.
¶ De febribus pestilentialibus.
¶ Sicut aqua non putrefit vllo modo ꝓpter suā simplicitatē: immo ꝓpter illud qđ ei admiscetur de corporibus terreis malis ⁊ accidit toti qualitas mala sic aer nō putrefit nisi ꝓpter illud qđ ei admiscetur de vaporibus malis ⁊ accidit toti qualitas mala.
¶ Et qn̄qꝫ est illud causa ventoꝝ deferentiū ad locū fumos malos ex locis fetidis in quibus sunt valles profunde ⁊ corpora exiccata in prelio aut occisa vel mortua nō sepulta neqꝫ tumulata.
¶ Et quandoqꝫ accidunt putredines in interioribus terre ꝓpter causas quaꝝ euentus ignoratur ⁊ nocere faciūt aquam ⁊ aerem.
¶ Et febres quidē accidētes causa aeris sicci sunt iterum causa vt eueniant febres colerice: pestilentiales ꝟo fiūt ex aere turbido ⁊ humido.
¶ Et febres in aere turbido ⁊ humido sunt pluris euētus: sed sunt minoris acuitatis ⁊ longioris spacij: in estate ꝟo sicca pauce pluuie sunt minoris euentus et maioris acuitatis ⁊ velocioris separationis.
¶ Et meliora tp̄a sunt que seruāt naturā suam.
¶ Et principiū omniū hoꝝ sunt forme ex formis celi faciētes esse necessariū illud cuius euētus ignoratur licet quidā hoīm dixerūt in eo aliquod nō ꝓportionatum vel pertinēs ad causam eius.
¶ Oportet vt scias ꝙ causa prima lōginqua ad illud

sunt figure celestes ꝛ propinque figure terrestres: et quãdoqꝫ faciunt necessario virtutes agẽtes celestes et virtutes patientes terrestres humectationem vehemẽtem aeri expelluntur vapores ꝛ fumi ad ipm̃ et putrefaciunt eũ cum caliditate debili.

¶ Et quãdo fit aer ſm hũc modum venit ad cor quare corrũpit cõplexionem spiritus qui est in ipo ꝛ putrescit quod circũdat ipm̃ de humiditate ꝛ accidit caliditas egressa a natura ꝛ spargitur in corpore ꝛ est febris pestilentialis.

¶ Et cõmunicat multitudini hoĩm iterũ qui habent in seipsis preparationis ꝓprietatem.

¶ Agens eñ solũ cũ ↄuenit ꝛ patienti nõ est preparatio nõ accidunt actio et passio.

¶ Et ꝑparatio corpoꝝ ad illud in quo sumus de passione est vt sint plena humoribus malis: nã mũda nõ forsitan patiuntur ex illo.

¶ Et corpora debilia iterũ patientia sunt ex eo sicut illa que multiplicant coitũ et corpa dilatatoꝝ porozũ humida multe balneationis.

¶ Et febris est quieta exterius et cõturbans interiꝰ ſm plurimũ perdens et qua percipitur caliditas ꝛ inflammatio fortis ꝛ magnitudo anhelitus ꝛ vehemẽtia sitis et siccitas lingue.

¶ Et quandoqꝫ fit cum nausea ꝛ casu appetitus: et si non resistitur ei cum comestione violenter interficiet eum.

¶ Ponit multa accidentia praua ꝛ signa ex vrina et egestione sudore ꝛ alijs. ꝛ tu vide.

¶ Et quandoqꝫ est de his febribus pestilentialibꝰ in qua non percipit eger: neqꝫ tangens propinquus multitudinem caloris et nõ alteratur pulsus et vrina magna alteratione: ꝛ cum hoc ipsa est interficiẽs velociter et hesitant medici in esse eius.

¶ Et plurimũ quoꝝ anhelitus fetet ex istis in primis moriuntur: nam putredo est iã cõfirmata in corde.

¶ Ponit signa pestilentie ſm semitã causarũ: ⁊ sunt quedam que apparẽt in celo ⁊ in aere ex eius diuersitate in substantia ⁊ complexione ⁊ ceteris: ⁊ quedam signa que sunt ſm semitã societatis: vt cum rane ⁊ cetera reptilia multiplicãtur ⁊ fugiunt ad superficiez: ⁊ aliquãdo aliqua volatilia fugiũt ex nidis suis ⁊ fortasse dimittunt oua sua.

¶ De cura febriũ pestilentialium.

¶ Summa curationis est exiccatio et id cum flobothomia vel solutione ventris: ⁊ oportet vt incipiatur in ea ad euacuandum.

¶ Et oportet vt infrigides domos eorum.

¶ Aqua plurima frigida subito est iuuatiua valde: pauca autez consequuntur: exhibita fortasse excitat caliditatem.

¶ Et quãdo cadit appetitus restaureẽ ad comestionem: nam plurimi eorum qui viriliter agũt sup illud et comedunt violenter absoluũtur ⁊ viuunt.

¶ Et oportet vt sint cibi eorum ex acetosis ⁊ desiccatiuis: ⁊ sint pauce quãtitatis.

¶ Ponit rectificationem aeris ſm sanos ⁊ febrientes. ⁊ tu vide.

¶ De preseruatione a pestilentia.

¶ Oportet vt extrahanẽ ex corpe humiditates superflue ⁊ inclineẽ regimen eius ad exiccationẽ ex omni modo ⁊ ex minoratione cibi ⁊ exercitio.

¶ Nõ oportet vt administreẽ balneũ neq; vina neq; tolereẽ sitis ⁊ declinet cib9 ad acetosa: ⁊ de illis q̃bus fit ex ea euasio est administratio tyriace ⁊ mytridati ante eam cum reliquo regimine bono.

¶ Et de medicamine facto ex aloe ⁊ croco et mirrha sumaẽ oĩ die circa. ℥. j. qm̃ est iuuatiuum.

¶ De variolis.

¶ Cũq; accidit in sanguine ebullitio ſm semitam putredinis cuiusdã de genere ebullitionũ que accidunt succis: ⁊ hoc est cui9 cã est res quasi naturalis quare

putrefit ab eo illud quod admiscet ei de reliquijs nutrimēti sui mēstrualis qđ est in impregnatione.
¶ Et quādoq; generatur in eo post illud ex cibis feculētis ⁊ malis ⁊ faciūt ebullire sanguinē: sicut illud quod natura efficit in succo vue ita ꝙ rectificat ipm faciendo vinū simili substantie ⁊ iam putruit spuma aerea ⁊ fex terrena.
¶ Et de hoc est cuius causa est res adueniēs extrinsecus ebullire faciens occulta: sicut accidit apud alterationem tēporis ⁊ ꝓprie in vere ab eo ꝙ pertinet ei de qualitatibus ⁊ ordine.
¶ Et variole quidē ⁊ morbillus sunt de genere egritudinum aduenientium.
¶ Et corpus quidē preparatū variolis est calidum ⁊ humidū ⁊ cōturbate humiditatis ꝓprie quod parum extrahit de sanguine per flobothomiam.
¶ Et variole quidē sunt quasi modus quidā crisis.
¶ Et plurimum quidem accidunt variole infantibus postea iuuenibus et minoratur iu senibus: nisi ꝓpter causas fortes.
¶ Et earum euentus est in corporibus calidis ⁊ humidis plus q̄ in siccis: et in vere plus q̄ in hyeme et in fine autūni: ⁊ ꝓprie quādo precedit estas calida et sicca: ⁊ sic de autūno.
¶ Et variole non accidunt in cute solū: nec in eo qđ sequitur illud quod apparet: immo accidūt in oībus membris similiū partiū apparentibus ⁊ occultis: ita ꝙ velaminibus ⁊ neruis.
¶ Ponit ꝓcessum variolarum ex quo apparent vsq; quo recedant. ⁊ tu vide.
¶ Et virides quidē ⁊ violacee sunt male: ⁊ q̄to plus additur in nigredinem tāto est deterius.
¶ Et albe quidez sunt meliores ⁊ ꝓprie quando sunt pauci numeri magne quātitatis facilis exitus pauce angustie debilis febris.
¶ Ille q̄ continuant adinuicē ita ꝙ cōtinuant in fru

sto magno carnis habentes latera aut rotunde sunt male.
¶ Albe pue dure difficilis exit⁹ qñq͡ȝ in fine pducunt ad pditionē: qm̄ cā in eis est grossities materiei.
¶ Et de speciebus malarū timorosarū sunt q̄rum diuersificatur egressio: nam quādoq͡ȝ apparēt quādoq͡ȝ occultantur ꝛ ꝓprie quādo sunt violacee.
¶ Et vt sit febris deinde variole saluius est q̄ vt sint variole deinde febris.
¶ Et plurimuȝ quod oportet considerare est eius anhelitus ꝛ ipsius vox: nā ip̄a duo cum remanent bona est res salua: ꝛ cum videris anhelitū fetentē ꝛ silr̄ in morbillis estima casum virtutis.
¶ Et plurimū eorum qui moriūtur per variolas moriunt̄ prefocati ex squinātia. Et qñq͡ȝ moriunt̄ p casum virtutis ꝛ cū rasura ꝛ cum fluxu ventris.
¶ Et multotiēs quidē variolat̄ homo duab⁹ vicibus qñ scȝ aggregat̄ materia ad expellendū bis.
¶ Ponit multa signa variolarum. ꝛ tu vide.

¶ De morbillo.

¶ Scias q̄ morbillus om̄is est variola colerica ꝛ nō est differentia inter ea: nisi quia morbillus est colericus ꝛ minoris quātitatis ꝛ quasi ip̄e non ptrāsit cutē ꝛ nō est ei altitudo de qua curet̄ ꝛ ꝓprie in pricipio.
¶ Generatio variolarum est ꝓpter multitudineȝ sanguinis corrupti: ꝛ generatio morbilli ꝓpter vehementiam malitie sanguinis corrupti pauci.
¶ Morbillus ƒm plurimū egreditur subito ꝛ variole aliquid post aliquid.

¶ De curatione variolarū ꝛ morbilloꝝ.

¶ Opȝ in variolis vt incipiat̄ et extrahat̄ sanguis: ꝛ spacium illius est vsq͡ȝ ad quartum.
¶ Qñ ꝓcedūt variole nō oportet tūc vt administret̄ flobothomia nisi inueniatur vehementia repletionis et dominiuȝ materiei: tunc enim flobothometur quātitate que exiccet.

¶ Et conuenientius quidem q̄ in hac administratur egritudine est flobothomia.
¶ Si flobothomatur vena nasi fit iuuamentū fluxus sanguinis nariū ⁊ tuētur partes superiores a malitia variolaꝝ: ⁊ est facilis super infantes.
¶ Sit natura lenis in principio ⁊ fiat cum tamarindis: ⁊ si nō obedit addatur super eos syracost cū facilitate tamen ⁊ cautela.
¶ Cū pertrāsierit egritudo diē secundū: ⁊ incipiūt variole apparere: tūc fortasse erit infrigidatio causa erroris magni: immo oportet vt adiuuetur superfluitas in hmōi dispositione cū eis que faciūt ebullire ⁊ aperiunt opillationes sicut feniculū ⁊ apium.
¶ Et aqua ficuum est bona valde: ficus em̄ sunt vehemētis expulsionis ad exteriora: ⁊ illud est vna de causis euasionis a nocumento earum.
¶ Ad faciendum apparere variolas. ℞. ficuum citrinarum. ℥. vij. lentiū excorticatarum. ℥. iij. lacce. ℥. iij. draganti seminis feniculi ana. ℥. ij. decoquantur cum libra vna aque donec remaneat fere tertia pars: ⁊ detur in potu.
¶ Expellit enim hoc caliditatem a partibus cordis ⁊ ꝓhibet pulsum cordis.
¶ Et oportet vt nō approximēt ei in hac hora oleum aliquod omnino.
¶ Et fortasse flobothomia est mala ꝓpterea q̄ repulit ⁊ conuertit illud quod ꝓcedit: quare caueatur post duos dies vel tres: ⁊ quando incipiunt exire ⁊ non inuenitur cum exitu ipsaꝝ alleuiatio: immo inuenitur caliditas inflammata ⁊ lingua ad nigredinem declinis tunc caue ne calefacias.
¶ Et oportet vt tu alienes ab habentibus variolas ⁊ morbillū emplastrationē ventris.
¶ Ponit hic succum acetositatis citranguli: sicut in antidotario in sirupo de alchozi; et forte non reperies alibi.

¶ Et quando egrediuntur variole cum complemento ꝛ pertransit septimus ꝛ apparet in eo maturatio: tūc necesse est vt rūpātur cū acubus de auro ꝛ auferatur humiditas cū cotto. Salitio autē necessaria est ꝛ nō saliātur ante complementū maturationis ꝑpter dolorē: sed fiat postꝗ maturātur: ꝛ fiat cū aqua salis in qua sit virtus croci: ꝛ si est aqua rosata est melius.

¶ De conseruatione a nocumento variolarū ꝛ morbilli.

¶ Membra que oportet custodire a nocumento variolarum sunt guttur ꝛ oculus ꝛ partes superiorꝫ narium ꝛ pulmo ꝛ intestina.

¶ Et oleum de fisticis est de eis quo vtūtur mulieres in regione nostra post variolas ꝛ euentum nocumenti in oculo et eradicat caliginem si fuerit et rectificat oculum.

¶ Ponit remedia ad conseruationem predictorꝫ mēbrorum. ꝛ tu vide.

¶ De febribus apostematum.

¶ Sunt ꝯm plurimū de genere febriū diei cum apostemata ista scꝫ extrinseca ꝯm plurimū nō perueniāt ad cor nisi cū sua calefactione absqꝫ putredine sua: ꝛ plurimū quidē horꝫ est a causis primitiuis.

¶ Febres autem que sequuntur apostemata intrinseca fortasse nō fiunt ex applicatione calefactionis ad ad cor sine putredine.

¶ Et diuersificātur febres earꝫ in vehemētia ꝛ debilitate ꝯm ꝓpinquitatē cordis ꝛ longitudinem.

¶ Et non euacuantur iste febres a periodis ꝯm materias que effundūtur ad apostemata eorꝫ: vnicuiqꝫ em̄ humori periodus est qui cōuenit illi.

¶ Et iste quidē fe. quādo ꝓlongātur ducūt ad ethicā: ꝛ ꝓprie quādo apostemata sunt in epate.

¶ De dispositione febriū cōpositarum.

¶ Fiūt due tertiane in apparitione dispositionis ꝯm paroxismos flegmatice ꝛ tres quartane ī paroxismis

flegmatice: ꝛ qñqȝ cõponũtur tres de fe. tertianis.
¶ Non oportet vt medicus occupetur tota occupatione cum paroxismis: immo oportet vt occupetur cum accidentibus.
¶ Et turpe quidẽ est medico scienti significationes cuiusqȝ febris ꝛ accidẽtia eius vt nõ percipiat cõpositionem a primo die aut secundo.
¶ Et cõpositio febris ethice cum fe. putredinis est ex illis que valde ambigua sunt.
¶ Quandoqȝ cõponitur cũ emitriteo tertiana aliqua ꝛ flegmatica ꝛ melãcholica: ꝛ si est cum tertiana eradicatur tertiana et purus fit emitriteus: ꝛ si est cum flegmatica aut melãcholica eradicatur emitriteus ꝛ depuratur flegmatica vel melancholica.
¶ Quidam aũt estimauerũt ꝙ due cõtinue non componũtur sicut due tertiane: qm̃ quãdo materia est intra venas non est possibile vt diuersificetur illud in quo accidit putredo: putredo em̃ est res ꝓcedẽs in toto: ꝛ hec quidẽ sententia nõ est de illis que necessaria sunt ꝓculdubio apud me.

¶ De compositione febrium.

¶ Et species quidem cõpositionis febriũ sunt: scȝ intrans: coalternata: ꝛ cõmunicãs. Et intrans est vt ingrediatur vna eaꝝ super alterã: ꝛ coalternata est vt ingrediatur post eradicationem eius: ꝛ cõmunicans est vt incipiat cum ea.
¶ Cum videris febrẽ cõclusam ꝛ est in ea rigor ꝛ nõ sudor: ꝛ fortasse accidit in rigoribus pluribus sudor vnus tũc testifica cõpositionẽ: similiter etiã cũ videris in cõclusa superfluitatẽ in frigore extremitatũ et rigore: nam parũ de ambobus fortasse est in cõclusa.

¶ De emitriteo.

¶ Emitriteus est febris composita cum duabus febribus: quaꝝ vna est tertiana ꝛ altera est flegmatica: et fit in die vno paroxismus tertiane ꝛ quotidiane simul aut ẜm semitã coalternationis aut cõmunitatis aut

introitus. ⁊ prima est difficilior ad cognoscendum: deinde secunda.
¶ Ponunt emitriteũ purum ex tertiana extrinseca ⁊ flegmatica intrinseca: ⁊ illam que est preter eam nominant nõ purã: ⁊ nõ est illud de illis in quibus super flua occupatio sit habenda.
¶ Et quomodocũq3 sit materia flegmatice ponit paroxismos colerice lõgiores ⁊ tardioris crisis: ⁊ materia colerice ponit paroxismos flegmatice ecõtrario.
¶ Et fortasse extẽditur emitriteus longo tempore: sc3 vsq3 ad septẽ menses ⁊ supra.
¶ Et quandoq3 est emitriteus de febribus magis interficientibus: qm̃ perducit ad ethicã ⁊ egritudines cronicas difficiles.
¶ Et ex hac quidẽ que est emitriteus corpus nõ mundificatur integre.
¶ Urina est tarde digestionis et vomitus et egestio permixta sunt ex co. ⁊ flegmate.
¶ Necessariũ est in emitriteo vt vehementẽ habeas solicitudinẽ in euacuãdo materiã ꝑm species euacuationis ex solutione ventris ⁊ vomitu ⁊c. plus q̃ per vehementiã que est per extinctiua.
¶ Et ꝓuocatio oportet vt fiat cum eis in quibus est equalitas: ⁊ cũ festinatur in potãdo decoctionis ante digestionem timetur sirzen.
¶ Absinthiũ iuuat ad rectificandum materiã ⁊ maturandũ ipam ⁊ succurrendũ nocumẽtis eius post septẽ et apparitionẽ digestionis: ⁊ cũ festinatur cũ eo mouet humores ⁊ nõ euacuat eos.
¶ Cum sumitur sc3 ante facit accidere angustiam et tristitiam ⁊ nauseam: deinde reuertitur super eos cum sua caliditate ⁊ exiccat eos ⁊ cum sua stipticitate facit eos pigros.
¶ Ponit de eo qui cõtradicit Galieno: qr Galienus dabat in cura emitritei aquam hordei cum pipere: et reprehendit eum.

¶ Canon datus in adiutorio nature quãdo preparatur ad resistẽdũ hmõi materiebus est cũ medicinis compositis ex infrigidãtibus ⁊ calefaciẽtibus vt discernat natura inter duas ꝟtutes quare occupatur infrigidatiuũ cum febre ⁊ partibus cordis ⁊ calefactiuũ cuz materia: ⁊ quis est qui curet emitriteum absq3 hoc si natura nõ est fortis ad discernẽdum: tunc nõ prodest curatio quocũq3 modo fiat.

¶ Possibile est ꝙ piper infrigidetur minoratione sui ad hoc vt frangatur eius calefactio: ⁊ non abbreuietur eius subtiliatio a subtiliatione apij plurimi.

¶ Recidiuatio.

¶ Recidiuatio est deterior sua radice: ⁊ consiliũ quidem est vt in ea non fiat inceptio ad curãdum donec manifestus sit motus egritudinis: nam ſm plurimuz est seua.

¶ Fen scḋa. De crisi ⁊ iudicijs eius.



Crisis intentio est separatio in locutionibus ⁊ ipsius expositio est alteratio q̃ fit subito aut ad lat⁹ sanitatis aut ad latus egritudinis: et habet significationes quibus ꝑuenit medicus ad id quod fit in ea.

¶ Egritudo corpori est sicut inimicus exterior ciuitati ⁊ natura sicut dominus conseruãs eam inter quos ambos cucurrerũt rixe leues de quibus nõ curatur et iã vehemens fit inter vtrosq3 pugna. Deinde fit separatio in tp̃e nõ sensate q̃titatis ⁊ quasi in momento vno aut vincat dñs exteriorem inimicũ: aut vincat inimicus exterior regem.

¶ Et victoria quidẽ aut erit cõpleta in qua dominus vincit superuenientez ⁊ fugat ipsum: ita vt quiescat ciuitas ⁊ vicini ⁊ affines eius: aut nõ cõpleta in qua erit superatio non prohibens reditum ⁊ reuersionẽ: ita accidat pugna vice alia vel vicib⁹ pluribus: et lz fugat eũ a ciuitate nõ potest fugare a finibus eius.

¶Similiter virtus que venit cum crisi bona aut expellit materiam ledētem a fundamento corporis qđ est cor et membra principalia ⁊ a finibus eius q̄ sunt extremitates aut expellit eam a fundamēto: sed non potest expellere eam ab extremitatibus immo peruenit ad eas et noīatur crisis pmutationis.
¶Et om̄is egritudo que remouetur: aut remouetur ſm semitā crisis: aut ſm semitam arefactionis: et est vt resoluatur paulatim.
¶Et melior quidem crisis est completa habens accidentia salua ꝙ aliquis dierum crisis iudicat casuraȝ esse in die crisis laudabilis.
¶Et omnis quidem crisis aut est laudabilis aut mala: et vnaqueqȝ aut est completa aut diminuta. Et cōpleta quidem aut est ita ꝙ natura expellit materiam expulsione totali aut cum pmutatione.
¶Et de crisi quidē diminuta est quedam aliquando quam sequitur: in bona quidem resolutio: et in mala arefactio.
¶Dies autem crisis complete expectatur in egritudinibus materierum subtiliū calidarum virtute existente forti: et crisis permutationis expectatur vbi est virtus debilior.
¶Et scias ꝙ mucus et sanies auris et lippa ⁊ lachrima sunt de crisibus egritudinū capitis.
¶Et acutior quidē crisium ⁊ ꝓpinquior ad sepationē est fluxus sanguinis nariū: qm̄ cōseqtur expulsionē materiei in vice vna: deinde fluxus vētris: postea vomitus: deinde vrina: postea sudor: postea exiture q̄ sunt de genere crisis permutationis.
¶Et cōpleta quidem crisis fit apud statum ⁊ fortasse aduenit cum incipit declinatio.
¶Scias ꝙ motus crisis cum accidit in diebus et horis quibus currit cōsuetudo nature ad impregnāduȝ egritudinem eligēdo horam cum auxilio dei sunt in quibus habetur fiducia. Si autem accidit pugna et

inquietudo egritudine excitāte eā significat vehemē tiā oppssionis egritudinis ꝛ pmutatiōis materiei.
¶ Si egritudo fuerit fraudulenta tunc non speratur ꝙ crisis sit bona: ꝛ si egritudo fuerit salua sperat ꝙ crisis sit bona seu salua.
¶ Nam accidentibus animalibus inest introitus in motione crisis ꝛ in alteratione partis eius.
¶ Et scias ꝙ crisis nō cadit in die ꝛ hora quietis: nec in hora tepozis nisi raro et parum: et primum ambo- rū est minus: ꝛ Archigenes non vidit ipm in diebus suis nisi bis: et Galienus semel.
¶ Et melior quidem crisis est illa que fit in hora sta- tus: ī ea vo que ipm añcedit non est fiducia immo est aut diminuta aut multa cōpressiua. In principio aūt nunꝙ fit crisis nisi pniciosa. In declinatiōe vo nūꝙ fit crisis: qualiter vo eueniat in ipsa mors aut dispo- sitio q̄ nō est bone crisis post dicemus.
¶ Et scias ꝙ crisis in egritudinibus saluis postponi tur et in mortiferis antecedit.
¶ Resolutionem autem liberantem et arefactionem mordicantem nō antecedunt accidētia timorosa ne- ꝙ euacuationes sensibiles.
¶ Et scias ꝙ species alterationis egritudinis sunt sex. egritudo eñ aut alteratur ad sanitatē subito: aut ad mortē subito: aut ad salutē paulatim: aut ad mor tem paulatim: aut aggregantur in ea vtreꝙ res ꝛ cō uertitur ad salutem: aut aggregātur in ea vtreꝙ res et cōuertitur ad mortem.

¶ Sermo vl'is de signis crisis.

¶ Ponit multa signa et accidentia significantia cri- sim. et tu vide.
¶ Et fluxus quidem sanguinis narium quandoꝙ cō- sumit materiam egritudinum furiosarum ꝛ fit sani- tas statim.
¶ Et pgnās q̄dē multotiēs hꝫ crisim suaꝫ cū aborsu.
¶ Et scias ꝙ non quotiensc̄ūꝙ existunt signa crisis

faciunt necessario crisim bonam aut malā: immo quā doq3 nō sequitur ea crisis oīno in illa hora licet proculdubio sequatur illa alia hora quam in illa in qua continuantur signa.
¶ Signorū quedā sunt signa tm̄ sicut dolor capitis: quedam sunt signa ꝛ ps crisis sicut nausea.
¶ Et cum apparent signa crisis ꝛ non fit crisis tunc aut est ſm qd̄ dixit Hipocrates significatio mortis aut difficultas crisis.
¶ Et scias ꝙ significationes bonitatis crisis sunt significantes victoriam nature ꝛ nō fallit hoc: ꝛ significationes malitie eius ꝛ ipsius diminutiōis significat iurgium ꝛ duellum qd̄ currit inter naturā ꝛ morbum: et nō est possibile tibi vt ex toto iudices ꝙ natura vincit proculdubio nisi multiplicentur vel augmētētur et magnificētur.
¶ O quāta timorosa signa vidim⁹ de profunditate somni ꝛ casu pulsus ꝛ abscisiōe sudoris ꝑducētia post horas ad crisim completā ꝛ bonā: qm̄ natura iaz cessauerat ab omnibus operatiōibus suis ꝛ tota occupata erat in egritudine: postea redit tota et vincit eaz.
¶ Scias ꝙ exuberatio signorum crisis ſm continuitatem in duobus diebus continuis sc3 tertio ꝛ quarto significat velocitatem crisis.
¶ Et siccitas corpis ꝛ ei⁹ offuscatio qualis est in senibus in dieb⁹ egritudinis significat tarditatē crisis.
¶ Et egritudines sicce valde aut sunt mortifere aut tarde crisis.
¶ Et ad summū oīs aggregatio ad expellendū materiā natura exn̄te forti nō caret manifestatōe pulsus.

¶ Signa motus materiei ad supiora.

¶ Et scias ꝙ egritudines ꝛ accidētia fortia fiūt ī nocte qm̄ natura occupatur in digerēdo materiam.

¶ De signis declinatiōis materiei ad sudorē.

¶ Et ad sūmū fe. incēsiue cū nō terminanť fluxu sanguinis nariū terminanť sudore ꝛ an̄cedit ipm rigor.

¶Signa crisis cum permutatione.

¶Scias q̄ oēs permutationes ⁊ exiture fiunt in frigore ⁊ tpe eius ⁊ in etate senectutis plurimū: in primo quidē qm̄ frigus est retinēs ⁊ cōstringēs: in secundo xͦo qm̄ virtus deficit ab expulsione cōpleta.

¶Permutationis sunt due cause. vna est in materia ⁊ est vt non sit suscipiēs expulsionē vniuersalē ꝓpter sui grossitiē s̄m plurimū ⁊ multitudinē sui s̄m minus. ⁊ scd̄a est virtus ⁊ est vt non sit fortis valde nec debilis: iterū pigra vt non expellat a principalibus: ⁊ hee due cause sunt principia senectutis.

¶Signa permutationis ad aliā egritudinē.

¶Cum videris egritudinē acutā fieri fortē apud declinationē: tūc scias q̄ ipa tendit ad cronicam.

¶Signa crisis q̄ erit cū exitura.

¶Si febres fuerint incipiētes cū rigore ⁊ desinētes cum sudore: raro fiet in eis exitura sicut in tertiana ⁊ quartana: qm̄ rigor rediens euacuat sua expulsione omni die materiā plurimam.

¶Et peripleumonia multotiens crisim facit cū exituris iuncturarum.

¶Judicia de h̄mōi exituris.

¶Et quodcunq̄ horum apostematum est leue cedēs manui cū superponitur est minoris malitie q̄ durum acutū: verūtamen est tardius: qm̄ est frigidius: ⁊ eius quidem materia non minoratur nisi quia ei non associatur dolor magnus.

¶Exiture meliores ⁊ longinquiores ad hoc vt sequatur eas recidiuatio sunt que aperiuntur sicut ille que de eis remanent sunt magis significatiue recidiuationis.

¶Signa casus rigoris.

¶Nam in febribus acutis incensiuis rigorem antecedit sudor.

¶Signa crisis bone.

¶Ponit sex cōditiones in crisi bona. prima vt sit cō

pleta. secunda vt sit indicata. tertia vt sit cum euacuatione ad extra ꝛ non cum extitura. quarta vt fiat euacuatio humoris peccãtis. quinta vt sit in die cretica. sexta vt sit facilis tolerantia.

¶ Et scias ꝙ signa mala cũ aggregãtur ꝛ est dies creticus: tũc spes est verior ꝛ fortior ꝙ vt sit econtrario.

¶ Et scias ꝙ infirmus bonoꝝ humoꝝ cum egrotat ꝛ apparet digestio in vrina in primis tũc sis securus.

¶ Signa crisis male.

¶ Non decipiaris in euacuatione multa ante statũ ꝛ digestionem: nam illud est ꝑpter multitudinẽ ꝛ est expulsio absq3 regimine sicut leuitas quã inuenit eger absq3 euacuatione manifesta vel apparente nõ est ex eis in quibus est habẽda fiducia: nam illa quies materiei nõ est ꝑpter bonitatẽ: immo multotiẽs digeritur ꝛ natura fit pigra ad expellendũ eam.

¶ Signa digestionis ꝛ iudicia.

¶ Et priuatio digestionis in substãtia magis nocibilis est ꝙ̃ in colore. In substãtia em̃ preparatur materia ad difficilẽ expulsionis ꝛ facilitatẽ eius.

¶ Et quando apparẽt signa digestionis in principio egritudinis tũc egritudo est salua: neq3 est ambiguitas in ea: ꝛ si tardatur nõ oportet vt sit semper cum timore: fortasse em̃ est longa ꝛ nõ est in ea timor: ꝛ est necessariũ vt sit longa.

¶ Et quotiens est crisis bona tunc iam digestio facta est: sed non quotiẽs digerit est crisis: immo quãdoq3 cõsumitur egritudo cũ resolutione.

¶ Et scias ꝙ nõ fit febris sublimatio cum apparitione digestionis: sicut nõ fit cũ digestione apostematis dolor vehemens.

¶ Et quãdo tardatur digestio ꝛ vides accidentia bona ꝛ virtutẽ fixã tunc expecta eam.

¶ Iudicia signoꝝ malorum.

¶ Scias ꝙ signa mala que sunt in summo malitie iudicant mortem: ꝙ si virtus fuerit fortis prolongatur

egritudo: deinde interficit, et si fuerit debilis interficit sine prolongatione.
¶ Et multotiens quidã apparent signa mortifera in diebus malis: deinde accidit crisis bona et fit sanitas.
¶ Et oportet vt cõfidas in signis bonis apud statũ et timeas mortalia cũ incipiunt et nõ iudices per ea iterum dum nõ vides virtutẽ cadere. Casus eñi virtutis solus est signum malum.
¶ Cum forma viui est sicut forma mortui: non ppter vigiliam neqꝫ ppter famẽ neqꝫ ppter euacuationẽ: tunc est signum malum.
¶ Et scias ꝙ quãdo infirmãtur sani pauce infirmitatis. i. qui tarde infirmãtur significat timorem.
¶ Signa mala ex membris anhelitus.
¶ Et illorum qui morti presentes fiunt ventres crescunt et consequentes fiunt eorum anhelitus et anhelant alte.
¶ Signa sumpta ex parte extremitatum.
¶ Et offuscatio digitoꝝ manuũ et pedũ et vnguium eorum est signum mortale.
¶ Rubedo extremitatũ et eaꝝ alteratio vel grauitas subito est magis perniciosum ꝙ eoꝝ offuscatio: si aũt inuenitur grauitas tũc est ppinquũ: quoniã grauitas significat debilitatẽ virtutis aĩalis: et offuscatio significat caliditatis innate: et rubedo significat corruptionem et dominiũ humoꝝ diuersorum.
¶ Et nigredo melior est ꝙ offuscatio et rubedo.
¶ Signa sumpta ex doloribus.
¶ Cum est in aliquo membroꝝ dolor vehemens et sedatur subito quiete completa absqꝫ causa scꝫ manifesta: tũc illud est malum.
¶ Signa sumpta ex parte sudoris.
¶ Scias ꝙ in cõualescẽtia multiplicatur sudor eius propter reliquias materierũ quare non est malũ paruam facere minutionem.
¶ Signa sumpta ex parte pulsus.

¶ Et scias quod plurimorum hominum pulsus naturales sunt diuersi mali absque egritudine quare oportet vt scias hoc iterum.

¶ Significationes sumpte ex fluxu sanguinis narium.

¶ Et fluxus sanguinis narium qui cadit in quarto significat difficultatē crisis: immo bonus est ille qui cadit in imparibus.

¶ Signa sumpta ex egestione.

¶ Diuersitas coloris eius quod egreditur de egestione est laudabilis in duabus horis nō alibi scz post digestionē in die cretico et post potionem solutiuā pertranseuntem fortem.

¶ Judicia vomitus.

¶ Et quanto plus vomitus est purior tanto est deterior. Colericus enim purus significat vehementiā caloris et flegma purū significat frigoris.

¶ Judicia vrine.

¶ Et quādoque est vrina in egritudinibus pestilentialibus bona naturalis in substantia sua et colore et sedimine: et ille cuius est tendit ad mortem.

¶ Signa sumpta ex colore in vrina nigra et febribus acutis.

¶ Scias quod non verificatur iudiciū penitus de morte ꝓpter nigredinē vrine in egritudinibus acutis: licet in seipso sit signū malū: et quamuis iterum associentur ei signa mala alia cū vides virtutē in ea fortem et est potēs facere euacuationes diuersas ex omni genere succedit ei quies sicut mulieribus in menstruis.

¶ Signa longitudinis egritudinis.

¶ Paruitas enim aperitionis sediminis significat longitudinem egritudinis.

¶ Pollutio in principio egritudinis significat longitudinem eius.

¶ Judicia recidiuationis.

¶ Deterior recidiuatio est illa que est velocior et cum

virtute debiliori.
¶ Et cũ euenit recidiuatio errore regiminis saluior est ꝙ vt eueniat per se.
¶ Et reliquie que remanẽt post crisim attrahũt reci-diuationem cito nisi succurratur.
¶ Et recidiuatio vehemẽtior est radice: qm̃ malitia est vehemẽs ⁊ stans et virtus est debilis.
¶ Signa recidiuationis.
¶ Si fuerit q̇es ei⁹ sine crisi oĩno nõ est excusatio re cidiuatiõis ⁊ ꝓprie si crisis fuerit cũ eis q̃ sunt sicut variole icteritia scabies ⁊ ea q̃ sunt in cute.
¶ Et vrina quando in ea remanet tinctura plurima citrinitatis aut rubedinis ⁊c. aut est ex illis in quib⁹ non pẽdet sedimen: ⁊ ꝓrsus quãdo vrina infirmi nõ similatur vrine eius naturali.
¶ Cause mortis.
¶ Mors aut fit propter causam qua corrumpit᷑ cor-dis cõplexio: aut propter causam qua resoluitur vir-tus quare extinguitur.
¶ Et causa prie aut ẽ dolor vehemẽs: aut q̃litas sup-flua de notis: aut qualitas venenosa: aut retẽtio mate riei anhelit⁹. Et ꝓpter hoc opꝫ ne dimittant᷑ resupi-ni et ne dimittantur guttura eoꝝ desiccari.
¶ Species mortis que accidunt in horis febrium.
¶ Mors facta in declinatiõe est pauca et rara ⁊ plu-rimũ eius est in declinatione ꝑticulari.
¶ Pulsus in declinatiõe vera confortatur ⁊ in falsa mollificatur: ⁊ in vera equatur ⁊ in falsa diuersifica-tur et egreditur ab ordine.
¶ In declinatione ꝟo totali non moritur aliquis nisi propter causas laboriosas deforis que superueniunt infirmo.
¶ Et scias ꝙ causon et sibi similes attrahũt mortem apud statũ paroxismi: ⁊ flegmatica attrahit mortem in principio paroxismi: ⁊ ad summuꝫ vnaqueqꝫ attrahit

mortē in hora qua fit vehementior sup infirmū plus siue sit incipiēs siue in augmēto siue in statu.

¶ Cibatio conualescentis.

¶ Oportet vt sit cibus eius in qualitate boni chimi facilis digestionis ꝛ nec toleret famē nec sitim: ꝛ fortasse est necessariū vt declinet qualitas ad cōtrarium cōplexionis egritudinis pterite ad cautelam.

¶ Et scias ꝙ cibi humidi fluidi currētes velociꝰ nutriūt ꝛ minus sunt audaces.i.nocēt: ꝛ grossus et grauis est ecōtrario siue sit cibus siue potus.

¶ De diebus crisis.

¶ De hominibus sunt qui dicunt ꝙ principium egritudinis est extremitas hore in qua sentit eger vestigium egritudinis: ꝛ de eis sunt qui dicunt nō: immo extremitas hore in qua seipm proijcit ꝛ apparet ī eo nocumentum operationis.

¶ Et fortius est vt cōsideret hora īceptionis ipsius febris: ꝛ illic est iam aperitio exiēs a dispositione naturali a complexione manifesta.

¶ Inceptio xo doloris capitis ꝛ cōfractiōis ꝛ ꝙ decūbit in lecto cōsiderationē nō hꝫ nec eis est vtendū: fortasse eīm infirmꝰ nō decūbit: ꝛ iā incepit febris.

¶ Et si mulier pepit deinde accidat ei fe. tunc si non computet ex febre sed ex partu est error.

¶ De causa dierū crisis ꝛ periodoꝝ eius.

¶ Sunt ergo ista tēpora scilꝫ diuersitatis in dispositione lune tempora faciētia necessaria vt appareant in eis diuersitates magne: et sunt dies periodoꝝ vel circuituum paruorum.

¶ Et quando incipit tēpus scꝫ egritudinis ꝛ materia est bona: tūc apparet apud statū eius alteratio manifesta tendens ad bonitatē: ꝛ si incipit tēpus ꝛ fuerint dispositiones corrupte est alteratio apparēs apud cōplementum temporis fm corruptionem.

¶ Crises xo egritudinū que in tēporibus procedunt et vltra mensem numerant ex sole: ꝛ in hac quidē cō

mēsuratione ⁊ experiētia est ambiguitas.
¶Et medico quidem non interest nisi vt cognoscat quid egreditur cum crisibus pluribus: ⁊ nō pertinet ei vt sciat que sit causa eius cum declaratio illius cause extrahit eum ad artem aliam.
¶Oportet vt sit sermo de diebus crisis sermo quē loquitur ẜm semitam experientie aut ẜm viam positionis et auxiomatum.
¶Et reuolutiones quidē bone radicales sunt tres.s. reuolutio q̃rtanoꝝ ⁊ septenorū ⁊ decenoꝝ: ⁊ hec est magis cōpleta q̄ oēs: q̄dragesim⁹ eñ ⁊ sexagesim⁹ ⁊ lxxx.sunt dies crisis in quib⁹ nō cadit fractio.
¶Cum igit̃ eger in egritudine cronica petransit.xx. tunc attende septenos.
¶Et scias q̄ de egritudinibus sunt q̃rū crisis est in vij.mēsibus: imo in.vij.ānis ⁊.xiiij.ānis ⁊.xxi. anno.
¶Et scias q̄ in die bone crisis quādo apparēt signa mala: tunc illud est deterius ⁊ significat mortem plurimū: sicut si accidat in septimo aut.xiiij.

¶De proportionalitatibus dierū crisis.

¶Dies vndecim⁹ in egritudinib⁹ in q̄b⁹ egritudo fit in imparib⁹: vt tertiana ē fortis valde ⁊ fortior.xiiij.
¶Scias q̄ egritudines q̄ paroxismū faciūt in imparib⁹ sunt velocioris crisis ⁊ in paribus tardioris.

¶De virtute dierū cadentiū in medio.

¶Tertius dies non abbreuiat̃ a quarto qui est radix manifesta abbreuiatione.

¶Fen tertia quarti. Sermo de apostematib⁹.


Et apostema quidē factū ex sanguine laudabili grosso est flegmon quod accipit carnem ⁊ cutem simul et est cum pulsatione: et a subtili flegmon quod accipit cutem solā est spina: ⁊ sine pulsatione.
¶At ꝟo a sanguine grosso siue subtili malo sunt species exiturarū malarū: vt herisipila ignis ꝑsicus ⁊c.

Et euenit ei cōbustio ⁊ crusta ⁊ est deterior.
¶ Et quādo multiplicat materia apostematis calidi et magnificatur apostema: tūc est de summa apostematum acaumatum mortificantium.
¶ Et iste species male ⁊ que eis similātur: multiplicantur in aere pestilentie ⁊ nō semper fit a magnitudine apostematis ⁊ a multitudie materiei: imo qn̄qꝫ fit a malignitate materiei.
¶ Et scias ꝙ apostemata parū fiūt singularia pura: sed plura eorum sunt composita.
¶ Omne apostema in exteriorib⁹ cum quo nō est pulsatio non facit saniem.
¶ De flgmone.
¶ Et scias ꝙ nomen flegmonis in lingua grecorum est absolutuꝫ super omne qđ est inflāmatum: deinde dicitur de omni apostemate calido.
¶ Cura flegmonis.
¶ Parum contingit vt flegmon sit simplex: sed ꝑm plurimum ei associatur herisipila aut durities aut furiositas.
¶ Cum inueniꝰ corporis repletionē: tunc oportet vt non tangatur apostema cum mollificatiuis: quoniaꝫ attrahetur ad ipsum supra.i.plus ꝙ̄ illud quod resoluetur: immo oportet vt euacuetur materia per flobothomiam aut ventris solutionem.
¶ Et licꝫ membrum nō sit multaruꝫ superfluitatum: tamē in mēbro quādoqꝫ aduenit quod ipsuꝫ debilitat quare attrahūtur ad ipsum materie corporis: licꝫ nō sint materie superfluitatis.
¶ Et incipe cum repercussiuis nisi in locis que cōditionauimus in libro primo.
¶ Super euacuatoria principaliū non est via ad repellendum ⁊ expellendum penitus.
¶ Et qn̄ cadit supfluitas in infrigidatiōe fortasse ꝓducit ad corruptionēꝫ mēbri ⁊ hu. cōstricti in apostemate ⁊ tēdit apostema ad viriditatē et nigredinem.

¶ Et caro minus indiget exiccatione quam neruus: quoniam neruus non redit ad suã complexionẽ cũ parua exiccatione: ⁊ caro minoris necessitatis vt exiccetur est que pauciores habet arterias.
¶ Apostema calidũ lineatur ex epithimatibus ⁊ emplastris cũ penna: quoniam digiti ledunt ipsum.

¶ De herisipila.

¶ Et rubedo herisipile per tactũ destruitur statim et albet locus causa subtilitatis materiei: deinde redit velociter: ⁊ nõ similiter est rubedo flegmonis.
¶ Apostema herisipile nõ fit nisi in eo quod apparet de cute ⁊ flegmon profundatur in carne etiã: ⁊ herisipila est pura ⁊ nõ est ita flegmon.
¶ Et herisipila attrahit se. vehemẽtius quam flegmon: nõ est igitur inflammatio eius minor illa flegmonis: immo plus.
¶ Plus accidit herisipila in facie ⁊ incipit a lepore nasi ⁊ augmẽtatur apostema ⁊ expãdit in facie tota.
¶ Oportet vt euacues corpus ab ea cũ solutiuo colere: ⁊ si indiges flobothomia flobothoma ⁊c.
¶ Et flobothomia quidẽ nõ multũ cõfert nisi quãdo est materia inter duas cutes: si autem profunda fuerit tunc eius iuuamentũ minoratur.
¶ Infrigidatio in herisipila est magis necessaria: quoniã flamma ⁊ dolor in ea est plus: ⁊ euacuatio in flegmone est magis necessaria: quoniam materia in ea est magis obediens ⁊ grossior.

¶ Formica miliaris.

¶ Formica est pustula vel pustule que egrediuntur ⁊ faciũt accidere apostema purũ ⁊ ambulant ⁊ fortasse vlcerant ⁊ forte resoluuntur ⁊ sentitur in omni sicut punctura formice.
¶ Et ad summũ omne apostema in cute ambulatiuũ quod latitudinẽ nõ habet est formica.
¶ Cum nõ incipis in ea cũ euacuatione humoris: immo medicaris vlcus cũ eo quod sanat redit ex alio loco

cum nocumento ⁊ non cessat humor facere corrosionem post corrosionem.
¶ Aqua casei cum scamonea iuuatiua est in euacuatione materiei formice.
¶ Herisipila enim corrosiua alienetur ab humectantibus: humectatio enim nõ est cõueniẽs vlceribus.
¶ Pruna ⁊ ignis persicus.
¶ Hec duo noĩa absolute sunt fortasse super omnem pustulã corrosiuã vesicantẽ adurentẽ facientẽ accidere escharã qualẽ facit accidere cõbustio ⁊ cauterium.
¶ Et quod ex his accidit in carne est velocioris resolutionis: ⁊ quod accidit neruis est fixius ⁊ tardioris resolutionis: ⁊ vnũquodq; eorum est de colera citrina adurẽte permixta melancholie: ⁊ ꝓpter illud accidit ambobus eschara nigra.
¶ Et est vt sit ignis persicus vehemẽtius colericus ⁊ pruna vehemẽtius melancholica.
¶ Et qñq; accidũt causa pestilẽtie ⁊ multotiẽs similãtur flegmoni ⁊ tendunt ad nigredinẽ in principio sui.
¶ Necessaria est flobothomia vt euacuetur sanguis colericus: ⁊ quãdo egritudo est timorosa tũc necessariũ est ipsam approximare sincopi.
¶ Et fortasse est necesse ⁊ ꝓprie in pruna facere scapellationẽ ꝓfundã vt egrediatur sanguis malus cõstrictus in ea qui est in materia veneni: ⁊ nõ fiat illud quãdo materia est decliuis ad coleram.
¶ Cura aũt localis est necessaria vt sit sicut cura herisipile: verũ nõ oportet vt sit lenimentũ vehemẽtis infrigidationis sicut in herisipila: qm̃ materia est ad grossitudinẽ decliuis: q2 nõ toleratur vt redeat parũ ex ea ad interiora: qm̃ materia est venenosa.
¶ Et non administrẽtur resolutiua in principio rei: nec apud quietem inflationis: quia adderetur in qualitate materiei.
¶ Oportet vt administres medicinas exiccatiuas in quibus est infrigidatio ⁊ resolutio quedam cũ expul-

sione: sicut emplastrum quod fit de arnoglossa ꝛ gallis ꝛ lentibus ꝛ pane plurimi furfuris: nā hic panis est subtilior in substantia sua.
¶ Et granata acetosa scindātur ꝛ decoquātur in aceto: deinde limantur: deinde terantur ꝛ ponātur super pannū ꝛ administrētur: ipm eni cōueniēs est in hora ꝛ eradicat hāc egritudinē in principio ꝛ statu.
¶ Oportet vt subuenias ei qđ continet locum ꝛ loca adustionis cum bolo armeno aceto ꝛ aqua ꝛ reliquis que infrigidant ꝛ repercutiunt.

¶ De estiomeno cācrena ꝛ excachilos.

¶ Mēbro accidit corruptio ꝛ putrefactio ꝑpter causam corrūpentē cōplexionē eius ꝛ spiritū naturalem qui est in ipso: aut ꝑpter aliquod ꝓhibēs eū peruenire ad ipm: aut ꝑpter vtrūq̧.
¶ Ea in quibus erratur faciūt similiter sicut erratur in effundendo oleum in vlceribus ꝓfundis quare putrefit caro.
¶ Cū fit corruptio in principio ꝛ nō corrūpit sensus eius cui est sensus nominātur cācrene: ꝛ cū ita confirmatū est vt destruat sensus eius cui est sensus ꝛ caro ꝛ qđ sequit eam vsq̧ ad os fit excachilos.
¶ Et qñq̧ cancrene fiūt excachilos nō ideo sunt via ad ipm: ꝛ totū hoc accidit in carne ꝛ in osse ꝛ in alijs. ꝛ cū eius corruptio incipit ambulare ꝛ apostemat qđ est in circuitu corrupti: ꝛ fortasse peruenit ad corruptionē: tūc dicitur totū accidēs estiomenus.
¶ De cancrenis quidē dū in principio perseuerat speratur ꝙ sanetur: cū aūt cōfirmatur corruptio in carne: tūc est necessariū accipere totū ipsius.
¶ Et cū apparet putrefactio non expellas cū incisione ꝛ cōsumptione: qm̄ magnificatur malum.
¶ Ponit in hoc capitulo diligentē curam cum medicinis appropriatis. ꝛ tu vide.

¶ De altohoin.

¶ Antiquissimi medicoꝝ appellabāt oīe apostema

existens in membris glādinose carnis aut alibi: ꝛ est apostema calidū perdēs perniciosum ꝑpter cōuersionem eius ad substantiā venenosam: ꝛ quādoqꝫ resudat sanguinē aut virus: ꝛ facit accidere vomitū ꝛ pulsum cordis ꝛ sincopim.
¶ Deterius eorum est illud qđ accidit fm plurimū in subascellis ꝛ inguinibus ꝛ post aurē ꝑpter vicinitatē eius ad mēbra que sunt vehemētius principalia.
¶ Et saluius altohoin mortaliū est illud qđ est rubeū deinde citrinū: ꝛ ex eo qđ ad nigredinē est decliue nō euadit aliquis.
¶ Et altohoin quidē multiplicatur in pestilentia ꝛ in regione pestilentiali.
¶ Euacuatio quidē cum flobothomia ꝛ cū eo qđ tolerat hora: aut qđ fit necessariū ex eis que ducūt humorem putrefactū est necessaria.
¶ Ponit ꝙ oportet deinde vt regatur cor cum defensione ꝛ fricatione intus ꝛ extra ꝛ rectificatione aeris sicut in pestilentia.
¶ Altohoin ꝟo ipsum ꝛ quod currit cursu eius curetur in principio cum eis que constringūt ꝛ infrigidāt cū spongia infusa in aqua ꝛ aceto aut oleo rosato vel mirto ꝛ similibus.
¶ In statu ꝟo curetur cū scapellationibus si possibile est ꝛ fiat vt currat quod est in ipo ꝛ nō dimittatur vt brunū fiat: qm̄ additur venenositas eius.
¶ Et si indiget vētosis sugētibus cū subtilitate fiat.
¶ Et quādo est illic febris tardabis cū infrigidatione ne reducas cū ea materiam retro.

¶ De exituris calidis.

¶ Et quāto plus exitura est vehementioris eleuationis ꝛ acutioris capitis ꝛ rubedinis tanto est maioris caliditatis ꝛ velocioris maturationis ꝛ resolutionis aut eruptionis.
¶ Et laudabilior eius eruptio est ad ventriculum proprium membro cui est via currens ad exteriora; sicut

exitura stomachi: vt enim erumpatur ad interiora eius melius est quam vt rumpatur ad exteriora: scz ad myrach.
¶ Et non est omne membrum conueniens ad hoc: vt eueniat in ipso exitura: in iuncturis enim minoratur egressio eius.
¶ Et deterior exiturarum et malignior earum est que egreditur super extremitates plerumque neruorum.

¶ Significatio quod apostema fit exitura.

¶ Cumque videris pulsationem plurimam aut duritiem prolongatam et caliditatem: tunc existima quod apostema est in via vt fiat exitura.

¶ Signa maturationis.

¶ Cum videris lenitatem quandam et sedationem doloris: tunc scias quod est in via maturationis.

¶ Judicia saniei.

¶ Sanies laudabilis est illa que est alba lenis et cui non est odor horribilis et in qua non est operata nisi caliditas innata: licz non sit excusatio a communitate extranee caliditatis.
¶ Sanies mala et fetida est significans putrefactionem que est contraria maturationi: et significat dominium caliditatis extranee.

¶ Significatio exiture intrinsece.

¶ Non fiunt dolores isti in principio vehementiores: et quanto plus appropinquat status minorantur.
¶ Et quando fit materia sanies quiescit febris et calefactio fortis et inflatio: quare quiescit febris eueniens per communitatem cordis.

¶ Significatio maturationis intrinsece.

¶ Cum quiescunt accidentia que sunt ex febre et horripilatione et doloris sedatione completa: et remanet grauitas: tunc scias quod sanies iam confirmata est et maturatio adest.

¶ Curationes exiturarum.

¶ Et non oportz vt approximet perforato et secto aquam nec oleum nec aliquid in quo sit pinguedo.

¶ Regimē maturationis ⁊ ad faciēdū pus.

¶ Medicinarum maturatiuarum caliditas oportet vt proxima sit caliditati corporis ⁊ sit in eis inuiscatio quedam.

¶ Ponit multas et varias medicinas ad hoc. et tu vide.

¶ Regimen exiturarum aperiendarū quando mature sunt.

¶ Ponit multos modos pforationis mēbroꝝ ſm formam ⁊ villos. et tu vide.

¶ Si aūt sperať vt rūpať p se nō pforabimus: sit'r si speram⁹ p medicinas facientes eruptionem.

¶ De eruptionibus exterioribus.

¶ Exituras quidē saluas in quibus nō est multa malitia aperit aqua calida et erūpit eas: sed putrefacte leduntur ex hoc vehemēter propter illud quod attrahitur de materia in eis.

¶ Et cū vides ipsam exituram quā aqua calida rectificat cōfide tunc de bonitate eius.

¶ Ponit multas ⁊ pulchras medicinas eruptionis apostematū apparentium. ⁊ tu vide.

¶ Et qn̄ nō cōferūt medicine sicut p̄diximus necessarium est pforare aut cauterizare.

¶ De ademenul.

¶ Plurimū ademenul. i. furūculoꝝ fit ex malitia digestionis et ex motib⁹ sup repletionē et que currunt cursu eius et deteriores sunt pfundiores.

¶ Et nō opꝫ vt sit negligentia in curatiōe ademenul qm̄ multotiens cōuertiť ad exiturā magnam.

¶ De apostematibus frigidis.

¶ Hūores frigidi ⁊ q̄ currūt cursu eoꝝ in corpe sunt flegma ⁊ melācholia ⁊ ventositas et cōpositū cū eis.

¶ De apostemate molli qđ nominať vndimia.

¶ Est apostema album molle in quo nō est caliditas ⁊ digitus faciliter penetrat in eo quod comprimit et plurimum eius est a vapore flegmatis ⁊ est de gene-

re eleuationis.
¶ Euacuatio q̄ fit cū solutiōe vētris et abstinētia ab eo qd̄ generat flegma est res necessaria.
¶ Et oportet vt fricet locus cum mantili fricatione dura: deinde administrātur sup ipm exiccatiua et nō oportet vt contangat ipm aqua.
¶ De illis q̄ bona est: est spōgia noua infusa in aceto cōmixto: aut in aqua baurach et cineris: in substātia em̄ spongie sunt exiccatio et resolutio.
¶ Quādoq3 loco spongie applicat pānus duplicat9 in duabus tunicis infusus &c.
¶ Et strictura cū ligamentis cōfert ei in qua non est materia grossa. Et op3 in illa ligatura vt sit inceptio ab inferiori ad superius.
¶ De nodis.
¶ Nodi sunt dubellet flegmatice comp̄hendētes humores flegmaticos aut generatos ex flegmate q̄ sūt facti sicut caro aut pus aut mel et p̄prie que eueniūt in curuaturis iuncturarum.
¶ Et cum pforat oportet vt auferat chistis complemento sui: et si nō cū aliquo saltē cū vncinis: qm̄ qn̄ dimittit et si minimū sit de eo redit.
¶ Multi de habētibus nodos nō tolerāt excoriationem nec medicinas acutas: nec sufferūt nisi pforationē. op3 igit vt pforentur nodi eorū et extrahatur qd̄ egreditur ab eis: et neq3 presumas de chisti immo pone in eo omni die oleum cum butyro tepidum: nā chistis putrefiet et egredietur p se.
¶ Glandulas autē et q̄ siles sunt aut silia si fuerīt in manu et pede et in loco iuncto cū neruis et chordis tūc non presumas ipsas extrahere: quonia3 facit cadere in spasmum: immo ipsum contere et constringe super ipm cui sit grauitas nec maturet eum.
¶ De scrophulis.
¶ Scrophule similātur nodis sed differunt ab eis in hoc q̄ non sunt separate sicut nodi immo sunt suspē

se cum carne.
¶ Non noĩantur scrophule nisi ꝓpterea ꝙ multũ accidũt porcis ꝓpter gulositatem eorũ.
¶ Saluiores scrophule sunt q̃ accidũt infantibus et grauiores earũ sunt q̃ accidunt in iuuenibus.
¶ Radix sup̱ qua est fiducia in curatione habẽtium scrophulas est euacuatio flegmatis grossi ⁊ subtiliatio regiminis: ⁊ de euacuatiõe laudabili est vomitus.
¶ Oportet vt p̃paratus ad eas non prosternat se sup̱ faciẽ nec incuruet se super genua prolixe nec habeat puluinar planum ⁊ deuitet capitis plurimã lotionẽ.
¶ Et ventosatio est inconueniens facientibus scrophulas ſm plurimum: et illud ideo quoniam non est possibile vt euacuet ex materia scrophularum immo attrahit ad eas ⁊ ingrossat eas per illud quod extrahit de sanguine subtili.
¶ Ponit ꝙ medici cyrurgici appellant̃ plagarij.
¶ Homo quidam errauit qui perforauit quasdã pustulas et obuiauit ramo neruorum reuersiuorũ: quare destructa est vox.

¶ De apostematibus duris de sephiros.

¶ Apostema durum nominatũ sephiros qđ purũ est est illud cui nõ associatur sensus nec dolor: ⁊ si cũ eo remaneant sensus ⁊ dolor paruus tunc non est sephiros purum.
¶ Et purum quidem ⁊ non purum cũ quo est sensus quidẽ est priuans dolorem.
¶ Et propinquitas sephiros ad cancrum ⁊ elõgatio eius ab eo est ſm multitudinẽ inflammatiõis eius ⁊ paucitatem ⁊ apparitionẽ pulsationis cum eo ⁊ occultationem eius et apparitionẽ venaꝝ in circuitu eius ⁊ non apparitionem earum.
¶ Oportet vt de his apostematib⁹ illud curet̃ cui est sensus cum eo quod resoluit ⁊ lenit simul ⁊ non cum eo quod resoluit ⁊ exiccat: qm̃ illud ꝑducit ad vehemẽtiam lapideitatis propter exiccationẽ grossi ⁊ reso-

lutionem subtilis.
¶Omne resolutiuum s̄m plurimū exiccat ⁊ humectatiuum raro resoluit.
¶Et oportet vt sit gradus eius in caliditate ex secundo ad tertiū ⁊ in exiccatione ex gradu primo.
¶Et oportet vt membrū famē pati cogatur in resolutione.i.dispositione resolutionis ⁊ extrahatur nutrimentū ad eius oppositū cū motione exercitio ⁊c. ⁊ cibetur in reuolutione lenificationis ⁊ fiat ei causa appetēdi nutrimentū cū fricatione.
¶Et oportet ne multū balneo vtatur qm̄ resoluit subtile ⁊ aggregat spissum ⁊ nō perueniat ad hunc finem vt leniat spissum.
¶Et lenificātia quibus inest resolutio quedā sunt sicut adipes.s.gallinarꝫ anserū vitulorꝫ ceruorꝫ boū ⁊c. ⁊ adipes rapaciū ⁊ leonū vrsi ⁊ leopardi vulpis lupi ⁊ medulle eorꝫ ex auibus.
¶Et oportet ne istis adipibus ⁊ similibus lenificātibus sit sal omnino: qm̄ sal exiccat ⁊ indurat.
¶Et in hoc meliora sunt que sunt minoris antiquitatis ⁊ exiccationis ⁊ vehemētioris humiditatis.
¶Et cū apostema est vehemētis grossitiei: tunc non est excusatio ab aceto: incidit eñi ip̄m ⁊ debilitat virtutem mēbri: verū oportet vt sit eius administratio in fine rei nō in eius principio.
¶Et medicus sit audacior in administrando acetum cum apostema est in membro carnoso sicut illud qd̄ est in splene.

¶De almismar.

¶Almismar est nodus rotundus albus similis capiti claui ⁊ plurimū accidit ex percussione post exituras ⁊ plurimū accidit in pedibus ⁊ digitis pedum ⁊ ledit tantū ꝙ prohibet incessum.
¶Oportet vt sectio fiat super ip̄m vt extrahatur aut remoueatur cū manu semper ⁊ annectetur ei plumbū qñ nō est possibile vt extrahatur: ⁊ plurimū quidem

eius cum non curatur fit cancer.

¶De cancro.

¶Cancer est apostema melancholicũ de melãcholia adusta: aut materia colerica: aut in qua est materia colerica cũ qua cõbusta est nõ a pura feculenta.

¶Ponit differentiã inter sephiros ⁊ cancrũ: qm̃ cancer est cum dolore ⁊ acuitate ⁊ pulsatione ⁊ mittit venas in circuitu suo ad membrũ in quo est quasi pedes cancri: ⁊ ipsi inest sensus: ⁊ in eius principio est sicut faba parua dura: ⁊ est nominatũ cancer a tenacitate cancri ⁊ a pedibus eius.

¶Et plurimũ aduentus cancri fit incipiẽdo: duri ꝟo aduẽtus fit permutãdo ex calido.

¶Cũ incipit fortasse est possibile vt prohibeatur ne addatur super illud qđ est ⁊ vt cõseruetur ita ne vlceretur ⁊ accidit in quibusdã hoĩs vt sanetur incipiẽs: confirmatus ꝟo non.

¶Et fortasse sufferũt cãcri parui incisionẽ: nã si possibile est vt destruat̃ cũ aliquo tũc nõ est possibile nisi per incisionẽ vehementẽ vt ex toto inscindatur membrum in quo est apostema eradicando oẽs venas que ipsum imbibũt: ita vt non remaneat aliquid ⁊ currat post illud ex eis sang. plurimus.

¶Et fortasse indiget post incisionẽ cauterio ⁊ forte erit in ip̃o timor magnus: ⁊ illud ꝓprie cũ fuerit cancer ꝓpe mẽbra principalia ⁊ nobilia.

¶De vena medeni ⁊ est vermis.

¶Est vt accidat super ꝑtẽ corporis pustula quedã inflans: deinde deficcat postea egreditur ex ea quoddã rubeũ ad nigredinem decliue ⁊ fortasse est ei motus voluntarius sub cute ac si esset motus aĩalis: ⁊ quasi in veritate sit vermis.

¶De lepra.

¶Lepra est infirmitas mala ꝑueniens ex sparsione co. nigre in corpore quare corrumpitur cõplexio mẽbroꝝ ⁊ forma ⁊ figura ipsorum ⁊ fortasse in fine con

tinnitas ipsoꝝ ita vt rodantur membra ⁊ cadūt casu qui fit ab vlceratione.
¶ Lepra est sicut cācer cōis corpori toti: fortasse eñ vlceratur ⁊ fortasse nō: ⁊ est aliqua que remanet cum patiente eam tpe longo valde.
¶ Et melancholia quidē quandoqꝫ expellitur ad mēbrum vnum ⁊ facit accidere sephiros vel cancrum: et si fuerit subtilis estiomenum ⁊ si expellitur ad superficiem cutis facit morpheā vel impetiginē: ⁊ si spargitur in corpore toto tūc si putrefit erit fe. melancholica: ⁊ si cōculcetur ⁊ nō putrefiat eueniet lepra.
¶ Ponit causas efficientes ⁊ materiales lepre generales. ⁊ tu vide. et dicit cause calide faciunt acquirere frigus.
¶ Et quandoqꝫ adiuuat illud totum corruptio aeris in seipso: aut propter vicinitatem leprosorum: quoniam egritudo est inuadens ⁊ quādoqꝫ accidit ꝓpter hereditatem aut propter complexionem embrionis in se aut acquisitam in matrice sicut cōceptio tempore menstruorum.
¶ Et iam peruentū est ex grossitudine sanguinis leprosorum ad hoc vt egrediatur in flobothomijs eoꝝ quoddam quod est sicut arena.
¶ Et hec egritudo vocatur leonina eo ꝙ ponit terribilem faciem sicut leonis: ⁊ qꝛ rapaciter tenet patientem sicut leo.
¶ Et de hac egritudine que est debilis est facilis curationis ⁊ de curatione fortis nō est spes.
¶ Et incipiēs quidem est susceptibilior scilicet cure ⁊ cōfirmata est magis inobediens.
¶ Et facta a melancholia colerice est magis feda et pluris nocumenti difficiliorum accidentium ⁊ vehementius adurens ⁊ vlcerans: sed est susceptibilior curationis: ⁊ facta a fece sanguinis est saluior ⁊ quietior ⁊ non vlcerat. Et facta a melancholia adusta similatur colerice in suis accidentibus: sed est tardius su-

scipiens curationem.
¶ Et quedam egritudo non cessat corrumpere complexionem membrorum per qualitatem contrariam qualitati conuenienti vite: scilicet caliditati ꝛ humiditati donec perueniat ad membra principalia ꝛ illic interficit.
¶ Et incipit in primis ab extremitatibus ꝛ membris lenibus vestigium eius: quoniam sunt debiles ꝛ illic cadunt pili ab eo ꝛ alteratur color: quamuis prima eius generatio fit in visceribus.
¶ Et cum cancer qui est lepra mēbri vnius sit de illis quibus nō est sanatio: tūc quid dicemus de lepra que est cancer totius corporis.
¶ Verūtamen in lepra est res vna ꝛ est quod egritudo spargitur in totū corpus: ꝛ quando administratur curationes fortes sustētant egritudinē ꝛ nō agit super mēbra simplicia ꝛ in cancro nō est ita.
¶ Ponit pulcherrima signa lepre. ꝛ tu vide.
¶ Et scias quod caro vipere ꝛ tyri ꝛ id in quo est virtus carnis eius est de nobilioribus medicinis ei.
¶ Et ex potatione vini in quo moritur vipera: aut viuit iam sanati sunt quidam accidentaliter cum intentione interficiendi.
¶ Signum apparitionis iuuamenti eius est vt incipiat leprosus inflari: deinde fortasse permiscetur ratio eius: postea excoriatur: deinde sanatur.
¶ Et lac est de cōuenientioribus rebus quibus curatur ꝛ proprie apud constrictionem anhelitus in temporibus que sunt inter euacuationes ꝛ bibatur in dispositione qua mulgetur lac ouinū in quantitate qua digeritur ꝛ sint contenti eo.
¶ Ponit multas ꝛ varias medicinas ꝛ cibos ꝛ potus ꝛ epithimata in cura lepre. ꝛ tu vide.

¶ Fen quarta quarti canonis. Sermo vniuersalis de solutione continuitatis.


Dico igitur q nos conamur in quibusdam membris quorũ continuitas est soluta vt redeat eorum cõtinuitas sicut fuit ꝛ illud est in carne: et conãtur in alijs vt remaneat contactus eorũ cum cõseruatione licet nõ redeat eorum continuitas et illud in ossibus nisi in ossib⁹ puerorũ ꝛ infantiũ: ꝛ illis eñi qñq speratur reditus ille.

¶ Et illud in quod cõfiditur est expimentũ plus q̃ in modo disputationis rhetorico.

¶ Summa de vulneribus in membris.

¶ Membra in quibus cum cadit vulnus magnificatur eius nocumẽtum et interficit vt plurimum sunt sicut vesica: ꝛ cerebrũ: ꝛ renes: ꝛ intestina minuta: ꝛ epar q̃uis sit possibile vt saluetur sup eo cũ est leue.

¶ In corde autem non speratur salus cum in eo accidit vulnus.

¶ Sermo vl'is de cura vulnerum.

¶ Et fortasse cursus sanguinis q̃titate tẽperata confert vulnerib⁹ ꝛ ꝓhibet apostema opillationẽ ꝛ febrẽ.

¶ Nam de melioribus cũ quibus intendimus in vulnerib⁹ est vt ꝓhibeam⁹ apostemationẽ: qm̃ qñ nõ accidit apostema possibile est vt meli⁹ fiat curatio.

¶ Et opꝫ vt adiuuetur cursu sanguinis qñ abbreuiatur.

¶ Et dixit sapiẽs q vuln⁹ nõ indget nisi ligatura aggregãte labia qñ q̃ritur adherentia ꝛ incarnatio.

¶ Vulnera q̃ cadũt añ genu apud rotulã sequentur accidẽtia mala ꝛ sunt ꝑimẽtia a qb⁹ parũ liberatur.

¶ Et quando accidit spasmus in vulneribus lacertosis et non recipit curationem et tunc curatio est incidere lacertum in latitudine: ꝛ est voluntas vt destruatur operatio lacerti: verũtamẽ illud postponatur quantum est possibile.

¶ De cognitione eius quod facit nasci carnem ꝛ incarnat ꝛ sigillat.

¶ Medicamen faciens nasci carnem est illud quod

coagulat sanguinē sanum in carne: igitur oportet vt non sit ei plurima exiccatio: immo vsq ad secundum neq absterſio fortis valde.
¶ Medicine aūt incarnatiue sunt ille que aggregāt inter duo elongata: ⁊ non oportet vt operētur nisi in superficiebus amborum facientes adherere inter ea vtraq cū rōne que est in substātia amborum.
¶ Et oportet vt sit cū eo adherētia cū exiccatione ve loci vehemēti anteq̄ fiat pus: ⁊ non firmatur ei illud nisi fuerit cū eo superfluitas virtutis in exiccādo.
¶ Et nō indiget hac paucitate in exiccatiōe sicut indiget ea illud quod nasci facit carnem: qm̄ faciēs nasci indiget vt currat ad ipsum materia ⁊ illius materiei ꝓhibet cursum exiccatio ⁊ incarnatiuum nō indiget eo: immo indiget incarnatione fortiori et pauca stipticitate.
¶ Consolidatiuum vero sigillatim vehementius indiget stipticitate q̄ ista duo: quoniā eit ei necessarium vt recuperet quod est p naturā vehemētioris exiccationis: scʒ cutem.
¶ De regimine vulnerū habentiū apostemata.
¶ Necessariū est in huiusmodi vulneribus alleuiare et credere q vulnus non consolidatur oīno dum apostema non sedatur.
¶ Regimen vniuersale de vulneribus viscerum interius.
¶ Intestinū ieiuniū non sanaꝛ oīno et vulnere qđ in ipso accidit: inferiora vero ventris ꝓpterea q sunt de narura carnis de medicatione eoꝝ confidas.
¶ De qualitate ligandi vulnera.
¶ Et cum cadit vulnus in longitudine tunc ligamen sufficit vt aggreget ipsum decenter: et cum fuerit in latitudine indiget vt sanetur.
¶ De medicinis faciētib⁹ nasci carnem.
¶ Nā lenitas ossis ⁊ eius humiditas est vna causarū ꝓhibentiū natiuitatē carnis super ipsum.

¶ Et scias q est medicina faciens nasci carnē in corpore aut mēbro ⁊ nō faciēs nasci in alio: ⁊ illud ideo quia fortasse exiccat in corpe vno ⁊ nō exiccat in corpore alio: ⁊ sm q tu sciuisti fortasse supfluit abstersio in corpore vno ⁊ non in alio.
¶ Et omne exiccatiuum quidem cuius siccitas est minor siccitate corporis quod in eo curatur est iterū abbreuiatum ad hoc vt faciat nasci carnem eius: immo oportet vt siccius eo.
¶ De excoriatione.
¶ Contorsio autem est vt sit membrum separatum a iunctura sua separatione non completa nec apparente manifesta est dislocatio.
¶ De contusione ⁊ attritione.
¶ Non reperitur in pluribus harum dispositionum excusatio a flobothomia: immo opifices pparāt ad illud qūuis sit corpus mundum.
¶ De casu offensione.
¶ Et quāto plus corpus est maius est timor vehemētior: ⁊ ppter illud fit qd nō accidit infantib⁹ in casib⁹ eorum de lesione quod accidit puberibus.
¶ De torsione.
¶ Melior curatio torsionis iūcturarum officialium est nuclei dactilorum desuper positi ⁊ dimittant: qm ipsi sanant eam.
¶ De pūctura ⁊ disruptione ex sagittis.
¶ Si sagitta nō fuerit fixa in aliquo membro principalū ⁊ apparēt signa mortis: tūc opz vt abstineam⁹ ab attractione sagitte: qm fit inde inquietudo plurima ne superueniat nobis locus stolidoꝝ sermonis cū hoc q parum conferamus infirmo.
¶ Si autē non apparuerūt alia signa mala ex quib⁹ timemus: tūc premittamus sermonez in perditione que accidit in plurimum: deinde incipiemus in curatione: multotiēs enim accidit vt sanetur aliqs absq spe mirabiliter.

¶ Et multotiens egredit̃ pars epatis ⁊ aliq̃d de syphac ⁊ zirbo ⁊ matrix tota ⁊ nõ accidit mors.
¶ Verũtñ si nos diuiserimus in his mẽbris ⁊ pportionabimur ad paucitatẽ misericordie: ⁊ si abstulerimus sagittã fortasse saluabit̃ infirmus qñq3.
¶ Canon curationis fluxus sanguinis.
¶ Retinet̃ san. per stupefaciẽtia: ⁊ stupefaciẽs q̃dez est aut medicina aut est dispositio corporis sicut sincopis: ipa eñi multotiẽs retinet sanguinem.
¶ Ex cauterio nãq3 debili proueniũt eschare debiles que cadũt ex qualibet causa: ⁊ cum hoc facit accidere saniem ⁊ calefacit vehemẽter: cauteriũ vo forte iplet cuz escharijs fortibus ⁊ remouet rupturã ⁊ detumescere facit ⁊ contrahit eam.
¶ Sermo vniuersalis de vlceribus.
¶ Vlcera generãtur a vulneribus ⁊ ab exituris eruptis ⁊ pustulis: ⁊ solutio cõtinuitatis in carne quãdo facit saniẽ ⁊ pus nominatur vlcus.
¶ Pus subtile nominat̃ virus ⁊ non generat̃ nisi ex subtilitate humorũ: sc3 aquoso eorum ⁊ ipsorum calido: ⁊ quod est pus grossum nominat̃ sordities: et est res spissa coagulata alba aut ad nigredinẽ decliuis: ⁊ generatur ex grossitie humoꝝ ⁊ virus eget exiccãte ⁊ sordities abstergente.
¶ Et vlcus quod pfunditatẽ habet nõ euacuat̃ quin iã indurata sit caro circũdans ipm: ⁊ nominatur fistula: ⁊ est sicut cãna penetrãs in membrũ: aut non induratur ⁊ nominat̃ absconsio ⁊ cauerna.
¶ Et quãdo est durities super vlcus apparens nominatur vlcus ostracinum.
¶ Et fistula quidẽ mala est q̃ nõ sentit ⁊ ꝑm q̃ntitatez elõgationis eius a sensu erit malitia.
¶ Et multotiẽs sunt fistule orificia plurima cuiꝰ esse ambigitur ⁊ non scitur an sit fistula.
¶ Et quãdo vlceribus malis associat̃ color corporis malus: sicut albus plumbens aut citrinus: tunc illud

est significatio super corruptionem cõplexionis epa-
tis ⁊ sanguinis qui venit ad vlcus quare difficilis fit
eius consolidatio.
¶ Et vlcera generata successione egritudinum sunt
mala: qm̃ natura expellit ad ea residuum corruptio-
nis superfluitatum.
¶ Et vlcera deijcientia pilos ab eo qđ sequitur ea: sci
licet in circuitu sunt mala.
¶ Et meliores significationes significãtes salutẽ vl-
cerũ ⁊ vulnerũ sunt succedẽtia seu decliuia ad saniẽ.
¶ Et nõ generatur sanies nisi a digestione naturali
⁊ nõ associatur ei malũ ⁊ ꝓprie sanies laudabilis.
¶ Et fortasse nõ euacuatur a fetore paruo: sanies eñ
accidit cum adiutorio caliditatis innate et alterius
extranee.
¶ Amplius vlcera vicinantia mẽbris neruosis: sicut
vlcera dorsalia ⁊ que cadunt in anteriori parte coxe
⁊ genu conuertũtur ad spasmũ ⁊ ꝑmixtionẽ rationis.
¶ Et corpora susceptibiliora curationis vlcerũ sunt
que sunt melioris complexionis ⁊ paucioris humidita
tis superflue cũ inuẽtione sanguinis boni in eis.

¶ Canon curationis vlcerum.

¶ Scias ꝙ omnia vlcera indigent exiccatione qua-
dam preter ꝙ facta ex attritione lacertorum ⁊ ipsoꝝ
contusione: ipsa enim indigent in primis vt mollifi-
centur ⁊ humectentur.
¶ Et quanto plus est vlcus maius ⁊ ꝓfundius: tanto
indiget exiccatione vehementiori.
¶ Non est possibile vt cũ apostemate curetur vlcus.
¶ Et cauerne ⁊ absconsiones sunt velocis conuersio
nis ad fistulas.

¶ Curatio vlcerũ virulentorum.

¶ Et cum tu administras medicamẽ ⁊ nõ inueneris
humiditatẽ minui aut videris eam augeri: tunc scias
ꝙ illud medicamẽ ſm illud corpus nõ est exiccatiuũ:
quare adde in eius exiccatione cũ pauca abstersione

sicut mel.
¶ Et non faciat te errare quoddam: ꝛ est vt sit medicamē magis abstergēs ꝙ oportet: quare corrodit mēbrū ꝛ resoluit carnositatem eius ad humiditatē currentem quā estimas virus.
¶ Curatio vlcerū sordidorum.
¶ Oportet vt in eis administrentur medicine abstergētes: ꝛ incipiatur ab eo qđ est fortis mordicationis deinde gradatim perueniatur ad id qđ est leuius.
¶ Curatio vlcerum putridoꝝ ꝛ maloꝝ.
¶ Et fortasse est necessariū incidere membrū vt saluetur ex putrefactione sua.
¶ Curatio vlcerum difficilis cōsolidationis.
¶ Ponit ꝙ Galie. curauit quendā adolescentē ex fistula in pectore ita fortiter penetrāte ꝙ ipse potuit ei videre cor ita manifeste sicut in anathomia.
¶ De carne addita super vulnera.
¶ Et nō oportet vt expectetur hic de adiutorio nature id qđ spectatur in nascētia carnis: nascētia eñ carnis est opus nature: ꝛ omne qđ natura nō facit nasci siue sit cū adiutorio medicine aut absq; eius auxilio est contrariū operationi nature.
¶ De vulneribus neruorum.
¶ Neruus ꝓpter vehementiā sensus ꝛ continuitatē suam cū cerebro accidūt ex vulneribus dolores vehementes valde ꝛ lesiones valde magne: sicut spasmus ꝛ permixtio rationis.
¶ Et vulnera quidē cadētia in neruis ꝺm longitudinē saluiora sunt cadētibus in latitudine.
¶ Et est multotiēs necessariū abscindere mēbrū vulneratū ꝛ puncturā cū totalitate sui: ꝛ prouenit ex eo quies ꝛ separantur accidentia mala.
¶ Et non timetur de abscisione neruorum id qđ timetur de eoꝝ conquassatione.
¶ Canon curationis solutionis continuitatis neruorum.

¶ Et omne in quo est caliditas subtilis cum exiccatio ne vehemēti subtilis sube nō euacuatur ab attractio ne. Calidū eni superfluū ꝛ frigidū nō coueniūt ei.
¶ Et de vulneribus a qbus necesse est elōgare aquā est vulnus nerui: ꝛ similiter frigus q̄uis minoretur: tamē est de rebus nocibilioribus ei.
¶ Et oleum iterum nocet: ꝛ non est necessarium nisi apud sedationem doloris calidum.
¶ Et qñ accidit spasmus ex vlceribus in eis: tunc de eo qd necessariū est si iam fuerit stricta fissura cutis est vt aperiat ꝛ administrētur medicine cōferentes.
¶ Medicine vulnerū ꝛ vlcerū neruorum.
¶ Glutinū albotin est de melioribus medicinis vlce- rum neruorum.
¶ Et cū vides vulnera ad sanitatē peruenire non ti- meas tūc administrare vinū coctum desuper.
¶ De vētositate spine ꝛ corruptione ossis.
¶ Uentositatis spine cause sunt humores acuti pene trātes in os ꝛ corrodētes ipm: ꝛ incessus vētositatis spine est incessus doloris iuncturarum.
¶ Materia in dolore iuncturaꝝ est in carne: ꝛ in ven tositate spine est in osse ꝛ est eius additio ꝛ corrūpit ossis partem vnam post aliam.
¶ Signa corruptionis ossis.
¶ Cum ossi accidit corruptio vides carnē super ipm mollescere ꝛ mollefieri: ꝛ incipit in via fetoris ꝛ vi- rus: ꝛ penetrat per eā tenta facillime ad os.
¶ Si corruptio iam persecuta est medullā nō est ex- cusatio quin assumat illud os cū medulla sua.
¶ Quando est os corruptum ex capite coxe ꝛ anche ꝛ spondilis dorsi: tunc fugatio ab eius curatione ꝓpter nucham est melius.
¶ De eo quod remanet de frustris ossium in vulneribus.
¶ Melius est vt nō festinetur in extractione eoꝝ: im mo dimittātur nature ꝛ adiuuet cū extractione pau-

ca ꝛ non moueantur cum medicinis ꝛ operatione manus: nam qđ extractū est violēter nō euacuatur quin faciat accidere vlcera fistulosa.

¶ Fen quinta quarti canonis. Sermo vniuersalis in dislocatione.



Dislocatio est egressio ex loco suo et situ suo qui est per naturā apud illud qđ ei vicinū existit integra. Si aūt nō egrediatur integre nominatur separatio iuncture aut torsio.

¶ Nam facilitas reditionis est ſm quantitatē facilitatis dislocationis: ꝛ difficultas eius est ſm difficultatem eius.

¶ Praue ṽo dislocationis sunt iūcture digitoꝝ: ipse em̄ fortasse nō dislocātur: immo frāgūtur anteꝙ dislocentur: ꝛ sicut est iunctura cubiti.

¶ Et prauior dislocatio est cū qua abscindūtur capita frustroꝝ ossis qđ cōglutinat os cum osse ꝛ parum reuertitur ad dispositionē suam naturalem.

¶ Et dislocatio quidē est fedior ꝙ fractura cū neqꝫ redit dislocatio nec restauratur fractura.

¶ Signa dislocationis vniuersalis.

¶ Et cum videris iuncturā non moueri: tūc iudica ꝙ dislocata est dislocatione integra: sicut qñ mouetur motu suo ad oēs partes: ꝛ peruenit ad omnes fines suos nō est cū ea egritudo pēdens cū separatione.

¶ Cum igitur volumus curare dislocationē fortasse perducit illud ad spasmū maximū ſm plurimū: ꝛ proprie quando dislocatio est in mēbris proximis principalibus.

¶ In dislocatione autē singulari ꝛ simplici regimē est vt tendatur ad cōtrariū partis a qua separatū est donec opponat̄ extremitas ossis alterius extremitatis: deinde adducat̄ ad locū vnde exiuit ꝛ ligetur.

¶ Et ligatura est securitas ab apostemate aut adiutorium vt apostemetur.

¶Dislocatio furcule.
¶Et non mouet furcula iterũ motu vehementi: qm̃ ip̃a non est posita nisi vt separet pectus ⁊ amplificet ip̃m: ⁊ ꝓpterea facta est hoi soli inter reliqua aialia.
¶Dislocatio humeri.
¶Non dislocatur ad superiora nec ad posteriora nec ad partem vẽtris: verum non dislocatur nisi ad latus domesticum ⁊ siluestre.
¶Et qñ adiutorio accidit fractura in latitudine sua: deinde restauratur: tũc nõ est possibile reducere dislocationem eius nisi frangatur restauratio.
¶Dislocatio spatule.
¶Et est de illis quoꝝ casus non accidit ⁊ miranť de ea tales quales Hipo. ⁊ galienus.
¶Dislocatio rascete.
¶Junctura rascete est facilis dissolutionis ⁊ difficilis coniunctionis.
¶De dislocatione spondilium.
¶Qñ spõdiles dislocanť dislocatione cõpleta interficit ꝓculdubio ⁊ nõ cõpleta iteruꝫ quãdo remouetur remotione plurima q̃uis sit min⁹ q̃ꝫ completa.
¶Si est spõdilis ꝓpria colli et que sequiť eã priuat oĩno anhelitum ⁊ moritur statim.
¶Si est de spõdilibus dorsi ⁊ disloceť ad ptẽ interiorem nõ est possibile vt curetur ⁊ est de illis que interficiũt velociter: et si nõ moriť ⁊ nõ ꝓhibeat anhelitũ retinet stercus ⁊ vrinam ⁊ interficit.
¶Dislocatio tali apud calcaneum.
¶Et ꝓhibeať a deambulatione.xl.dieb⁹: ⁊ isti si conanť ambulare ante nõ sananť ſm cõplemẽtũ: ⁊ dissoluiť in eis mẽbrũ ⁊ corrũpitur in eis curatio.
¶Sermo vlis in fractura.
¶Fractura est solutio cõtinuitatis ꝓpria ossibus.
¶Et qñ est equatio rotunda sine frustris tunc cõuertitur membrum cum facilitate.
¶Et si declinet fractura ad exteriora ſm quod dixit

Hipo. melius est q̄ vt declinet ad interiora: qm̄ illud qd̄ occurrit ei de neruis illic est plus.
¶ Fractura prauioris incarnatiōis et vnionis ē illa que est sm rotūditatē: deinde illa q̄ declinat. non em̄ adheret nisi sup ipsum ꝓlongetur ligatura habēs fabricationē mirabilem tp̄e longissimo.
¶ Et quādoqꝫ accidūt cuꝫ fractura accidētia inter q̄ est attritio eius que circūdat eam ex carne: que si nō preparetur cū ꝓhibitione putrefactionis aut scapelletur accidet ex ea corrosio.
¶ Et quando ista ossa redeunt ad situs suos possibile est in infantibus: ꝛ qui sunt eis ꝓpinqui vt restaurent villus virtutis prime in eis. In etate ꝟo adolescentie et q̄ est post ipsam nō immo currit sup eā incarnatio ex materia cartilaginosa cōiūgēs inter duo ossa.
¶ Et ossa magis inobedientia ad restaurationē faciendā est adiutorium deinde brachium.
¶ Res autem coxe et cruris est facilior qm̄ restauratio nō prohibet ea a dilatatione.
¶ Nasus restaurat in. x. diebus. Costa in. xx. vlna in eo qd̄ approximat a. xxx. vsqꝫ ad. xl. et coxa in. l. ꝛ fortasse extenditur longe vsqꝫ ad menses tres vel quattuor et quod est supra hoc.

¶ De radicibus restauratiōis ligature.

¶ Restaurationis basis est extensio membrorū cum quātitate que opꝫ: nam additio in ea spasmat ꝛ lesionem facit et ꝓueniūt ex ea febres ꝛ diminutio ei⁹ prohibet bonitatem cōsolidationis et ordinis.
¶ Et oportet vt caueatur doloratio vehemens apud extensionem et stricturā in fractura et dislocatione simul: ꝛ similiter illud qd̄ accidit ex strictura vehemēti et tardatione solutionis: quoniā illud ꝑducit ad hoc vt moriatur illud membrum et putrefiat et sit necessarium abscindere ipsum.
¶ Et quādo est cū fractura attritio est i illo timor in corrosione membri: quare oportet vt scapelletur locus

ad hoc vt egrediatur sanguis.

¶ Ponit quandā controuersiā inter Hipo. ⁊ Galienum: deinde ponit opinionē suā: deinde satisfaciēdo ambobus dixit ꝙ illud fuit tpe hipocratis: ⁊ supfluitas q̄ est inter duo tēpora est mirabilis.

¶ De amonitione restaurationis.

¶ Et oportet vt restaurator festinet ad restaurandū illud quod fractum est et restauret in die suo: quoniā quanto plus elongatur tāto est eius introitus difficilior: et nocumenta in ipo sunt plura.

¶ De qualitate ligamentorum et ascellarū.

¶ Et non oportet vt fiat vltimatio in strictura ligamentorum et ascellarū tanta que prohibeat aduentū nutrimenti et sanguinis: illud enī est ex illis que prohibent restaurationem.

¶ Ponit ꝙ debet fieri ligamentum sub ascellis ⁊ supra spatulas.

¶ Et Hipo. quidē facit necessarium esse vt soluatur ligamētum vna die ⁊ alia non.

¶ De qualitate administratiōis ascellarū.

¶ Hora que exigit vt ponātur ascelle est post. v. dies et supra vsqꝫ quo fiat securitas a nocumētis: ⁊ quāto plus magnificatur timor: tanto magis oportet vt tardetur positio ascellarū: ⁊ multotiens attrahit festinatio nocumenta ex apostematibus ⁊ pruritu ⁊ vesicis.

¶ Uerum cum tardantur ascelle tūc oportet vt sit illic ꝙ stet loco earum ex bonitate ligature cum vitta ⁊ bonitate preparationis: ꝙ si illud nō fuerit tūc necessarie sunt ascelle in principio rei.

¶ Et oportet vt soluantur ligamenta electionis necessitate in omnibus duobus diebus in principio rei ⁊ proprie quando accidit pruritus: cū igitur pertrāsit septimus a strictura soluatur in spacio tardiore scꝫ in omnibus quattuor vel quinqꝫ.

¶ Et nō sit festinatio in auferendo ascellas ⁊ proiciēdo eas q̄uis credatur esse coherentia: quoniam for-

tasse accidit vt sit akosboth non confirmatum adhuc quare contorquetur membrum.
¶ Et vt remaneāt ascelle sup mēbrū ꝛ cū sunt necessarie melius est ꝙ vt deponant ab eo ante cū nō sunt necessarie: nō igitur festines sed tarda.
¶ De fractura male restaurata.
¶ Quūqꝫ fractura est restaurata non ſm qđ opꝫ et est necessariū vt iteret ei⁹ fractura: quare opꝫ vt restaurator sciat dispositionē qui restaurauit os.
¶ Et multotiēs quidē est possibile vt curet fractura male restaurata absqꝫ fractura scđa leniēdo sup akosboth cum eo quod scis: deinde equetur ꝛ proprie ī corporibus lenibus.
¶ De administratione aque ꝛ olei.
¶ Scias ꝙ aqua calida et oleū nō cōueniūt apud restaurationē: immo qūqꝫ ꝓhibēt ipsam: sed cōueniunt añ ipam qm̄ ambo ꝑparāt restaurationē: ꝛ post ipaꝫ qm̄ abstergūt qđ remanet ex apostemate ꝛ duritie et rosboth ꝛ pustulis quas euenire faciunt ligamenta in neruis quare fit motus cū eis non facilis.
¶ De cibatione ꝛ potatione eius.
¶ Opꝫ vt sit cib⁹ ei⁹ ex eis q̄ generant sanguinē spissum ꝛ nō spissum siccū: immo spissum viscosum tenacem fortem sicut pedes ventres capita et cutis hedi ꝛ arietis et vinum grossum stipticum ꝛ frumentum coctum cum multa aqua vsqꝫ quo fit sicut ius: et in scđa mensa sint castanee.
¶ Et alienet oīe qđ calefacit et subtiliet sanguinē ꝛ elongat ipsum a coagulatiōe sicut vinum subtile nisi sit illic aliqđ prohibens ex vulnere requirente subtiliationem cibi.
¶ Medicina autem quā sumit ad restaurationē mumia est mirabilis.
¶ De fractura cranei.
¶ Multotiens accidit vt scindatur craneū et nō scindatur cutis immo apostematur: cum igitur occupatio

fit in curatione apostematis ꝛ non peruenitur ad plagam: fortasse accidit vt putrefiat os de subtus ꝛ accidant ante sanitatē aut post ipsam egritudines male ex febribus tremore ꝛ destructione rationis.
¶ Et medicine capitales sunt sicut yreos ꝛ farina orobi ꝛ minutū olibani ꝛ aristologia ꝛ cortices radicum oppoponaci ꝛ mirrha ꝛ sarcocolla ꝛ sanguis draconis ꝛ omne exiccatiuū sine mordicatione.
¶ Et in hmōi quidem dispositione oportet vt vehementer caueatur frigus etiam in estate: quoniā in eo est timor magnus.
¶ De fractura nasi.
¶ Nasi superior ps est os ꝛ inferior est cartilago ꝛ illi quidē cartilagini nō accidit fractura immo attritio.
¶ Et si apparet super velamē nigredo tunc cura ipm cum melle contuso cum triplo sui olei rosati ꝛ pulueriza desuper medicinā capitalem: ꝛ si nigredo fuerit confirmata tunc fuge.
¶ Et quando frangitur nasus ꝛ nō curatur perducit ad casum: ꝛ quādo induratur remanet ƀm tortuositatem suam ꝛ nō recipit equationem.
¶ De fractura costarum.
¶ Costis veris septē accidit fractura a duobus lateribus. Falsis ꝟo accidit fractura a latere dorsi: ꝛ qm̄ extremitas alia est cartilago nō accidit ei nisi attritio.
¶ De fractura adiutorij.
¶ Et si nō fuerit aliquod ꝓhibens nō soluas vsqꝫ ad vij. ꝛ qꝛ est post eos vsqꝫ ad. x. tūc solue ꝛ liga cū ascellis: ꝛ si defensio vocat te ad aliud tūc solue in tertio: ꝛ est illud ad qd̄ inclinat Hipo. qm̄ aufert nocumēta: licet noceat restaurationi.
¶ Et non separes ab eo stricturam ad minus vsqꝫ ad quadraginta dies.
¶ De fractura brachij.
¶ Accidit qn̄qꝫ vt frāgātur duo focillia simul: ꝛ qn̄qꝫ accidit vt frangatur vnū eoꝝ: ꝛ fractura focillis in-

ferioris est vehemētior et turpior quam fractura focillis superioris: quoniam focille inferius est brachium deferens ideo deterior: et quia nudū carne ideo turpior.
¶ Et fortasse accidit brachio vt restauretur in latitudine circa .xxviij. dies.
¶ De fractura coxe.
¶ Et os quidē coxe stringitur in .l. noctibus.
¶ Et scias quod ille cuius coxa vel ancha sunt fracte parum denudatur a claudicatione.
¶ Et quando abscinduntur frustra lacertorum eius mandat prius .s. pedem: deinde minuūtur secūdo.
¶ De fractura cruris.
¶ Quando frangitur os paruū cruris est saluius quam si frāgatur os magnū: et quādo frāgitur arundo parua superior est inclinatio ad exteriora et ante est ambulatio cum hoc possibilis.
¶ Fen sexta quarti canonis. Sermo vniuersalis de cautela a venenis.

Qui timet quod in potu sumat venenū oportet vt sibi caueat a cibis dominātiū saporum in acetositate aut salsedine acuitate aut dulcedine aut dominantiū odorum.
¶ Necessariū est etiā ei vt sit suscipiens secundum viā cōsuetudinis medicinas expellētes venenorum nocumentū sicut metridatū: nam eius expertū est iuuamentū et cōfectio de bolo armeno.
¶ Et fortasse accidit venenū vnde nō existimabit vt quando cadit res maligna sicut lacertus rutela et scorpio in eo quod decoquitur et in vasis in quibus est vinū: plurima enim venenosorum diligūt odorem vini et currūt ad ipm.
¶ Sermo vlis de venenis que bibūtur.
¶ Spēs venenorum sunt due: scz faciēs operationē suā cū qualitate que est in ipo: et efficiēs cū forma sua et tota substātia sua. et primo quidē aut est corrodēs putrefaciēs sicut lepus marinus: aut inflās calefaciēs sicut euforbium: aut infrigidās stupefaciēs sicut opiū: aut

opillans vias anhelitus sicut plumbum vstum.
¶ Efficiens autē cū tota substantia est sicut napellus et gūmi eius ꝛ cornu spice ꝛ fel leopardi ꝛ similia. et sunt deteriora venena.
¶ Et de venenis sunt que agūt super vnū mēbrū sicut cantarides super vesicam: ꝛ lepus marinus super pulmonē: ꝛ de eis sunt que agunt super totum corpus sicut opium.
¶ Et omne qđ interficit cum permutatione cōplexionis aut cum putrefactione possibile est vt sit effectus post tp̄s: licet putrefaciēs quāto plus remanet in corpore tāto plus est effectus eius deterior.
¶ Ponit ꝙ napellus interficit hoīem ꝛ nō turdos: ꝛ ponit de muliere nutrita napello. ꝛ tu vide.
¶ Verū ꝓportionalitas inter virtutes agentes sunt ex eis que oportet considerari.
¶ Significationes specierū venenoꝝ.
¶ Si euenit ei simile mordicationi ꝛ incisioni ꝛ puncture ꝛ corrosioni scitur ꝙ venenū est de genere medicinaꝝ acutarū calidaꝝ mordicantiū sicut arsenicum ꝛ almuseum ꝛ argentū viuū extinctum.
¶ Et si accidit inflatio vehemens ꝛ exuberatio sudoris ꝛ rubedo oculi ꝛ angustia ꝛ sitis scitur ꝙ est venenum ꝓpter caliditatē tm̄ sicut euforbium.
¶ Et si accidūt ꝓfunditates somni ꝛ stupor ꝛ frigus significat ꝙ venenū est de genere narcoticoꝝ.
¶ Et si nō apparet nisi casus virtutum: ꝛ sudor frigidus ꝛ sincopis: tunc est de venenis que cōtraria sunt cū tota substātia ꝛ est deterius eorum.
¶ Ponit sanguinem congelatū ꝛ lac congelatū in numero venenorum.
¶ Canon curationis eius qui sumit venenū.
¶ Oportet vt ꝓperet cū sentit ip̄m anteꝙ̄ virus eius preambulet in corpore sumere aquam tepidā ꝛ oleū ꝛ euomat in hoc ad vltimū quantū potest.
¶ Sit ei aqua plurima ꝛ cibi plurimi: ipsa enim licet

non euomantur: tamē quandoqꝫ frangunt nocumentū veneni ⁊ non est malū si euomat ipsum: ⁊ butyrum crudum est melius lacte.
¶ Et si tibi necessariū fuerit vt in potu tribuas ei. verbigratia. tyriacā de terra sigillata fac: ipsa eñi adiuuat corpus ad expellendum venenū ⁊ ꝓprie in principio rei ⁊ facit euomere venenū sicut est.
¶ Et oportet vt nō dormiat omnino ⁊ nō dimittat se ipsum taliter vt dormiat: immo oportet vt euigilare ipsum facias ⁊ rideat ⁊ clamēt in circuitu eius.
¶ Et oportet vt sequātur clisteria vomitū qñ sentitur ꝓprie sensus lesionis ad interiora.
¶ Et si indiget flobothomia flobothometur.
¶ Ponit in hoc capitulo tyriacam de terra sigillata quam nominauit supra: ⁊ multas alias medicinas appropriatas: ⁊ tu vide.
¶ Potare allium in vino confert ad illum quem pupugit scorpio.
¶ De medicinis cōmunibus ad venena.
¶ Et dicitur ꝙ granis iuniperi in hac re non est par.
¶ Et dixerunt ꝙ caro damule id est belue siluestris mundificate ⁊ salite est de fortioribus medicinis ad expellendum.
¶ De argento viuo.
¶ Argentū quidē viuū plurimi qui bibunt non leduntur eo: egreditur enim cum dispositione sua per inferiorem regionem.
¶ At ꝟo ei in cuius aure infunditur argētū viuū accidūt dolor vehemēs ⁊ permixtio rationis: ⁊ qñqꝫ perducit ad spasmū epilepsiā apoplexiam ⁊c̄.
¶ Ponit ꝙ argentum viuum ledit ex frigore eius: extinctum autem inducit puncturam ⁊ corrosionem intestinorum. Et infra. Immediate ponit accidētia que proueniunt ex. xi. venenis mineralibus ⁊ curam ipsorum. ⁊ tu vide.
¶ Summa venenoꝝ ex plantis.

¶ Napellus est ex deterioribus venenis et ex ei⁹ succo ibibunt sagitte ꝛ interficiũt quẽ inueniũt statim.

¶ De scamonea ꝛ almezereon.

¶ Dosis vtriusq̧ interficiens est.ℨ.ij.

¶ Ponit multas et varias alias medicinas venenosas calidas.et tu vide.

¶ Summa de medicinis frigidis de opio.

¶ De causis interfectionis eius est ingrossatio sanguinis.ℨ.due ex eo est interficiens in duobus diebus proprie datum cum vino.

¶ Fungi et tubera mala.

¶ Nocumẽtum fungorum aut est per genus suũ:quoniam de eis sunt qui sunt mortales:aut propter multitudinem cõmestam ex eis.

¶ Et pira sunt tyriaca eorum et mel iterum.

¶ Et stercus galline est maximi iuuamenti eis cũ in potu datur cum syrupo acetoso.

¶ De venenis ex animalibus.

¶ Ex eis em̃ est qđ est per substantiã ei⁹ sunt sicut stellio:cantarides:rane lacunales:lepus marinus: ꝛ lacertus. Et ex his est q̇ est ꝑ accidens ei:sicut pisces frigidi assature suffocate ꝛ lac coagulatũ ĩ stomacho.

¶ Ponit accidẽtia ꝓpria que ꝓueniũt ex singulis supràscriptoꝝ venenoꝝ ꝛ curas ipsoꝝ.ꝛ tu vide.

¶ Venena ex partibus animalium.

¶ Ponit infrascripta venena ꝛ eorum accidentia et eorum curas:scilꝫ fel vipere:leopardi: canis aque:extremitas caude cerui.

¶ Pars tertia sanguis tauri recẽs sudor aĩaliũ: lac corruptũ san.cõgelat⁹ꝛ cõgelatio lactis ĩ stomacho.

¶ Sermo in morsione ꝛ pũctura.

¶ Scias ꝙ canon maximus de curatione veneni est cõfortatio caloris innati ꝛ exiccatio ipsius ad expellendum sicut facit tyriaca.

¶ Et ingredit̃ in hoc capl̃o flobothomia:solutio ventris ꝛ sit̃ia:sed cõueniẽtior horaꝝ flobothomie est cũ

scitur q͏ venenū iam sparsum est in corpe ꝛ non est ex eis que attrahūtur ꝛ ꝓprie ei qui est repletus.
¶ Penetratio veneni in corpore prohibet cum ligamentis ꝛ constrictione extremitatum ꝛ prohibitione somni: ꝛ quādoq̧ incisio mēbri morsi aut fit cū medicinis ꝛ causis attractionis.
¶ Stiptica nociua sunt eis: quoniā nō est aliq̄d magis iuuatiuū q̄ medicamē quod attrahit venenuȝ ad exteriora sicut vētose: ꝛ fortasse cum incisione si iam submersum est ꝛ sanguisuge ꝛ homo non ieiunus sugens cuȝ ore suo sano coluto modo odorifero: ꝛ deinde spuat illud quod sugit.
¶ Medicine attrahētes venena sunt aut per virtutē calefacientē attrahenteȝ: aut cā sil'itudinis ad attrahendū id qd̄ sil'e est ei: sicut facit adeps cocodrilli ad morsum cocodrilli: ꝛ caro vipe post absci sionē extremitatum eius in attractione veneni sui.
¶ Accidit medicinis valētibus ad venena q͏ sint venena iterū: verū sunt debiliora ꝛ quasi ipse sint inter complexionē corporis ꝛ complexionē veneni.
¶ Et sermo hic est ex eis in quib⁹ oportet fixius ex sapientibus considerare: vt sciat quod est conueniens: medico aūt non nocet si non scit hoc.
¶ Et qñ administrat quod attrahit ī pricipio: aut facit aliq̄d eoꝝ que diximꝰ ꝛ nō confert: ꝛ est res maxima inscindere carnē q̄ est in circuitu pūcture: et accipere carnē totā vsq̧ ad os: ꝛ si timeat qd̄ fuerit maior hoc inscinde membrum deinde cauteriza.
¶ De preceptis q̄ oportet vt cōsiderent in venenis ꝛ morsibus est vt ꝓhibeat cōsolidatio vulneris vsq̧ ad horam sanationis egri ex malitia veneni.

¶ Epythimata super puncturas.

¶ Et gallina ꝛ gallus scissi dū viui sunt ꝛ emplastret cū eis pūctura vel morsus ꝛ permutet oī hora.
¶ Ponit medicinas que bibuntur emplastra et epythimata multa. ꝛ tu vide.

¶ Ad fugandū venenosa vniuersaliter.

¶ Ponit quō fit effugatio serpētū scorpionū pulicuꝫ culicū mustelle muris formicaꝝ muscaruꝫ vesparum scarabeoꝝ ꝛ tinearū pannoꝝ. ꝛ tu vide.

¶ De speciebus serpentum.

¶ Ponit pulcherrimam differentiam inter serpētes. ꝛ tu vide.

¶ Quidā estimauerūt ꝙ venenū serpentū ꝛ viperarū sit frigidū ꝛ est error: ꝛ illud quod accidit ex frigore ꝛ morsu ab eis est ꝓpter mortificationem caloris innati ꝛ ꝓpter cōtrarietatem veneni.

¶ Calor em̄ ĩnatus est qui calefacit corpus sua sparsione ꝛ inflāmatione: cum autē non est calor innatus ꝛ si inflāmetur cor igne leui: nō oportet tamē vt calefiant ꝓpter ipsum extremitates.

¶ Ponit ꝙ quidā estimauerūt ꝙ plurima animaliuꝫ venenosoꝝ sunt frigida: eo ꝙ animalia frigide cōplexionis sunt in hyeme mortua ꝛ calidi calor addatur ꝛ acuitas: sed eoꝝ ratiocinatio nō est sana ꝛ corruptionē hmōi sermonis oñdit vespa que calide cōplexionis est valde: ꝛ est ex eis que mortificanꝑ in hyeme.

¶ De curatione morsus viperarum cum eo quod est sicut canon.

¶ Curatio est ꝓperare ad tyriacā de vipis: ꝛ cū tardatur: tūc possibile est vt cōferat ꝛ possibile est ꝙ nō: nocumentū em̄ instrumēti veneni nō est malū: qm̄ natura est q̄ vtiꝑ instrumētis: rei ṽo extranee nō est possibile vt vtaꝑ eis: nisi accidat cōmotio amboꝝ simul.

¶ Ponit morsum multoꝝ serpentū ꝛ draconū ꝛ curā eoꝝ per multa capitula. ꝛ tu vide.

¶ De morsu hoīs ꝛ quadrupedum.

¶ Deterior morsus est ille q̄ fit ieiuno siue sit homo siue non.

¶ Morsus canis rabidi ꝛ adip. i. lupi.

¶ Accidit cani rubies q̄ est cōuersio sue cōplexionis ad melācholiā malā malignā ꝛ venenosam.

¶ Et accidit ei hec conuersio aut ex aere: vt qñ calor vehemēs adurit humores ei⁹: aut frigus cōgelat sanguinē: aut cibis ⁊ potibus: qm̄ lambit in sanguine interfectoꝝ ⁊ comedit ex cadaueribus ⁊ bibit ex aquis putridis: quare impleť melācholia putrida.

¶ Et accidit creature ei⁹ vt varieť ⁊ cōplexioni eius vt alteretur: sicut accidit leprosis.

¶ Ponit multa signa canis rabidi. ⁊ tu vide.

¶ Diciť ꝙ vulpes ⁊ mustella fiūt rabiosa: ⁊ ꝙ quidaꝫ muli sunt facti rabiosi ⁊ momorderūt dominos suos ⁊ incurrerūt maniā q̄ accidit ex reliq̄s rabiebus.

¶ Dispositiōes ei⁹ quē mordet canis rabiosus.

¶ Ponit multa accidentia ⁊ bñ extranea. ⁊ tu vide.

¶ Et ꝓducit ꝓculdubio ad spasmuꝫ ⁊ sirzē: ⁊ qñq̄ȝ ad sudorē frigidū sincopim ⁊ mortem.

¶ Et cum mirabilibus dispositionibus eius est ꝙ ipse promptus est ad mordēdum hoīem: ⁊ si momorderit aliquem accidit illi homini quod accidit ei.

¶ Et non est territus aliq̄s eoꝝ ex aqua qui euaserit ꝑ curationē aut absq̄ȝ ea: ⁊ ꝓprie cū vidit faciem suā in speculo ⁊ nō cognouit seipm̄ nisi duo viri ⁊c. anteq̄ aūt terreanť ex aqua cura est ꝓpinqua.

¶ Et qñq̄ȝ interficit inter hebdomadā ⁊ similia vsq̄ȝ ad sex menses: ⁊ spacium temperatum est. xl. dies ⁊ saniōris dispositionis quē momordit: hic canis est ille ex cuius morsu plurimum currit san. ⁊ ꝓpter illud qñ mingit san. post potuꝫ medicinarū tyriacalium se curatur ex timore aque.

¶ Differentia inter morsum canis rabidi ⁊ non rabidi.

¶ Curatio quidē eius in q̄ptū est vulnus est cōsolidatio: ⁊ in q̄ptū est morsus canis rabiosi est saniositas et apertio: nā si consolidať est in ea perditio.

¶ Sumať nux regula ⁊ ponať suꝑ vuln⁹ ⁊ dimittať vna hora: deinde ꝓiciať gallinis: tūc si renuit eā gallina aut comederit eā ⁊ moriať tūc est rabiosus.

¶ Sumatur panis & liniatur ex eo qđ currit ex vulnere illo si fuerit san. siue non proijciatur canibus: quod si renuerit ipm canis: morsus ille est canis rabiosi.
¶ Oportet in principio rei vt nō permittas cōsolidari: immo dilata & aperi si non fuerit amplū & fac cū eo de suctione & positione ventosar quod dictum est supra in capitulo morsus serpentum.
¶ Et minus in quo nō oportet cōsolidari vulnus est spacium.xl.dierum.
¶ Et si error iam ceciderit & consolidatum est: tunc oportet vt cōuertatur & ad vltimū perueniatur in eo de aperitiuis.
¶ Et necessariū est in principio facere vt ipe sudet ex eis quibus est possibile ex balneatione & ambulatione.
¶ Et nō oportet vt properes in diebus primis ad euacuātia: sed occupare in attrahēdo ad exteriora: nam euacuatio quandoque adiuuat ad hoc vt venenum penetret ad profundū & prohibet attractionē eius ad exteriora.
¶ Cū igitur trahis a dextra qđ possibile est post duos dies aut tres: tunc occupare in euacuando quod iam forsitan penetrauit.
¶ Et si videris repletionem augmētari: tūc flobothoma & non dimittas eum intueri sanguinē suum & proprie in fine rei.
¶ Cū igit ipm soluerint catartica fortia: tūc necessariū est etiā administrare oī die vel duob⁹ clistere &c.
¶ Et confert ei ex aquis aqua in qua extinguitur ferrum multotiens.
¶ Et cepe & allia sunt ex cibis que resistunt venenis & abscindūt & repellūt ea a corpore vbi nō excusatur eorum vsum: quamuis ipa etiā sint medicine.
¶ Et nō intromittas ipm in hac hora.s.tpe cauteriei in balneū omnino: nā si balneaueris ipm interficies ipsum. Cū aūt dicitur quod sedere in tyna est ex eis que conferunt: estimo quod illud est in primis: & frigus est ex eis quibus oportet ipm cauere.

¶ Et ingenia cum omni ingenio in dando ei in potu aquam: etiã si tibi necessarium fuerit stringere ipm ⁊ vim inferre.
¶ Ponit multas ⁊ satis diuersas medicinas ad curã istam. ⁊ tu vide.

¶ De morsu leopardi leonis ⁊ vulnere vnguium eorum.

¶ Isti rapaces qui similantur eis nõ sunt sicut canes salui ⁊ hoies: immo dẽtes eoꝝ ⁊ vngues non sunt vacua a natura venenosa: quare oportet vt curentur in primis cũ attractione: deinde cũ cõsolidatione.
¶ Ponit deinde de morsu cocodrilli simij catti mustelle ⁊ mugalli ⁊ curas. ⁊ tu vide.

¶ De pũctura quoꝝ venenosoꝝ ⁊ morsu eoꝝ.

¶ Dixerũt ꝙ scorpio femina maior masculo est: masculus ṽo extenuatus ⁊ minutus: sed aculeus femine est subtilis ⁊ masculus est grossus.
¶ Accidit in quibusdã scorpionibus vt sint duo aculei ſm quosdã: quoniam dimittũt duo foramina apud puncturã ⁊ infrigidatur pũctura ⁊ calefit reliquũ corpus ⁊ infrigidatur sudor iterum.
¶ Inquit Galienus. Si sua percussione inuenerit arterias accidet sincopis: sicut neruos spasmus si venas accidet putrefactio.
¶ Ponit diuersitatem multã scorpionũ ⁊ curas multas: ⁊ inter cetera dicit scorpio ipse est de emplastris bonis ad scorpionẽ: ⁊ cauda eius iterũ ⁊ plãta que dicitur plãta scorpionis ꝓpter similitudinẽ cũ ea.

¶ Species araneaꝝ ⁊ rutelarum.

¶ Dicit ꝙ rutela est aĩal simile aranee que nominaẗ alseged: ⁊ est venatrix muscarum.
¶ Ponit diuersitatẽ rutelaꝝ ⁊ araneaꝝ ⁊ curas ipsarum: ⁊ accidẽtia varia que sequũtur. ⁊ tu vide.

¶ De vespa.

¶ Est vehementioris calefactionis ꝙ̃ apis: sed apis dimittit aculeum in punctura.

¶ Ponit cura amborum. ⁊ tu vide.
¶ De stellione ⁊ lacerta.
¶ Quādo mordet dimittit in loco sui morsus dentes paruos subtiles nigros: ⁊ non cessat locus dolere ⁊ prurire donec auferantur: ⁊ ponit curam.
¶ De salmandra.
¶ Existimatur ꝙ ipa sit bestia similis lacerte habēs quattuor pedes curte caude: ⁊ dicūt ꝙ ipsa nō aduritur: ⁊ si ꝓijciatur in larē extinguit ignē: ⁊ ponit curā.
¶ Fen septima quarti canonis. De dispositione capilloꝝ ⁊ furfuribus.

Capillus nascitur ex vapore fumoso quādo coagulaṫ in poris ⁊ oritur super eos: ⁊ ꝓprie per illud qd̄ assumit ex alimento ⁊ ꝓprie qn̄ est humiditas corporis viscosa vnctuosa non aquosa nec lutosa: sicut arboꝝ vnctuosaꝝ folia non cadunt.
¶ Capilli destruunṫ vel minuūtur: aut ꝓpter causam in materia: aut ꝓpter causam in re in qua nascuntur.
¶ In pueris ⁊ mulieribus est paruitas vaporis fumosi ꝓpter multitudinem vaporis humidi quare nō nascitur barba.
¶ Accidit cōualescētibus cū exiccāt eos egritudines lōge ⁊ ptisice ⁊ ethice: quare nō remanet omnino materia de qua cibenṫ capilli: quare cadūt ⁊ nō nascuntur: sicut accidit plantis irrigatis qn̄ nō rigātur ⁊ castratis ex similitudine eoꝝ cū mulieribus in humiditate ⁊ frigore ꝓpter causam testiculoꝝ eorum.
¶ Minorantur capilli ei qui assuete vtitur institis grauibus super caput suum.
¶ Caluiciū est ex via nature: accidit em̄ ꝓpter materiam piloꝝ ex caluicio: i. loco.
¶ Super preparatos ad caluiciū multiplicantur pili corporis ⁊ pectoris ꝓpter caliditatē cōplexionis eoꝝ.
¶ Et pili superciliorꝝ ⁊ palpebraꝝ nō cadūt velociter ꝓpterea ꝙ eoꝝ origo est spissa cartilaginosa cōserua

tiua: ꝛ ꝓpter illud tardatur caluiciū in ethiopibus.
¶ Et blesi nō fiūt calui ꝓpter multitudinē humidita tis cerebrorum eorum.
¶ Medicine cōseruātes capillos.
¶ Medicine cōseruātes capillos sunt ille in quibus est caliditas subtilis attractiua ꝛ virtus stiptica.
¶ At vero si fuerit causa siccitas complexionis ꝛ pauci tas san. delitijs foueatur corpus: ꝛ cibet eis que sunt boni nutrimēti ꝛ pinguia ex ipsis: ꝛ dimittet omne sal sum acetosum ꝛ pōticū ꝛ coitū ꝛ vinū antiquū.
¶ Si fuerit propterea ꝙ pori sunt stricti indiget eis que resoluūt ꝛ rarificāt ꝛ diligitur vt ponantur ea in cibo: sicut sinapis ꝛ allia ꝛ porri.
¶ Ponit capitulū satis longū de medicinis fortibus faciētibus nasci pilos ꝛ curam caluiciei ſm viā possi bilitatis.
¶ De alopitia ꝛ tyria.
¶ Causa in generādo alopitiā est materia mala ma nēs in cute ꝛ in originibꝰ radicū piloꝝ: quare corrūpit originē piloꝝ corrodēs eā ꝛ ꝓhibet nutrimētū bonū eis ꝛ noiat alopitia ꝓpterea ꝙ ipa accidit vulpibus.
¶ Alopitia differt a tyria: qm̄ in tyria nō tm̄ cadunt: immo excoriatur cū ea cutis tenuis sicut accidit serpē ti: ꝛ fortasse accidit in ea figuratio prouenienſ sicut figura serpentis.
¶ Et materia faciens alopitiā ꝛ tyriā qn̄qꝫ est coleri ca: qn̄qꝫ melācholica: qn̄qꝫ flegmatica: ꝛ qn̄qꝫ ex san guine corrupto: ꝛ significat illud per ꝓpria signa.
¶ Non est dubiū quin rectificatio regiminis in ea sit euacuatio illius humoris facientis in primis intro missio ciboꝝ boni chimi valde: deinde caputpurgia ꝛc. ꝛ ponit curā cū medicinis localibus. ꝛ tu vide.
¶ Ponit plura capitula de his que abradūt pilos: de ꝓhibitione ortus eoꝝ: de crispatione ꝛ lenitate.
¶ De canicie.
¶ Dū sanguis permanet pinguis spissus calidus vi

scosus capilli sunt nigri: cũ võ ad aquositatẽ tendere incipit declinant capilli ad caniciem.
¶ Ponit multas medicinas ex quibus tardatur canicies. ⁊ tu vide.
¶ Et carnes vipere sunt conseruantes adolescentiaʒ et virtutem cũ assiduatur eoꝝ comestio.
¶ Ponit plura capl'a de medicinis denigrãtibus facientibus flauos et dealbantibus capillos.
¶ De succursu dispõnũ sequẽtiũ tincturas.
¶ Plures species tincture sunt infrigidãtes cerebꝛũ et coꝛrumpentes ipsum et facientes ipsum cadere in pꝛeparatione ad catarrum et apoplexiã ⁊ similia.
¶ De furfuribus.
¶ Furfur qđ in capite est: est mod⁹ excoꝛiatiõis leuis accidẽs capiti ꝓpter coꝛruptionẽ ĩ cõplexione ꝓpꝛie cũ ipꝛessione in supficie supioꝛi cutis ⁊ peioꝛ peruenit ad vlcerandũ ⁊ coꝛrũpendum oꝛigines capilloꝛum.
¶ Fit a materia acuta baurachia aut sanguie melãcholico et ponit curam. ⁊ tu vide.
¶ De dispositione cutis ex pte coloꝛis.
¶ Ponit multas causas nigredinis coloꝛis ⁊ citrinitatis eius et dicit ꝙ assiduatio aceti citrinat faciem.
¶ De facientib⁹ coloꝛẽ bonũ cũ splendoꝛe.
¶ Scias ꝙ oẽ qđ mouet sanguinem et spiritũ ad cutem induit eam pulchꝛitudinem puerilem et mundificationem ⁊ rubedinem.
¶ Ficus eñ generat sanguinem subtilẽ expulsuʒ ad cutẽ: ⁊ efficiũt illud ꝭm tres modos: aut eñ generãt sanguinẽ ⁊ ꝓpꝛie subtilem: aut mundificant sanguinẽ: aut sunt spargentes et dilatantes ip̃m: ⁊ de his omnib⁹ ponit modos plures. ⁊ tu vide.
¶ De moꝛphea et albaras alba ⁊ nigra.
¶ Differẽtia inter duas moꝛpheas ⁊ albaras albam verã est ꝙ vtraqꝫ moꝛphea est in cute: ⁊ si est pꝛofunda est paꝝ valde. Albaras võ est in cute ⁊ carne vsqꝫ ad os: ⁊ causa cõis omnibus est debilitas alteratiue

operationis qñ nõ assimilat assimilatione integra.
¶ Materia in his est fixa in anteriori pte quare corrũpit cõplexionẽ eius et penetrat in ea quare est additio ⁊ adherẽtia et nõ fit assimilatio.
¶ Si fit melius nutrimentũ sicut est cõplexio bona cõuertit materiam corruptã ⁊ facit eã cõuenientẽ sicut arbores pmutantur de plantatione ad plantationẽ: ⁊ a venenositate ad comestibilitatem.
¶ Galienus ⁊ alij narrant q arbor noĩata alabeha est in persia venenosi fructus: et cũ plãtatur ĩ egypto est fructus eius de eis que comeduntur: et sic calor animalis et plante conuertũt materias fm membra: qñ ipsa sunt eis sicut regiones.
¶ Albaras nigra est illud quod nominatur impetigo excorticatiua ⁊ est scabiositas veniẽs cuti aspera vehemens ⁊ faciens squamas sicut piscium cum pruritu: ⁊ est propter humorem melãcholicum imbibentem cutem: et est de antecedentibus lepram: et est cũ malitia: ⁊ cũ hoc q̃ de ea antiqua est nõ sanatur.
¶ Ponit pulchras differẽtias inter vtrãq morpheã et albaras ⁊ alguada ⁊ curas dictarũ ⁊c.

¶ De sahafati.

¶ Sahafati est de summa bothor vlcerosarũ ⁊ sunt parue fixe lenes diuise numeratione locorũ: deinde vlcerantur vlceribus crustosis et sunt ad rubedinem decliues ⁊ qñq emittũt virus.
¶ Et cã sahafati est hũiditas mala acuta corrosiua q̃ pmiscet sanguini et humores grossi iterũ mali.
¶ Ponit curam et in corporibus infantiũ et in alijs prouectis. et tu vide.

¶ De impetigine.

¶ Impetigo nõ est lõginqua a sahafati sicca: sed est malignior ⁊ deterior magis corrosiua ⁊ lõgioris profunditatis.
¶ Ponit curã satis longã. ⁊ tu vide.

¶ De scabie et pruritu.

¶ Materia qua generatur scabies aut est sanguinea cui admiscetur co.cõuersa in melãcholiã: aut sanguinea cui admiscetur flegma salsum baurachiũ. prima autem est sicca ad grossitudinẽ decliuis: ⁊ altera humida ad subtilitatem decliuis.
¶ Et plurimũ quidẽ generatur scabies ab acceptiõe in comestione salsorũ acutorum et amarorum.
¶ Et illa q̃ est magis sparsa et corpulẽtior et acutioris capitis ex omnib⁹ bothor est acutioris humoris: et que est latior et vehementioris ꝓfunditatis ei⁹ humor est minoris acuitatis.
¶ Et cause generãtes materiã scabiei sunt generantes materiã pruritus: verũ ipse sunt fortiores et appropinquãt causis generãtib⁹ pediculos ⁊ alsahafati ⁊ furfures et impetiginẽ ⁊ approximãt etiã i cura.
¶ Et pruritus quidẽ senis parũ obedit curationi: et nec valet ei nisi vt regatur et blandiatur.
¶ Et dulcia q̃dẽ generãt pruritũ ⁊ bothor: ⁊ nõ accidũt plurimũ nisi iter digitos: q̃m ipi sunt debiliores.
¶ Cura quidez scabiei prima ⁊ melior cum qua multotiens est sufficientia est euacuatio cũ eo quod educit humorẽ acutũ adustum et flegma salsum: deinde rectificatio cibi et regimen humectationis.
¶ Et dimittat coitũ oĩno: coitus enĩ mouet materiaz ad exteriora ⁊ exiccat vaporẽ calidũ putridũ veniẽtẽ ad ptem cutis quare putrefit illic ⁊ propter hoc illud iterum fetet odor corporis eius.
¶ Ponit multas medicinas ab intus et ab extra. et tu vide.
¶ Et administra ĩ hũida ea q̃ sunt vehemẽtis exiccatiõis: ⁊ in sicca q̃ sunt minoris exiccationis.
¶ Et elõga illud in quo ponitur argẽtũ viuũ extinctuz quantũ poteris a ptib⁹ stomachi ⁊ mẽbrorum nobiliuz.
¶ Et scias ꝙ vẽtose in vtrisq̧ cruribus conferunt scabiei fetenti.

¶ De verrucis et cor..ibus.

¶ Quādoqꝫ accidit melācholia sanguini ꝓpterea ꝙ ipse coartatꝰ ꝛ ꝓprie in venis ꝑuis in quib⁹ nō putrefit sanguis ꝓpter suā ꝑuitatē ꝛ ꝓpinquitatē ad causas extrīsecas q̄ sunt ad hoc vt exiccētur velociores ꝙ̄ ad hoc vt ipse putrefiantꝛ p̄cipue cum est sanguis nō valde calidus in substātia sua.

¶ De extenuationis ablatione.

¶ Dū ergo pseuerat pīguedo ita ꝙ nō faciat accidere nocumentū nō abhorreas ipsam: vita nāqꝫ in hūiditate cōsistit: verū opꝫ vt tu abhorreas ipsam in via supfluitatis: licet non appareat eius nocumentū: qm̄ eius nocumentū aduenit repente et subito.

¶ Si fuerit cibus nō generās sanguinē grossum fortem afferatur ille qui generat ip̄m: et nō sit cōtentus eo ꝙ generat sanguinem laudabilem tm̄: quoniā forte generabit subtilem et resolubilem.

¶ Et denꝰ in potu frigida: ista eñ cōfortāt virtutem naturalem valde quare bona significat eius administratio in nutriendo et expellendo superfluitates: et illud quidem est principiū causarū pinguedinis.

¶ Et de impinguantib⁹ est assumptio vini grossi et cibi boni fortis chimi exiccantis cū digeriꝰ sicut frumentū sine cortice coctū: aut puls ꝛ risi cū lacte.

¶ Et cōferūt assata de carnib⁹ ꝓpter illō qō retinēt in eis de virtute carnis ꝛ generāt carnē duraꝫ: decoctum autē ex carnib⁹ mollitiē ꝛ teneritatē nō firmā.

¶ Et caro anatis est vehemēter impinguatiuaꝛ galline silr̄ ꝛ caro alcubugi est vltima in eo.

¶ Et balneū post cibū est vehemēter attrahēs nutrimentū ad corpus: verum vtens eo opillationi accidēti in epate suo est ꝓpinquus: ꝛ ꝓpter hoc multiplicatur lapis in omni qui querit hoc: ꝛ proprie in quibus vene sunt stricte et non sunt omnes ita.

¶ Et ex impinguātib⁹ est oē exercitiū leue ꝛ tarduꝫ.

¶ Ponit longum modum in approximatione picis supra membra.

¶ Inquit Galienus. Jam vidi vēditorē aīalium impinguasse hoc regimine adolescentē siue natibus ⁊ factus est leuis habēs pingues anchas in tpe breui.

¶ De masculis superflue pinguedinis.

¶ Isti quidē penitus expositi sunt morti repētine: et ad vltimū mors super vltimatos in pinguedine festinat: ⁊ proprie super impinguātes in prima etate: ipsi eñ minutas habēt venas ⁊ cōstrictas ⁊ sunt expositi apoplexie paralisi ⁊ pulsui cordis dyarie ꝑpter humiditatē ipsoꝝ ⁊ malitie anhelitus ⁊ sincopi ⁊ febribus malis ⁊ huiusmodi.

¶ Et homo quidē nō peruenit ad vltimū magnitudinis impinguationis: nisi cū frigiditate cōplexionis.

¶ Et isti quidē sunt nō generātes neqꝫ in semine suo ad cōmodū peruenientes: ⁊ sperma eoꝝ est paucū. Et similiter que de mulieribus sunt pingues non concipiunt: ⁊ cum cōcipiūt abortiuntur: ⁊ earum appetitus iterum est debilis.

¶ Et pinguia q̄uis debilitentur a motu ⁊ labore: tamē ipa per id qđ associatur eis de significatione humiditatis significāt longitudinē vite.

¶ De extenuando.

¶ Regimen extenuandi est contrarium regimini impinguādi: ⁊ est minoratio cibi ⁊ post ipsum balneum ⁊ exercitium vehemens.

¶ Et faciūt illud euacuationes ⁊ vomitus non equalis: nam equalis vomitus ante cibum post ipsum impinguat.

¶ De medicinis subtiliantibus sunt acetū ⁊ almuri ⁊ ꝓprie in ieiuno: verūtamē ille q̄ habet debilitatē neruoꝝ: ⁊ illa q̄ habet nocumētū ī matrice deuitet acetū.

¶ Et potare vinū in ieiuno qñqꝫ extenuat iterum per hoc qđ resoluit ⁊ per hoc qđ replet venas vapore cū fuerit illud qđ potatur plurimū: quare vene nō recipiūt interius aliquid super ipm ex cibo.

¶ De panaritio.

¶ Panaritiū est apostema calidū exiturale accidens in latere vnguis: ⁊ est difficile vehementis doloris: ⁊ qn̄qꝫ vlcerat ⁊ perducit ad corrosionē: ⁊ qn̄qꝫ currit sanies subtilis feda: ⁊ est in hoc timor digiti.

¶ Si necessaria est flobothomia ⁊ vētris solutio fiat ⁊ est necessariū subtiliare cibū ⁊ infrigidare ipsum: ⁊ opꝫ vt currat in curatione reliquoꝝ apostematū: scꝫ in obseruatione principij augmēti ⁊ reliquoꝝ tēpoꝝ.

¶ Et raro approximet oleo nec humiditati cum timetur vlceratio.

¶ Et qn̄ recipit currere ex panaritio vlcerato sanies tūc cauterizetur ⁊ inscindatur vt nō perambulet malitia eius in digito toto.

¶ Auris muris ⁊ fissura.

¶ Qn̄qꝫ accidunt hec accidentia causa siccitatis complexionis melācholice: ⁊ illa fissura vnguiū que est decliuis ad partes acutas tēdētes cū carne ⁊ pūgētes: ⁊ que ledūt dicitur auris muris.

¶ Spasmus curuitas ⁊ leprositas vnguium.

¶ Iste passiones iterū accidūt vngui ſm plurimū ex melancholia: quare cōuertit ⁊ spasmat eā ⁊ facit eam leprosam: ⁊ multotiēs quidem est causa eius aliquod eradicantiū accidens vngui.

¶ Et multotiēs eradicatur vnguis per casum: quare fit fortis dolor ⁊ facit incurrere febrem.

¶ Liber quintus. De necessitate medicinarū compositarum.



Donit nouem modos ⁊ causas necessitantes nos qn̄qꝫ facere medicinā cōpositā. ⁊ tu vide.

¶ Si in egritudine cōposita inuenerimus medicinam ex singularibus ei oppositā nos eligimus super eam.

¶ Et qn̄qꝫ indigemus medicina calefaciente quattuor partibus: ⁊ non inuenimus nisi que calefacit tri

bus partibus ⁊ aliā calefacientē quinq̃ partibus qua re aggregamus inter eas cōſiderando ꝙ ꝓueniat ex toto calefaciēs quattuor partibus.

¶ In trociſcis cāphore ponitur crocus vt faciat eos penetrare ad cor: verū tūc inſurgit virtus diſcretiua ⁊ denudat ei crocū ⁊ deſtruit ipm̄ ⁊ operātur infrigidātia ⁊ extinguētia in corde.

¶ Et ſcias ꝙ plurimis medicinaꝝ inſunt operatio et ſtatio: ⁊ qñq̃ intēditur cū ea operatio lōginquior ſtatione eius: quare indiget faciente viam: ⁊ qñq̃ intenditur cum ea operatio ꝓpinquior ſtatione ipſius quare indiget figente.

¶ Et ſcias ꝙ experta melior eſt nō experta: ⁊ parum medicinarū melius eſt plurimo earum.

¶ Oīs medicina cōpoſita habet iudiciū ſuū ex ſimplicibus ſuis ⁊ iudiciū ex tota forma ſua.

¶ Et fortaſſe eſt vtilitas in forma cōpoſitionali maior illa que accidit ex ſimplicibus eius.

¶ De qualitate compoſitionis.

¶ Et ſcias ꝙ medicine compoſite cōferēti vt tyriaca inſunt ſm ſimplicia veſtigia eius ⁊ virtutes ⁊ ſm formā que non fermentatur in ſpacio: niſi vt faciat accidere cōplexio eius veſtigia ⁊ virtutes: ⁊ fortaſſe ſunt meliora ſimplicium.

¶ Unicuiq̃ trociſco cauſa compoſitionis ineſt ꝓprietas que nō reperitur in ſingularibus.

¶ Tyriaca alpharoch.

¶ Hec tyriaca eſt ſublimior medicinaꝝ cōpoſitaꝝ ⁊ melior eaꝝ ꝓpter multitudinē ſui iuuamēti: ⁊ ꝓprie venenis que ſunt ex pūcturis: ſicut ſerpentum ⁊ ſcorpionis ⁊ canis rabioſi ⁊ venenoſis bibitis interficientibus ⁊c̃.

¶ Et nō efficit operationes has niſi ꝓpter ꝓprietatē forme eius ſequentē cōplexionē ſimpliciū ipſius: ita vt cōfortet ſpiritū ⁊ calorē innatū: quare iuuatur natura per illū ſupra cōtrarietatē faciētia frigida ⁊ ca

lida ꝛ vincit virtutes earum.

¶ Et melioꝛ descriptio hmõi medicine est descriptio radicalis andromaci: ꝛ iam nisi sunt plures medicoꝝ sicut Galienus ꝛ alij vt adderēt ꝛ minuerēt in ea: nō ꝓpter necessitatē: sed querētes vt rememoꝛarent̄ ꝛ vt remaneret ī eis vestigiū sicut remāsit in andromaco.

¶ Et meū quidem cōsiliū est vt nō remoueāt aliquid qđ experimentū iuuatiuū inuenit: foꝛtasse em̄ illa cō plexio cum illo pōdere est significās illud cuius iuua tiuū inuenit experimentū ꝛ ꝙ quādo ipsa mouetur a suo pōdere nō sequetur illā ꝓpꝛietatem.

¶ Et si aliquis dicat ꝙ scit causam facientē illa pōde ra facere illā ꝓpꝛietē: tunc dicit mendaciū sicut si di cat aliquis scientiā ponderis elementoꝝ in equis ho mine ꝛ alijs se scire.

¶ Et tyriace q̄dē assunt infantia ꝛ pubertas ꝛ adole scētia ꝛ senectus: ꝛ moꝛs: ꝛ fit infans post sex mēses: deinde incipit in pubertate ꝛ augmēto vsq3 ad tp̄s in quo stat post.x. annos in regionibus calidis ꝛ.xx. in frigidis: deinde stat aut.x.annis aut.xx.declinat aūt post.xx.annos aut.xl.deinde expoliat̄ virtute tyria ce aut post.xxx.annos aut.xl.

¶ Et opoꝛtet vt detur in potu moꝛso de illa que est re cēs ꝛ foꝛtis ꝛ reliquis de alia que est debilioꝛ.

¶ Ponit modos distinguēdi inter recentem ꝛ foꝛtē ꝛ antiquā ꝛ debilem.ꝛ tu vide.

¶ Ponit etiā quātitates que ex tyriaca dātur in vna quaq3 egritudine.ꝛ tu vide.

¶ Pꝛocedit deinde ponēdo descriptiones medicina rū cōpositaꝝ vt de tyriacis: de yeris ꝛ electuarijs: de suffut de loch de sirup.ꝛ de cōditis: de trociscis: de de coctionibus ꝛ pillulis: de oleis vnguētis ꝛ emplastris moꝛe reliquoꝝ doctoꝝ: vt Rasis. Serapionis. Me sue. ꝛ alioꝝ ꝗplurimoꝝ quas tu poteris videre. nam in eis describēdis ꝓpositū meū exirem.

¶ Finis.

Sequūtur flores collecti ex libris Auicēne de aīalibus.

Super primo libro de aīalibus Auicēne.



Inter animalia homo non potest viuere solus et grues ⁊ apes et formice cōicant homini in hoc. Sed grues et apes habent principē: formice aūt habēt coadunationē sed nō habēt principē.

Quedā aues variant in comestionib⁹: quedā comedūt carnes ⁊ quedā grana ⁊ quedam herbas: vt anser ⁊ palumba.

Ex aīalibus quedam famulant ⁊ domātur: vt homo: ⁊ quedam: q: nascuntur cū hominibus sicut catti et canes ⁊ equi: ⁊ quedā violenter vt leones ⁊ quedā non domātur vt criual: et que domātur quedā naturaliter cito vt homo ⁊ elephas: et quedam tarde vt leones et sunt in omni specie quedā species agrestes.

Quedā aīalia semp̄ coeunt vt gallus et quedā certū habent tēpus ad coeundum.

Et in moribus differentia est in animalibus: quia quedā sunt pauce iracūdie vt vacca: quedam vehemētis stultitie ⁊ acute iracundie vt aper agrestis: ⁊ quedam pia ⁊ munda vt camelus: ⁊ quedam sunt prauorum motuū astuta vt serpentes: ⁊ quedam fortia magnanima vt leones: ⁊ quedā fortia ingeniosa ingratiosa agrestia vt lupi: ⁊ quedam ingeniosa prauorum motuū vt vulpes: ⁊ quedam vehementis ire et laboriosa que conueniunt hoībus vt canes: ⁊ quedā sunt valde astuta et familiaria vt simie et elephantes: et quedam habent verecundiam ⁊ cautelam vt anser: ⁊ quedam inuida: ⁊ admiratiua sue pulchritudinis et bellicosa sicut pauo: et quedā bone memorie sicut camelus et asinus: sed solus homo memorat oblita.

¶ Et aīalium quedā habēt pedes ⁊ quedā non: ⁊ que habēt pedes quedā habent duos et quedā quattuor ⁊ quedam etiam plures et quedam. xx. sicut est animal quod vocatur ingrediens aurem.

¶ Et aranee pedes multos habēt: ⁊ numer⁹ pedum semꝑ est par et hoc vt equetur semper incessus ⁊ onus.

¶ Omne aīal anulosum non habet cutem.

¶ Omnes aues que sunt plumate habēt sanguinem.

¶ Aīalia nō habentia sanguinem sunt minora ꝙ̄ habētia sanguinē preter paucas species marinas.

¶ Os fuit in animali ad sustentamenta corporis ⁊ eius fundamentum suorum motuū.

¶ Cartilago fuit cōposita ex substātia carnis ⁊ ossis quatenus esset gradata cōiunctio inter os ⁊ carnē ꝑ ipm ⁊ prospera ꝯm qđ omne medium debet cōuenire cum extremis.

¶ Quādo frons lata est significat stultum et rotunda significat iracundiam.

¶ Inter omnia mēbra oculi maxime significāt mores anime.

¶ Lachrimale domesticum cum est modicum significat astutum.

¶ Quādo homo habet ī lachrimali domestico multū carnem malus est et astutus.

¶ Qui habet supercilia depēdentia inuidus est.

¶ Oculi mediocres bonū et purū significāt ⁊ extensi ad anterius significāt stultū et ꝓfundi subtilem.

¶ Qui habet oculos diu apertos sine verecundia est et stultus et qui tremulos leuis et mediocris est bonus inter ista.

¶ Omne aīal mouet aurem preter hoīem: et quidam mouent sed raro: inter oīa aīalia homo est habēs maximā medullaꝫ respectu sui corporis propter multas operationes quas exercet.

¶ Omne aīal quadrupes habet caudā.

¶ Que habēt cornua habent vngulas fixas.

¶ Omne aīal habet cornu vacuū preter ceruum.
¶ Omne aīal habet cornu fixum nisi ceruus.
¶ Aīal non habens vngues curuos habet additamē tum crurium in crure sicut gallus.
¶ Omnes pisces habent caput et caudā ⁊ nō collum neq; virgā neq; testiculos neq; vbera neq; libidinē: sed delphim habet mamillas: q: generat sibi sile.
¶ Neq; aliquis piscis habet pilos sicut aīal quod nascitur cū quattuor pedibus neq; pēnas sicut auis: sed squame piscis sunt superfluitates cutis.

¶ Ex secundo libro.



Omne aīal habēs sexum ⁊ zirbum habet cerebrū pingue: ⁊ qd nō habet cerebrū nō habet medullā vnctuosum.
¶ Omne inspirans habet pulmonez.
¶ Omne animal habens sanguinem habet cor et dyafragma.
¶ Aliquādo i corde vacce cameli et cerui reperit os.
¶ Omne aīal habens sanguinē habet epar.
¶ Quedā aīalia nō habēt fel sicut ceruus qui habet intestina ita amara q canes nolunt comedere ea nisi qn supra modū sunt famelici: et ita equus et mulus.
¶ In omnibus aīalibus sub lingua est quidā vermis et in spondilibus alius.

¶ Ex tertio libro.



Dixit aristoteles q leo non habet medullam nisi in adiutorio ex coxa ⁊ sua ossa sunt magis dura q̄ alioꝝ aīaliū.
¶ Porcus habet modicā medullam.
¶ Dixit aristoteles cornu est de genere ossis.
¶ Cutis nō habet sensum nisi fuerit carnosa ⁊ maxime cutis capitis dixit aristoteles: ⁊ in veritate cutis que ꝓpinquat neruis habet sensum: s; illa q̄ est ī superficie exteriori nō habet sensum: q: in ea nō est neruus.
¶ Pili sunt ꝓpter pulchritudinē sicut barba: ⁊ ꝓpter

iuuamētū sicut supcilia: et aliqñ pili sunt sola supflui tas et nō sunt positi in iuuamētū sicut circa pectinē.
¶ Aliqñ accidit in infirmitate canus capillus ⁊ post reuertit capillus naturalis coloris in cōualescētia.
¶ Primi capilli qui fuerint cani sunt capilli tympo- rū postea superciliorū: qꝛ sunt in loco sicco ⁊ pili pe- ctinis qꝛ sunt in loco calido.
¶ Mulieres ⁊ castrati nō fiūt calui: mulieres qꝛ sunt multū humide: et castrati qꝛ sunt frigidi.
¶ Cerebrū caluescit ꝑpter siccitatem.
¶ Caui sunt ꝓprietates hoīm: qꝛ grues q̄to sunt se- niores tāto magis vergunt ad nigredinē.
¶ Sanguis cuiuslibet aīalis coagulatur preter san- guinem cerui et leporis.
¶ Primū mēbrum qđ fit ex sanguine sicut cognoscit ex anothomia est cor.
¶ Dixit aristoteles ꝙ homo sudabit sanguinem aut qꝛ eius sanguis mult⁹ est in quātitate aut qꝛ sanguis eius est paucus subtilis feruēs.
¶ Mulieres hoīm habent plus sanguinis q̄ femine alioꝝ aīaliū ſm quātitatem sui corporis ⁊ ꝑpter hoc habēt mēstruum sanguinē alia aīalia non.
¶ Sanguis mulierum est multum interius ⁊ virorū magis exterius.
¶ Raro accidit mulieribus egritudo ex sanguine et raro emittunt sanguinem ꝑ nares.
¶ Sperma fit ex sanguine bono ⁊ decocto decoctio- ne bona et cōpleta.
¶ Et q̄to de hoīe exit sperma multū discoloratur ⁊ debilitatur suū corp⁹ magis q̄ si quadragies exiret de suo corꝑe sanguis tāt⁹: qꝛ spma est res habilita- ta ad transeundum in membra: ⁊ cum exit aufert na- turale nutrimentum.
¶ Lac fit ex sanguine invenis: ⁊ ī eo sunt tres substā tie serosa butyrosa ⁊ caseata.
¶ Lac cōiunctū partui nihil valet: ⁊ qđ est multum re

motum a partu nihil valet.
¶ Nullũ aial hȝ coagulatũ nisi ruminãs ꝑter ꝙ lep⁹.
¶ Mulieres nigre habẽt magis sanũ lac.
¶ Sperma hñs i se virtutẽ gñatiuã descẽdit ad fun-
dũ aque. ¶ Ex quarto libro.



Mne aial sanguineũ ⁊ qȝ generat aial habet quinqȝ sensus nisi quoddã genus muris cui⁹ oculi sunt cooperti sub corio.
¶ Pisces gustãt ⁊ ideo appetũt quedam cibaria ⁊ quedã renuũt.
¶ Aialia anulosa habẽt sensus multũ acutos ⁊ olfaciũt ⁊ gustãt ⁊ audiũt a remotis: ⁊ sunt q̃dã odores qui eis placẽt ⁊ interficiũtur a q̃busdã odoribus sicut ab odore sulphuris ⁊ arse cutis ⁊ origani agrestis.
¶ Oia aialia anulosa fugiũt a fumo cornu cerui.
¶ Vox reperit in omni aiali qȝ habet arteriã ⁊ pulmonẽ ⁊ nõ dat vocẽ nisi aial qȝ respirat: sed qȝ nõ respirat aliter facit vocem.
¶ Musce faciũt sonũ per motũ alarum.
¶ Rana habet linguã cõiũctã cũ mandibula sicut est in piscibus ⁊ non dat vocẽ nisi in aqua: ⁊ cũ facit vocẽ suã mandibula est in aqua ⁊ illa vox dicit coax ⁊ cum exit aquã facit vocẽ alterius modi.
¶ Oẽ aial hñs sanguinẽ ⁊ qȝ ãbulat dormit ⁊ vigilat.
¶ Aial faciẽs oua facit somnũ tenuem.
¶ Pueri nõ somniãt recte ante quartũ annum.
¶ Aialia sanguinem habentia generant sibi simile ⁊ mas semper est maior femina ⁊ viuit plus.
¶ Quãtia habẽt feminas maiores sicut in serpentibus ranis ⁊ araneis.
¶ Femine pisciũ viuunt plus ꝙ mares ⁊ significatio super hoc est q: qñ capiũtur pisces semper reperiuntur femine maioris etatis ꝙ mares.
¶ Mẽbra anteriora in maribus sunt fortiora ⁊ posteriora in feminis: iuncture feminaꝝ sunt debiliores ⁊ capilli graciliores ⁊ sue voces acutiores.

¶ Ex quinto libro.



Ullum bipes generat sibi simile nisi homo.

¶ De ppietate leporum est q̄ sua femina saltat suū marē aliquando.

¶ Quedam femine exigūt luxuriā a maribus sicut femine caproꝝ: qz illa femina clamat mares ꝛ mulier cōprimit se cū mare.

¶ Camela vadit flexa genibus ad camelum cum apetit coire.

¶ Elephas femina descēdit ad foueā vt possit saltari a mare: ꝛ appetit coitum in aqua.

¶ Coitus pisciū ouantiū est res occulta valde.

¶ Cubala femina perdicis impregnatur ex vēto flante a parte sui mariti ꝛ auditus sonitus eius.

¶ Maior appetitus coitus aialis est ī fine hyemis ꝛ inceptione veris: homo aūt ꝛ oīa domestica sicut canes ꝛ porci coeunt omni tempore.

¶ Desiderium viroꝝ est magis hyemale ꝛ desideriū mulierū in estate ꝑpter lesionē eaꝝ a frigore.

¶ Somnū coitus nō accidit alicui aiali nisi soli hoī.

¶ Uacca duoꝝ dētiū ꝛ equus duoꝝ dētiū luxuriāt: ꝛ capra ꝛ ouis vnius anni luxuriant: ꝛ porcus quattuor mēsiū luxuriat: ꝛ porca sex mēsiū parit: ꝛ in quibusdā regionibus nō coeunt ante finē decē mensiū.

¶ Fetus cuiuslibet generis ex sene natus est malus.

¶ Porcus qui cito luxuriat facit filios paruos: senes porci parū generant: ꝛ hoc cum sunt vndecim annis: ꝛ meliores sui filij sunt qui nascūtur in hyeme: ꝛ qui in estate sunt peiores ꝛ macri ꝛ mali.

¶ Canes generant vsqꝫ ad .xviij. annos.

¶ Femina elephas postq̄ peperit nō impregnatur vsqꝫ ad trienniū: ꝛ cū impregnatur nō tangitur post a suo mare: tenet fetum in ventre per bienniū ꝛ nō parit nisi vnicum.

¶ Equa camela ꝛ asina tenēt in vētre per .xij. mēses.

¶ Dixit Aristoteles q̄ quidam pisces generantur ex luto: ⁊ quidam generantur ex arena: ⁊ quidam ex are na in luto: ⁊ quidam generantur ex luto quod assimi latur lane viridi.
¶ Piscis paruus quādo scinditur aliqua portio a suo corpore iterum crescit frigus intensum: ⁊ calor inten sus interficit paruos pisces.

¶ Ex sexto libro.


Alline maiores corpore faciūt plura oua vsq̄ ad sexaginta.
¶ Quidam est modus gallinaꝝ que sunt regis adriani ⁊ sunt longe corpore ⁊ po nunt quotidie: ⁊ est mali modi: interficit filios: ⁊ forte sunt multe galline que ponunt quoti die bis.
¶ Palūbi domestici ponunt fortasse decies in anno.
¶ Aues que habent vngues curuos ponunt in anno semel ⁊ aliquando plus: et maior numerus ouoꝝ suo rum est decem vel parum plus.
¶ Omnia oua auium habent testam membranā albu men ⁊ vitellum.
¶ Oua quedam sunt alba sicut cubeg ⁊ columbaꝝ: et quedam pallida sicut auium aquaticarum ⁊ habitan tium in ripis maris: ⁊ quedam maculata sicut oua me learanidem: ⁊ quedam oua sunt rubea sicut color la pidis alarici.
¶ Oua feminina sunt que sunt longiora ⁊ que sunt habentia vtrunq̄ caput acutum: et mascula sunt que habent rotunditatem.
¶ Oua per se faciunt pullos cum fuerint in loco cali do ⁊ exeunt pulli per se: ⁊ homines egypti ponūt sua oua ad hoc faciendum in arena.
¶ Membra sunt ex albumine ⁊ nutriuntur ex vitello ⁊ post decē dies apparet rectificata creatura.
¶ Aquilla facit tria oua: cubat duo et eijcit tertium: sicut dicūt homines; sed iam inueniebātur in eius ni

do tres pulli: ꝛ quādo habet tres pullos percutit alis tertium ꝛ eijcit ipsum: qꝛ nō habet dare nutrimentum tribus.

¶ Cubatio magnarum auium super oua est triginta dierum: et mediarum sicut accipitris ꝛ milui viginti dierum.

¶ Pauo viuit vigintiquinqꝫ annos et ponit oua sua postꝙ fuerit trium annorum quando sui colores complentur ꝛ sue penne: ꝛ ponit vno anno duodecim oua successiue ꝛ cubat oua sua triginta diebus.

¶ Pauo deponit pennas suas in tempoꝛe casus foliorum: et renouantur penne sue tempoꝛe renouationis folioꝛum.

¶ Galline cubant oua pauonum ꝛ anatum ꝛ aliarū auium: sed eligūt galline cubare inter alia oua pauonum: ꝛ nō possunt cubare nisi duo.

¶ Pisces quando ouant in loco sibi vsitato saluāt sibi oua sua bene ab occasionibus: ꝛ tot sunt oua in piscibus ꝙ si venirent ad vitam nimis multiplicaretur mare.

¶ Ex septimo libro.


Virina quadrupedum est spissioꝛ ꝙ hoīs.

¶ Vita armentoꝛum in terra ethiopum est diuturnioꝛ: quia vita eoꝛū durat vsqꝫ ad tredecim annos: ꝛ alioꝛum in alia regione vsqꝫ ad decem annos.

¶ Foꝛtasse quando sperma arietis fuit bonū ꝛ ouis fuit in bonis pascuis faciet ouis duos filios: et opus est ꝙ facies armēti sit versus septentrionē tempoꝛe luxurie: qꝛ melioꝛabitur.

¶ Aries qui habebit venas supꝛa linguā albas faciet filios albos: ꝛ quando vene ille sunt nigre faciet filios nigros: ꝛ qn̄ ruffe ruffos: ꝛ qn̄ varie varios.

¶ In anno qn̄ arietes senes festinant ad iuuenes ad coitū significatur ꝙ ille annus erit fertilis.

¶ Canis masculus postꝙ fuit sex mensium aut octo

luxuriatur et aliqñ citius.
¶ Canes venatores et generosi viuunt decē annos ꝛ femine tredecim ꝛ mares sunt minoris vite: quia laborant.
¶ Vita vaccarū ꝛ suorū masculoꝝ est vsq ad quindecim ānos ꝛ pascua augmētabūt vitā ꝛ quies forte.
¶ Ex octauo libro.



Omnes aues habētes vngues vncosas comedunt carnē ꝛ transglutiunt festināter tā maiores aues q̄ minores.
¶ Aues que venant comedūt quicquid superat ab eis preter q̄ genus suū.
¶ Aues venatiles raro potant.
¶ Lupi aūt ꝛ canes ꝛ his silia abhorrent alia preter carnes nisi ī necessitate sicut cū lupus comedit terrā quādo magnū habet appetitum canis etiam comedit quasdam herbas.
¶ Leo trāsglutit subito sine masticatione ꝛ ideo euomit comesta ꝛ postea comedit iteꝝ ꝛ comedit multū ꝛ fit pōderosus ex comestiōe ꝛ post stat in vno loco p duos dies ieiun⁹ ꝛ duas noctes: ꝛ nō eijcit a se sterc⁹ nisi semel ī duobus diebus aut tribus ꝛ illud est siccū sine humido ꝛ fetens: ꝛ sua vrina simil'r: ꝛ fit rabidus sicut canis.
¶ Oē aīal impinguat p moderatū ꝛ delitiosum exercitiū preter porcū q̄ impinguat ꝓpter stare in luto.
¶ Porcus preliat cū lupo ꝛ odit ipsum naturaliter.
¶ Vacce impinguantur ex oī re vētosa sicut orobo ꝛ fabis et ordeo.
¶ Equi ꝛ muli impinguant ex potu: ꝛ asini īpinguātur ex multo potu aque: ꝛ vacce appetūt potū aq̄ clare: ꝛ cameli ꝛ equi aq̄ turbide: ꝛ equi ꝓpter hoc turbāt aquā pedibus ꝛ post potant ipsam.
¶ Aues q̄ trāseunt de regione in regionē prīo vociferant ne remaneat aliqua aut recedat sine societate.
¶ Miluus abscondit se per aliquos dies paucos in

hyeme: ⁊ hoc ſm diuerſas regiones plus vel minus.
¶ Nullum aīal quadrupes abſcondit ſe preter vrſum et ericium: qr vrſus tūc nihl comedit ⁊ eſt pinguis valde ⁊ piger ⁊ ſue femine tunc pariunt.
¶ Vrſus comedit fructus et aſcendit arbores ⁊ ideo impinguatur.
¶ Dixit Ariſtoteles ꝙ aer cum eſt ſiccus impinguat colūbas ⁊ oua earū ⁊ ꝓprie agreſtes: ⁊ piſces ſunt cōtrarij huius: qr ſunt ſicut olera que magis creſcunt cū pluuia cū aqua quā attrahunt.
¶ Annus pluuioſus in hyeme et eſtate augmētat piſces ⁊ aqua maris efficitur dulcis tēpore pluuie.
¶ Aues minus potant ꝙ̄ cetera aialia: ⁊ que habent vngues curuos potant raro valde.
¶ Piſces marini et riuatici non vident de nocte niſi de die et ideo melius capiuntur anteꝙ̄ aſcēdat ſol.
¶ Aialia habēt quaſdam egritudines ſue ſpeciei proprias ſicut porci qui habent ſquinātiā: ⁊ apoſtemata dura glanduloſa nocent eis in collo ⁊ aliquādo ī alijs ſuis membris: ⁊ iſtud cogit eos mouere ſuos pedes multū ⁊ inuenitur dolor capitis in eis fortis ⁊ grauitas in interioribꝰ: et tūc in tali caſu moriuntur die tertia ⁊ diligunt multum glandes ⁊ impinguātur cum eis.
¶ Canibus accidit ſquinantia et podagra ⁊ rabies: ⁊ quando mordet canis rabidus interficit omne aīal preter hoiem qui pōt medicari.
¶ Elephas nō infirmatur niſi aliquādo ex infirmitate vētoſa ⁊ propter hoc nō poteſt aliquando mingere neqꝫ egerere.
¶ Vaccis accidit podagra ⁊ dolor capitis ⁊ nō eſt illa podagra fortis: ⁊ quando vnguntur ſua cornua aufertur illa egritudo: ⁊ dolor capitis inducit eis vehementem inſpirationem ⁊ vidētur febricitare ⁊ cadūt ſue auricule ⁊ non poſſunt comedere ⁊ moriuntur.
¶ Equi aſchecami nō habēt infirmitatē niſi aliquando in vngulis ⁊ ante iſtam egritudinē accidit eis tre

mor dextri testiculi.
¶ Equi almorthetici habent multas infirmitates: habent furiã scothomiã et apostemata pulmonis ꝛ stultificantur ꝛ habent dolorem oris stomachi qui inducit eis mortem et dolorem vesice.
¶ Asinis accidit catarrꝰ ꝛ qñ humiditas medulle descendit moriunꝉ ꝛ fugiunt frigus ꝛ ideo nõ sunt asini in terra sinistra ad coracenum.
¶ Est quedã terra in qua sunt capre in quibus distantia inter auriculas est palma ꝛ mediũ: ꝛ sunt ibi capri qui habẽt auriculas ferẽtes in terram.
¶ Sunt quedã vacce q̃ habẽt crines ꝛ quedã tondũtur sicut oues: ꝛ sunt in terra nigrorum que dicitur anubia.
¶ Oues in terra anubie pariũt agnũ cornutũ.
¶ Aialia quadrupedalia ĩ egypto sunt magna ꝛ aues parue ꝛ dicebatur causa in hoc: q꞉ aues nõ inueniunt quid venanꝉ ꝛ sunt ibi pascua fertilia.
¶ Sunt quedã aialia que qñ comedũt allia augmentaꝉ in eis venenũ sicut serpẽtes cũ comedũt scorpiones citius interficiunt.
¶ Saliua hominis ieiuni interficit animalia pungitiua.
¶ Mulieres ſm plurimũ sunt obediẽtes ꝛ maioris domatiõis ꝛ timoris ꝛ debilitatis preter leopardas ꝛ lupas: extimatur ꝙ femine quedã earuꝫ sunt audaciores ꝛ discretiores.
¶ Est autem homo subtilior: ꝛ mulieres sunt magis pie ꝙ viri ꝛ magis cõuertibiles et inuidiores ꝛ timidiores ꝛ inuerecundiores ꝛ magis stulte ꝛ mendaciores: ꝛ magis fraudulente: et recipiunt fraudẽ plus: ꝛ magis recolentes viles res: ꝛ magis pigre: ꝛ magis molles: ꝛ magis parate ad cõsuetudinem.
¶ Inter vulpẽ et coruũ est amicitia licet in terra nostra dicatur ꝙ sint inimici: vulpes amicantur cũ serpente ꝛ morãtur ambo inter lapides

¶Elephantes pugnãt inter se et qui vincit facit aliũ seruum sibi.

¶Fit fouea vbi debet transire elephas ⁊ cooperitur ⁊ cum venit elephas cadit in foueam: et post venit homo et percutit eũ fortissime ⁊ verberat diu: ⁊ post venit alius homo ad illum hoiem in cõspectu elephantis ⁊ verberat predictum hoiem ⁊ dehonestat ipsuz ⁊ reuertunt iterum similiter faciẽtes post multa ista facta semp vadit homo porrigens sibi herbas quas desiderat ⁊ ita recipit illum hominem in amicitia et obedit postea semper illi.

¶Capre oues ⁊ arietes sunt stulti et vadũt multũ in vanũ: ⁊ in hyeme non absconduntur propter frigus: immo aliquãdo exeunt a loco calido ad locũ frigidũ: ⁊ cum pluit nõ fugiunt a pluuia quousq; moriũtur.

¶Capre sunt minus pingues q̃ oia animalia ⁊ applicant se magis hominibus.

¶Oues capre timent tonitrua et cum audiunt abortiuntur.

¶Oues capre arietes ⁊ capri ante mediam noctem stant simul ⁊ dormiunt post sparsim: ⁊ vacce dormiũt coniunctim.

¶Cerui accipiunt filios ⁊ ducunt ad aquas ⁊ riuos ⁊ docent eos loca per que fugiant ⁊ abscondant se ⁊ ponunt eos in foueis ⁊ stant ante portam antri ad defendendum eos: quãdo mutant cornua abscondunt ea ne videantur ⁊ raro inueniũtur: et dicitur q̧ hoc facit: q2 sit in eo esse iuuamẽta: ⁊ qñ in principio crescunt ei cornua exeũt ei cornua in secũdo anno quasi duo pali: ⁊ in tertio anno cũ duobus ramis in vtroq; palo: et ĩ quarto cum sex: et post semper nascuntur in vna figura: ⁊ mutat sua cornua semp semel in anno.

¶Vrsa qñ hoies insequũtur ipsam trahit secũ filiũ suum: et quando non potest ipsum ferre ascendit arbores cum eo.

¶Caper montanus qui est in terra de creta medica-

tur suam plagam in qua remansit ferrū cū comestio-ne herbe que dicitur pulegiū ꝛ exit ferrum.
¶ Canes medicantur se cum herba que cognoscitur ab eis.
¶ Leopardus quādo comedit herbā que dicitur strā gulatrix leopardi comedit squibalū hoīs ꝛ sanatur: ꝛ ista herba interficit leones.
¶ Tortuca aliquando comedit post comestionē ser-pentis origanū agreste.
¶ Etiam narrauit mihi senex qui dilexit venationē ꝙ apposuit mentē ꝛ vidit auē tardā pugnātē cū vipe ra ꝛ vincebat̄ a vipera ꝛ recessit ꝛ comedit de quadā herba ꝛ reuertebat̄ ad pugnā: ꝛ ita fecit multotiēs: ꝛ hoc fecit naturaliter: ꝛ ille senex erat ꝓpe foueam: et postꝙ recessit auis tarda iuit senex ad illam herbā ꝛ euulsit illā ꝛ rediit postea auis tarda ꝛ nō inuenit illā ꝛ fecit strepitū maximū ꝛ cū prorsus nō inuenit her-bam: cecit mortua: ꝛ tūc sciuit ille senex ꝙ illa herba erat ei medicamē: ꝛ quādo senex ille explanauit mihi figuram ꝛ colorē illius herbe cōiecturaui ꝙ illa her-ba erat lactuca agrestis.
¶ Dixit Aristoteles ꝙ enestres qū pugnauit cū vipe ra comedebat rutā: qm̄ etiā vipera fugit odorē rute.
¶ Canes quādo habēt malū in ventre comedunt spi-cas tritici.
¶ Eritij sentiūt ventū septētrionalē ꝛ austrinum an-teꝙ flent: ꝛ intrant petras ne percutiantur a vento.
¶ Erat quidā homo apud constantinopolim habens eritiū ꝛ per ipsum predixit ventos: ꝛ per ipm̄ factus est diues.
¶ Dixit Aristo. ꝙ passer nō viuit duos annos: ꝛ ideo nō videt̄ super passerē masculū domesticū invere ma cula in pica nigra: sed femine viuūt duos annos.
¶ Grues qū volāt ascēdūt multū sursum in aerem: ꝛ qū aer vetat eis aspectū ꝓpter nebulā aut nubē percu tiunt fortissime aerē vt quevis audiat aliā in volatu.

¶ Grues quando dormiunt ponunt suos vigiles qui custodiũt se ⁊ stant super pedẽ ⁊ ponũt caput in alis cooperiendo ipm: preter reges qui dormiũt capite discooperto: ⁊ hoc vt citius audiant tumultus: ⁊ ille rex quando sentit tumultũ expergefacit alias per sonitũ quem facit.
¶ Dixit Aristoteles ꝙ grues pulli dãt patribus suis ad comedendũ quando patres sui sunt senes: ⁊ illud est nobis res dubia.
¶ Aquila viuit multũ et ideo facit nidum fortem in vno loco.
¶ Apes cibãtur ex melle ⁊ tamẽ comedũt inde parũ.
¶ Reges apũ sunt duoꝝ modoꝝ: ⁊ melior est rubeus ⁊ alter est niger ad colorem carbonis: ⁊ est duplus in quantitate ad apem que mellificat.
¶ Apes diuidũt opus suum: q2 quedã sunt que ducũt materiã a flore: ⁊ quedã sunt que rectificãt illã materiam post ⁊ faciũt ceram: ⁊ quedã sunt que adducunt potum pullis.
¶ Apes plus faciunt mel in vere ⁊ autũno: ⁊ melius est veris.
¶ Apibus placet percussio palmaꝝ ⁊ cantus: ⁊ cũ tali percussione ⁊ cãtu reuertuntur ad aluearia: ⁊ aluea re qđ est fertile est illud in quo auditur magnus strepitus apum.
¶ Quãdo dimittitur mel apibus in habũdãtia nihil operabũtur: ⁊ ideo oportet eis mel semper reduci ad mediocritatem.
¶ Camelus nõ luxuriat supra matrẽ suam: ⁊ ingeniati sunt hoies vt facerẽt camelũ ascẽdere supra camelam matrẽ suam: ⁊ cũ percepit camelus interfecit eũ qui fecit eũ ascẽdere supra matrẽ suam.
¶ De mirabilibus aialium est ꝙ gallina quando vincit gallũ in pugna erigit quasi esset gallus ⁊ percutit suis alis in sua luxuria quasi esset gallus: ⁊ eleuat caudam suã sicut esset gallus: ⁊ aliquãdo nascitur illi cor

nu in crure vt in gallo: ⁊ in hoc percipi potest obediētia nature cogitationibus aie quādo ꝓpter suā cogitationē post pugnā nascebatur ei cornu in crure.
¶ Gallus qn̄ moritur gallina ⁊ dimittit pullos: efficitur pius super pullos sicut esset gallina: ⁊ nō luxuriat illo tpe: ⁊ gerit se in mollitie sicut si esset gallina.
¶ Porcus ⁊ porca ambo castrātur: ⁊ hoc qꝛ porca habet testiculos ꝓpe vuluam.

¶ Ex nono libro.


Perma generatur post decimūquartum annū ⁊ efficitur forte post.xxij.
¶ Mulieribus veniunt menstrua ⁊ incipiunt crescere māmille sue in decimoquarto anno.
¶ Sanguis menstruus est in primis sicut sanguis iugulatorum.
¶ Voces mulierū mutantur cū accidit tempus menstruorum.
¶ Quādo mulier fistulat in aliqua canna acutiorē facit sonum ꝙ̄ masculus in eadē canna.
¶ Quando tempus menstruorum accidit mulieribus mulieres multū appetunt: ⁊ tunc quāto magis coeūt tanto magis appetūt: qꝛ semper magis fluit sperma quāto magis fit fricatio.
¶ Sunt quidā hoies nō habētes sperma ꝓpter occasionē que accidit cōplexioni.
¶ Vir qn̄ multū coit cito senescit.
¶ Mulier que multotiens coit non habet delectationem in coitu.
¶ Plus accidit de menstruis in principio mensis ⁊ in medio: ⁊ forte hoc est quia luna quando mutatur manifeste in suo lumine mutat humiditates in animalibus sicut in mari ⁊ flumine ⁊ fluxu ⁊ exfluxu.
¶ Mulier quādo in ea tardatur mēstruū dolet: quādo venit menstruū grauescit corpus: ⁊ quādo absconditur menstruum quasi suffocatur mulier: ⁊ quando

menstruatur mulier complete postea erit tempus naturale impregnationis: ꝛ aliquādo impregnaᵭ mulier tempoꝛe menstruoꝝ.

¶ Mulieres impꝛegnate sentiunt quod tenent in ventre ꝛ sunt magis ponderose in circuitu pectinis: masculi vt in pluribus sunt in parte dextra: ꝛ mulieres in parte sinistra: quia est magis frigida: sed aliquando mas est in parte sinistra quando sperma est magnū ꝛ multum.

¶ Ex decimo libꝛo.



Ulier que non pōt impꝛegnari aut ab oꝛtit cum impꝛegnatur ꝛ hoc accidit ꝓpter annos: aut ꝓpter aliquam occasionē siue cōplexionē: aut occasionē mēbꝛi pꝛincipalis: ꝛ aliquādo erit hoc ꝓpter matricē ꝛ hoc qꝛ calefaciet sperma ꝛ desiccabit ipsum: aut infrigidabit ipsum ꝛ faciet ipsum cōgelari: aut erit sicca ꝛ desiccabit: aut erit humida ꝛ vetabit coagulationem et inducet lenificationem: aut foꝛte complexio vasoꝛum spermatis damnificabitur: aut oꝛificia venaꝝ matricis erūt opillata: aut quia matrix erit multum ꝓfunda: aut qꝛ erit toꝛtuosa ꝛ posita in loco non naturali: ꝛ non fugit sperma ꝓm rectum: aut sanguis menstruus damnificabitur in sua complexione: aut fiet erroꝛ in ꝓuentu menstruoꝝ.

¶ Debet matrix tempoꝛe coitus esse humida temperate: et eius humiditas est de genere humiditatis sudoꝛis aut lachꝛymarum oculi quando inspiciunt solem: aut sicut saliua hominis quādo delectatur in cubo: ꝛ illa humiditas debet esse tempoꝛe coitus ꝛ non post: qꝛ impꝛegnatio iuuatur per siccitatem.

¶ Quando tempoꝛe coitus vadit semen mulieris ad matricem et non rectificatur per sperma viri resoluitur in ventositatem ꝛ facit ventrem tumescere: ꝛ sperma viri similiter quando intrat matricē non ꝓm modum naturalem.

¶ Quando mulier habet plagas in vulua nõ potest impregnari.

¶ Impregnatio est quando duo semina concurrunt simul: sed quando vnum anteriozatur vel posterioratur non accidit impregnatio: et quando mulier tarde eiicit semen tunc masculus qui tarde eiicit citius impregnat.

¶ Non omnis eiectio spermatis inducit debilitatez: quoniam illa eiectio que spermatis est cum est superfluum confortat.

¶ Ex vndecimo libro.

Animal sanguineũ est magis obtusum: qđ autem habet subtilitatẽ in sanguine est magis intelligens.

¶ Ex duodecimo libro.



Dico qꝫ cõplexio est res accidens ex qualitatum contrariaꝝ operatione in particulis minimis et diuidentibus et alterantibus se adinuicẽ et tunc in eis accidit vna qualitas que dicitur cõplexio.

¶ Solus homo habet pilos in sua palpebra superiori: et animalia quadrupedalia quedam habent: sed nõ habent in superiori et hoc: qz natura intendebat plus in custodiã illi⁹ qꝫ ceteroꝝ aialiũ.

¶ Nullũ aial pilosum est sub ascellis nisi homo: nec habens capillos multos in capite preter ipsum et causa in hoc est: qz habet medullã multam.

¶ Supercilia non habentur nisi a solo homine.

¶ Ex decimotertio libro.



Animal maioris cordis erit maioris timoris sicut lepus et ceruus: qz in eis calor paucus et multum expãdit᷑: econtrario est in paruo corde.

¶ Cor nõ põt apostema pati aut infirmitatẽ et ppter hoc nũqꝫ ĩ strãgulatiõe aialis inuenit᷑ in ei⁹ corde ĩfirmitas silis infirmitatib⁹ alioꝝ mẽbroꝝ.

¶ Splen nō est mēbrum essentiale qm̄ multa aīalia sunt que carent splene aut habēt minimū splenē.
¶ Dixit aristoteles q̄ superfluitas aquosa in auibus transit in pēnas et ideo nō egent vesica.

¶ Ex decimoquarto.



Ngues facti sunt propter quattuor iuua mēta vt cōfirmēt extremitates digitorū ne ledantur et debilitentur in cōprehen sione: et vt digitus posset per illas collige re res minutas: et iuuant ad scalpationē et vt sint arma: et tria prima sunt magis conuenientia homini.
¶ Strutio assimilatur auibus in quibusdam: et aliis aīalibus in quibusdam: et qr nō habet quattuor pedes habet alas: et qr nō est auis vere nō habet plumas sz simile pilis: et qr assimilabatur aīalibus quadrupeda libus habet soleam sicut camelus: et quia auibus ha bet illam curuam.

¶ Ex decimoquinto libro.



I aliqd aīal esset qd generaret se per se nō haberet masculinū vel femininū.
¶ Omnia animalia sanguinea que am bulant aut volant aut saltant erunt di uersa per masculinū et femininum: et erit inter illa luxuriatio.
¶ Uirga quando est longa nō multū generat ꝓpter longitudinē vie.
¶ Matrix est posita posterius vesica et anterius inte stinis vt sit culcitra inter illa et custodiat ab illis ꝓpter creaturam.
¶ Cū dixit magister primus qd testiculi exeūt a viis spermatis voluit intelligere q̄ nihil facerēt ad gene rationē spermatis: sed q̄ sua substantia est diuersa a substantia viarū que cōtinuantur cū illis.
¶ Sperma est superfluitas digestionis vltime: et est superfluitas bene digesta.

¶ Ex decimosexto libro.

PRimum geneneratum est cor post membra ventris.

¶ Aīalia quadrupedalia ⁊ habētia multos digitos nascuntur oculis clausis.

¶ Ex decimoseptimo libro.

AVes que sunt grauis volatus sunt multorum ouorū sicut galline.

¶ Galline ouātes bis in die parū viuunt.

¶ Ex decimooctauo libro.

VEr nō habens adhuc calorē repletū ⁊ senex a quo diminuitur calor faciunt filias vt in pluribus: ⁊ medij inter istos faciunt masculos vt in pluribus.

¶ Ex decimonono libro.



Rispitudo capilloꝝ non est propter materiam: sed qm̄ pori sui sunt tortuosi: vel propter calorem: et planicies capillorū est propter cōtrarietatem: ⁊ nigredo est ꝓpter caloris acritatē: ⁊ canicies ꝓpter cruditatem: ⁊ qui est ruffus ꝓpter equalitatē.

¶ Finis.

Incipiūt Cantica Auicenne trāslata ab arabico in latinum a magistro Armēgando Blasij de mōtepesulano.



Edicina est cōseruatio sanitatis: ⁊ curatio egritudinis: que accidit ex accidētibus in corpore. In al'. que accidit ex causa que in corpore existit. i.

¶ Cuius prima diuisio est in theoricam ⁊ practicam. Et theorica ex tribus rebus perficitur ⁊ completur. ij.

¶ Ex rebus aūt sunt septē naturales. Et ex eis sunt sex. Et omnes sunt necessarie. iij.

¶ Adhuc sunt alie res in libris scripte scȝ morbi cause: ꝛ accidentia. iiij.

¶ Practica diuiditur in duas species: quarum vna manibus exercetur: ꝛ alia cuȝ medicina: necnō eo qđ ex cibis ordinatur. v.

¶ Proculdubio ex rebus naturalibus sunt elementa ex quorū compositione existunt corpora. vj.

¶ Sermo quidē Hipocratis in libro de elemētis in his est sermo verus scȝ ꝙ sint quattuor: aqua: ignis: aer: terra. vij.

¶ Probatio veritatis predicti sermonis est: qm̄ cum corpus corrumpitur reuertitur in eisdem. viij.

¶ Si non esset nisi vnum elementum: non esset aliqđ animal cū morbo corruptibile. ix.

¶ Post hec aūt scientia complexiōis est ex iudicijs ī medicina cōferentibus. x.

¶ Quattuor sunt potentie seu virtutes cōplexionis: siue diuiserit: seu cōposuerit vir cōsultus. xj.

¶ Sensus tactus sentit ꝛ percipit caliditatē: frigiditatē: siccitatē: ꝛ humiditatem. xij.

¶ Predicte virtutes seu potētie reperiunť in elemētis tpe eo quo augeť seu pullulat in loco. xiij.

¶ Elementuȝ ponitur in vltimo simplicis complexionis. xiiij.

¶ Caliditas est in igne ꝛ aere. Frigiditas ꝟo ī terra ꝛ aqua. Et siccitas inter ignē ꝛ terrā. Et teneritas inter aquam ꝛ nubem. xv.

¶ Significatur nobis esse ꝛ generatio inter species ipsoꝝ cum diuersificentur adinuicem ꝛ vniantur siue coniungantur. xvj.

¶ Diuersificata fuerunt inuicem ne essent quid vnū ꝛ idem. Et fuerunt coniuncta ꝛ vnita ne viderētur omnino contraria. xvij.

¶ Imaginamur ī alio cōplexionē ab elemētis: puta

in composito ab eis a predominante. xviij.
¶ Ponimus equale & temperatū ad referendū ei eo φ habeat quattuor facies cōiunctas. xix.
¶ Fuerunt autē mixte & complete in eo ꝯm existimationē vt esset pondus & mensura. xx.
¶ Si aliquod ex eis declinauerit ad aliquod extremorum: nō tamē inde expoliabitur vel circūscribetur a virtutibus predictis: erunt nihilominus in eo absq; equalitate & temperie predicta. xxi.
¶ Denominatur aūt a noīe predominātis: vt igneū: terreum: aqueum. Sunt etiam ex eis que comparantur aeri. Omnes autem dicuntur per modum transitus & minus ꝑprie. xxij.
¶ Jam quidem perfecte sunt nouē species cōplexionis: neq; ex nunc accedam ad dictionē nouā. xxiij.
¶ Nūc aūt loquit de tpe ꝯm opinionē & existimationē. nō eñ cessit in eo stilus & modus inuestigādi subtilis. Hyems autem habet vim & naturā flegmatis. Et ver excitat sanguinē. Estas ꝟo colerā rubeam. Et autūnus coleram nigram. xxiiij.
¶ Quod autē augetur & minoratur diuiditur in species mineralium & plantarum & animaliū corpus habentium. xxv.
¶ Quod vincit & superat corpus est medicina. Quod ꝟo nutrit & auget est cibus. xxvi.
¶ Cōplexio habetur & cognoscitur ex sapore. Et hoc sillogismo vero & iusto. xxvij.
¶ Dulcis & salsus & amarus siccitatem. Acutus ꝟo calorem. xxviij.
¶ Omne liquidum non habēs saporem manifestum est equale & temperate fore complexionis. xxix.
¶ Ois sapor ponticus & acetosus frigidi sunt & sicci: necnō etiā oīs stipticus. xxx.
¶ Omne habēs dominiū pinguedinis & vnctuositatis est calidum & humidū. Et pure insipidū frigidum et humidum. xxxi.

¶ Animal per complexionem suam diuersificatur in etatibus. Erit tamē sermo nunc in hoīe solum.i.solū in cōplexione hoīs. xxxij.

¶ Calor puerorum appropinquat calori iuuenum in complexione. xxxiij.

¶ Iuuenes tamen declinant versus siccitatem. Puer vero est dñs humiditatis sensibilis. xxxiiij.

¶ Senectus aūt frigida cū ponderabis eam est sicut decrepitas ipsa: et adhuc amplius. In complexione cuiuslibet ex eis siccitas manifesta existit. Nihilominus et cruditas in humoribus decrepiti. xxxv.

¶ In masculis existit caliditas et siccitas. In feminis vero frigiditas et humiditas. xxxvj.

¶ Rememoratio signorū cōplexionū sumptorum ab habitudine corporis. xxxvij.

¶ Frigiditas et teneritas dñatur in cōplexione pinguis et laudabilis corporis. xxxviij.

¶ Habitudo corporis macra et extenuata significat complexionē ipsius esse siccam. xxxix.

¶ Omnes quorum vene sunt ex ipsorum corpore late sunt calidi. xl.

¶ Quicunque autē habens contrariā dispositionē eorum habet eā propter malitiā frigiditatis. xlj.

¶ Gradus quidem corporis equalis et iusti cecidit inter omnes. xlij.

¶ Non sumas signa a coloribus: si cōtingat eorum mutatio ratione regionis. xliij.

¶ Caliditas immutauit adeo corpora incolarum in regione ethiopum et nigrorum: quod nigredo cooperuit vniuersaliter corpora ipsorum. Habitātes vero in sclauonia tantā adepti sunt albedinē quod efficit et redigit eorum cutes rutilantes et candētes. xliiij.

¶ Si determines septem climata scies species complexionum. xlv.

¶ Quartū ex eis est iustū et equale in quo calor sequitur post complexionem. xlvj.

¶ Fuscus croceus colerā rubeam. Sed obscurus brunus colerā nigram. xlvij
¶ Corpus est rubeum ex dominio sanguinis. Et albū in colore sicut ebur ex humore flegmatico. xlviij.
¶ Complexio habentis colorē mixtū ex albo ⁊ rubeo est ſm existimationē equalis ⁊ temperata. xlix.
¶ Albus capillus est frigide complexionis. Sed capillus niger est calide complexionis. l.
¶ Cuius cōplexio est diminute frigiditatis habet capillos aureos flauos. Et cuius cōplexio est diminute caliditatis habet capillos rubeos. li.
¶ Color capillorum habentis complexionem equalem et temperatam est aureus ex flauo ⁊ rubeo mixtus ⁊ compositus. lij.
¶ Si corpus humiditatis glacialis ⁊ albuginee fuerit paruum: purum: ⁊ parue quantitatis: ⁊ exterius localiter perminuerit: quarum lux seu splendor fuerit coruscās ⁊ candens efficietur quidem inde color oculorum glaucus. Ex causis contrarijs cōuenit antimonialis. i. niger aut subniger sicut antimoniū. liij.
¶ Si cause glaucedinis cōplectunt cū causis antimonialitatis fit fasolan. i. varietas. liiij.
¶ Si fuerit spiritus paruus visibilis: fiet obscuritas. Si vero multus: continget inde splendor ⁊ luminositas. lv.
¶ Corpus est generatū ex humoribus varijs ⁊ diuersis in colore ⁊ cōplexione: ex flegmate: colera rubea: ⁊ sanguine: ⁊ colera nigra. lvi.
¶ Flegma naturale est insipidum: ⁊ frigiditatis temperate. lvij.
¶ Ex eo est qḋ vocatur vitreū noīe: est autē grossum ⁊ frigide complexionis. lviij.
¶ Ex eo aūt est adhuc flegma dulce qḋ siquidem non absoluitur omnino a caliditate. lix.
¶ Rursus ex eo est qḋ vocatur salsum: ⁊ hoc videtur versus calorē ⁊ siccitatē declinare. lx.

¶ Ex eo est quasi acetosum cum corrumpitur cibus: scȝ in stomacho. lxi.
¶ Ex colera decocta sunt varie in coloribus species. Quedā ex ea nominatur fumosa. lxij.
¶ Ex ea etiam est similis viridi eris ⁊ porro. Et iste quidē sunt magne malitie. lxiij.
¶ Et etiā alia a predictis que vitellina dicitur: neqȝ est perniciose virtutis ⁊ potentie. lxiiij.
¶ Alia spēs ex ea est: eius habitatio est in kisti fellis. Et oēs quidē declināt ⁊ vergūt ad caliditatē. lxv.
¶ Origo ⁊ augmentū sanguinis est ab epate: ⁊ trāsit inde per venas ad totū corpus. lxvi.
¶ Ex eo aūt est sanguis quem cōtinet cor. Sanguis aūt calide ⁊ humide est qualitatis. lxvij.
¶ Situs colere nigre est in splene: neqȝ est falsa opinio ista. lxviij.
¶ Turbulētia sanguinis est naturalis. Quelibet aūt ab ista est innaturalis. lxix.
¶ Que ꝓculdubio gñantur ex cōmixtione ⁊ adustione aliorum humorꝝ. lxx.
¶ Principalia ⁊ radices corporis sunt quattuor. Alia ab eis sunt velut rami. lxxi.
¶ Unū ex his est epar. Et ipm quidem preest cibo et nutrimēto in corpore. lxxij.
¶ Cor alit corpus vita. Et nisi ipm esset corpus assimilaretur plante. lxxiij.
¶ Abinde est calor qui est corpori: sicut elementū qd transire facit ab ipso abzar. lxxiiij.
¶ Ecce ꝙ cerebrū cū neruis ⁊ filo nuche custodit ⁊ preseruat ignē ⁊ calorē cordis ab inflāmatione. lxxv.
¶ Ex eis est motus iuncturaꝝ. Sed testiculi sunt mēbra generationis. lxxvi.
¶ Ex generatione eoꝝ species cōseruantur in quoꝝ terminatione fieret terminatio ⁊ abscisio. lxxvij.
¶ Caro: pinguedo: ⁊ species glandulaꝝ sunt tanꝙ famulantes predictis. lxxviij.

¶ Ossa ⁊ panniculi et ligamenta sunt velut columne ⁊ fulcimenta corporis. lxxix.

¶ Ungues aũt fuerũt ĩ extremitatib⁹ ꝓpter auxiliũ. Sed pili fuerũt ꝓpter supfluitates vel ornatũ. lxxx.

¶ Sed omnia sunt famulantia: cum perficiant statură ⁊ figurã per radices. lxxxi.

¶ Spirit⁹ naturalis efficitur ex fumo seu vapore laudabili puro ⁊ mũdo. lxxxij.

¶ Quod autē ex eo iam purificatum existit in corde est illud per quod manet vita ⁊ existit. lxxxiij.

¶ Hec generatio eius qḋ ex eo fertur in cerebro ⁊ ei⁹ miringa fit voluendo. lxxxiiij.

¶ Insunt aũt huic spiritui imaginatio: ratio seu intellectus: ⁊ memoria: cũ complent̃ ⁊ perficiũtur ipius species in ventriculis cerebri. lxxxv.

¶ In quolibet ex spiritibus est virtus propria ab illa que est in alio. lxxxvi.

¶ Septem virtutes numerãtur in natura ꝫm diuersitatem earũ in forma ⁊ specie. lxxxvij.

¶ Ex his est virtus ĩmutatiua spermatis: preter qḋ depingat ipm. lxxxviij.

¶ Ex his etiam est virtus que aliqua forma ⁊ figura informat corpa: necnon quãtitate ⁊ numero. lxxxix.

¶ Est etiam virtus attractiua: digestiua: retẽtiua: et expulsiua. xc.

¶ Est etiam ex his virtus vniens membris: quod similatur corpori ex nutrimento. xci.

¶ Due sunt species virtutis vitalis. Et actionis cuiuslibet ex eis sunt due partes. Ex quibus est vna qua fit actio pulsus super dilatationem ⁊ constrictionem venarum pulsatilium. xcij.

¶ Soror aũt eius est illa qua agũtur actiones cuiusꝗ agibilis: sicut est amare: ⁊ habere aliquid odio: et depressio anime: ⁊ eius exaltatio. xciij.

¶ Nouẽ sunt virtutes q̃ ab aĩa numerant̃. Ex quibus sunt quinꝗ subsensitiua: visiua: auditiua: olfatiua:

gustatiua & tactiua vniuersalis. xciiij.
¶ Est etiã virtus ad neruos perueniẽs ex qua seu per quã mouet quis artus & iũcturas suas. xcv.
¶ Ex eis etiam est virtus qua imaginantur res sicut videntur. xcvi.
¶ Est autem adhuc ex eis virtus in qua est ratio. Et etiam in qua est memoria. xcvij.
¶ Omnes operationes virtutũ numerãtur ẜm ipsas virtutes quarũ sunt operationes. xcviij.
¶ Hec aũt operatio dicit equiuoce de quibus dicit: sicut de attractione digestione & retẽtione. xcix.
¶ At sicut de transitu ẜm penetrationem cibi & appetitus. Nã attractio est operatio simplex vni⁹ virtutis solius. Appetitus vo cibi existit ex duabus operationibus simul compositis: scilicet ex operatione sentiẽdi & attrahendi. Operatio autem sentiendi & impellẽdi efficit transitum & penetrationem cibi. Hec enim opera ex predictis ambobus efficiuntur. c.
¶ Rememoratio sexta rerum necessariarum ex quibus prima est aer. ci.
¶ Sol habet iudicia sup aerẽ: que siquidẽ insunt tẽporib⁹ anni manifestãtur ex impressionibus. Climata etiam habẽt super hec iudicia. cij.
¶ Aer etiam alteratur & immutatur ratione alicui⁹ astri orientis vel occidentis. ciij.
¶ Cũ etiã sol appropinquat inflãmatis incendit & inflammat aerem. ciiij.
¶ Hoc siquidẽ verũ est intantũ etiã q cũ inflammata elongant aliquo modo a sole vident aerẽ aliquantulũ infrigidare. cv.
¶ Si etiam stelle que dicunt infortunate fuerint in exaltatione sua significabũt super corruptionez animatorum. Si vo que fortunate dicuntur fuerint ibidem significabunt salutem eorũdem. cvi.
¶ Tanto frigidior est illa quãto alteri⁹ super mõtes existit: cõplexio vo ville existentis in valle iudicatur

calida. cvij.
¶ Si ꝟo montes a parte meridiei: ⁊ claudatur montibus iudicetur infrigidari a septentrione. cviij.
¶ Villa edificata a parte meridiei iudicatur calida ratione exufflationis illius venti meridionalis super eam. cix.
¶ Sed si sit ex parte occidentis habebit aer eiꝰ grossitiẽ. Si ꝟo ex ꝑte oriẽtis habebit subtilitatẽ. cx.
¶ Maria habent contrarium iudiciũ in hoc: sicut sapientes retulerunt. cxi.
¶ Transmutatio aeris ratione ventoꝝ. Venti enim generãt in aere illud qđ generãt in eo mansiones in al'.impressiones. cxij.
¶ Est quidem in meridionali caliditas ⁊ humiditas pro quanto generat super calefactionem ⁊ putrefactionem. cxiij.
¶ Frigiditas ⁊ siccitas insunt septentrionali: ⁊ ideo generatur inde tussis. cxiiij.
¶ Calor ⁊ subtilitas insunt orientali. Et frigiditas ⁊ grossities occidẽtali. cxv.
¶ Oĩs angulus terre mollis: cuius circũferẽtie sunt discooperte mõtibꝰ: ⁊ hñs fontes aque dulcis: est siquidem cõplexionis humide. cxvi.
¶ Generatur autem siccitas in aere appropinquante alicui ville: cuius terra vel locus saxosus est ⁊ salsus. cxvij.
¶ Domus valde patula ⁊ omnibꝰ vẽtis discooꝑta est in hyeme valde frigida: estate ꝟo calida. cxviij.
¶ Ex domo autem depressa ⁊ subterranea habetur iudiciũ contrarium. cxix.
¶ Calor inest pãno facto ex serico ⁊ coto: ⁊ frigus in masculi.i.panno plano non lanuginoso seu velleroso ⁊ lineo. cxx.
¶ In compositis ex pilo ⁊ lana inest cum caliditate aliquãtulũ siccitatis. cxxi.
¶ Judicat̃ caliditas super cõplexionẽ cuiuslibet flo-

ris: ⁊ cuiuslibet aromatici: exceptis quinqꝫ .s. myrra: salice: nenufare: rosis: ⁊ violis: que quidē sunt frigida: tum etiam aromatica. cxxij.

¶ Laudabilior ⁊ vtilior ex coloribus visui est niger aut viridis. Alb⁹ aūt ⁊ citrinus: neqꝫ nō oē splēdidū ledit ⁊ disgregat lucē oculoꝝ. cxxiij.

¶ Scito ꝙ vera cibi actio ē augere augēda ⁊ restaurare omne deperditum ex dissolutione corporis ⁊ ad pristinū statū deducere. cxxiiij.

¶ Est aūt ex eo eligendus ille qui in sanguinē laudabiliorē conuertitur ⁊ transmutatur. cxxv.

¶ Leuis aūt ⁊ subtilis est ex eo panis tritici: ⁊ carnes pulloꝝ galline: ⁊ sicut bliti ex oleribus: hi enī conueniunt patiētibus. cxxvi.

¶ Grossi autem ex vsualibus sunt sicut simila: ⁊ sicut muto delectabilis duorum annorum. cxxvij.

¶ Piscis notus habitās in rupib⁹ est cib⁹ vexato ab exercitio ⁊ labore. cxxviij.

¶ Ex eis etiā sunt subtilis malitie: sicut sinapis cepe ⁊ alleū: hi aūt generant colerā rubeam: vnde ⁊ quandoqꝫ sumuntur in via medicine. cxxix.

¶ Ex eis sunt etiā generantes melancholiā ex qua in quibusdā corporib⁹ morbi generant: velut hyrci antiqui boues panis furfure⁹ ⁊ caseus. cxxx.

¶ Rursus quidā ex his causant ⁊ efficiunt humorem flegmaticū: sicut grossi ⁊ genera lactis. cxxxi.

¶ Aque delectabiles ⁊ fluuiales cōseruāt humiditatē radicalē: ⁊ causant egressum fecū ⁊ supfluitatū digerūtqꝫ ⁊ deducūt cibū per venas. cxxxij.

¶ Melior est ex aquis pluuialis munda: qm̄ nihil admiscetur ei qđ inferat eis nocumentū cxxxiij.

¶ Ex eis aūt sunt egrediētes a naturali dispositione eaꝝ quaꝝ ꝓpria actio est ſm complexionem eius qđ admiscetur eis. cxxxiiij.

¶ Omne quod bibitur ex cerusijs lacte ⁊ vino nutrit corpus. cxxxv.

¶ Potus conuertens corpus ad sui naturaꝫ est sicut oximel ex sui iuuamento. cxxxvi.
¶ Somnus est quies virtutum animalium motiuaꝝ et sensitiuarum. cxxxvij.
¶ Ipse eñ calefacit corporis interiora ex quo fit cibi digestio laudabilis ⁊ melior. cxxxviij.
¶ Si autem somnus multũ prolongatur: replebitur caput humoribus. cxxxix.
¶ Ipse eñ humectat corpora: et relaxat extinguitqꝫ calorẽ viuificãtem ipsa. cxl.
¶ Temperata vigilia excitat valde sensus: ⁊ dispo- nit vires ad exercendũ operationes suas: ⁊ cum hoc mũdificat corpus a fecibus ⁊ superfluitatibus. cxli.
¶ Et longa autẽ vigilia cõtingit expergefactio ⁊ in- somnietas generãs anxietatẽ ⁊ angustiam aĩe. Ipsa etiã dissoluit spũs ⁊ corpa sedat: ⁊ corrũpit splẽdorẽ ⁊ claritatẽ corpis ⁊ colorẽ eius: ⁊ ꝓfundat oculos: no cetqꝫ digestiõi: ⁊ mẽtẽ tollit: ⁊ corp⁹ infrigidat. cxlij.
¶ Ex exercitijs decet q̃ fiat temperatũ moderatũ ⁊ equale: nã equat ⁊ temperat corpora: ⁊ efficit egres- sum superfluitatũ ⁊ humiditatũ. cxliij.
¶ Disponit etiam corpus ad hoc vt nutriatur: ⁊ dispo nit paruũ vt augeatur. cxliiij.
¶ Immoderatũ ex eo ꝓprie dicitur labor: qui quidẽ spiritũ euacuat: ⁊ educit: ⁊ emacerat pingues ⁊ carno sos ⁊ inflãmat calorẽ extraneũ: ⁊ ducit etiã humidita tes a corpore: ⁊ debilitat neruos ex violẽtia doloꝝ: ⁊ facit corpus senescere ante etatẽ senectutis. cxlv.
¶ Ultimata quies est incõueniens: neqꝫ est iuuamen tũ in vltimitate eius: immo ipsa replet corpus humi ditatibus sicut ⁊ glandulis ⁊ nodis: neqꝫ disponit cor pus ad aliquem cibum. cxlvi.
¶ Corpus indiget vniuersali euacuatione omniũ mẽ broꝝ corporis per flobothomiã ⁊ farmaciam: ex qua quidẽ est perfectũ iuuamentũ in vere. cxlvij.
¶ Uomitus fiat in estate. Sed melãcholia educatur

in autumno. cxlviij.
¶ Gargarismata & dentifricia purgāt & mundificāt palatum & dentes. cxlix.
¶ Prouoca vrinam: al's incident in hydropē. Et prouoca menstrua: sin autē corrūpentur corpora eoꝝ. cl.
¶ Due feces in colica: nam in earum eductione curabitur patiens. cli.
¶ Utere balneo ad tollendum sordes & immūdiciā: neq; sis in hoc piger si velis educere superfluitates a corporis superficie & cutem ab accidentibus immūdicie mundā facere. clij.
¶ Coitus cōmendatur iuuenibus quatenus per eum a nocumētis perniciosis liberentur. cliij.
¶ Nequaq̄ tamen concedatur macris: senibus: aut etiam debilibus. cliiij.
¶ Incurrit podagram & dolores alios ille qui vtitur coitu immediate post cibū sumptum. clv.
¶ Multus coitus debilitat corpus: facitq; ipm hereditare varias spēs nocumentoꝝ & doloꝝ. clvi.
¶ Ira aīe vel timor incitat frigiditatē qui quandoq; magnificat in tantū donec ledat in vltimo. clvij.
¶ Magnum & multum gaudiū impinguat corpus: & ideo multū ledit pinguē & crassum. clviij.
¶ In lamēto quidē & tristitia fertur iudiciū nocumenti super macrū. Et cōfert indigēti dissolutione. clix.
¶ Morbi ex superfluo calore in mēbris cōsimilibus absq; superfluitate generati sunt sicut morbus febrilis: & cōsumptiuus sicut in ethica & ptisi. clx.
¶ Morbus autem ex calore cum humore est sicut febris putrida. clxi.
¶ Ex eis autem sunt morbi frigidi absq; materia: sicut congelatio contingens ex niue grādine vel frigore. Et ex eis est frigus cum materia sicut paralisis cū magna quātitate flegmatis. clxij.
¶ Ex eis est humidus absq; superfluitate: sicut habitudo corporis que laxa vel mollis videtur. Et ex eis

est morbus humidus cum materia humorali: sicut repletio ventris in hydrope. clxiij.

¶ Morbus siccus cũ materia est sicut cancer vel glādula. Sed siccus preter ꝙ in corporibus sit materia est sicut spasmus ex inanitione. clxiiij.

¶ In membris organicis existũt morbi cui accidit in plasmate lesio vel nocumentũ. clxv.

¶ Est autem morbus in augmento si fuerit caput nimis magnũ. Et in diminutione si fuerit stomachus nimis paruus. clxvi.

¶ Si videatur forma capitis lata vel compressa erit error vel peccatũ in plasmate. clxvij.

¶ Ex eis etiam est morbus in concauitate: cum accidit ei nocumentum sicut cum planta pedis carne repleatur. clxviij.

¶ Aut si accidat ꝛ interponat aliquid in poris ꝛ meatibus: sicut contingit in opillationibus ex lapidibus renum contingentibus. clxix.

¶ Aut si membrũ qđ debet esse asperũ sit lene: vt stomachus in quo superflua humiditas exuberat. Aut si quod debet esse lene exasperetur: sicut canna pulmonis cum exiccatur. clxx.

¶ Est autem numerus a natura egrediens in sex vel quattuor digitis. clxxi.

¶ Interdũ vniũtur duo digiti ꝛ iungũtur. Et interdũ crura innaturaliter separantur. clxxij.

¶ Solutio diuisi in alias vnionis existit in cōiunctione membrorum aut in separatione. In coniunctione quidem sicut ex dislocatione brachij ꝛ incisione pedis vel manus. clxxiij.

¶ Solutio in ossibus est fractura. In tunicis autē ꝛ venis dicitur ruptura. Sed solutio facta ẜm latũ vel longũ in neruis dicitur fixura vel pũctura. clxxiiij.

¶ Solutio facta in ligamētis vel chordis dicit quassatio, ꝛ arabice dicitur rabat. Sed facta in carne dicitur vulnus. Si tamen produceretur tempus eius

diceretur vlcus. Sed facta in sola cute dicitur excoriatio. clxxv.

Cause diuiduntur in manifestas apparentes que scilicet contingunt cuti et superficiei corporum: sicut ignis ꝛ nix: percussio aut ruptura contingens ex saltu. clxxvi.

Ex causis etiam sunt que dicuntur coniuncte. Et ipse quidem sunt inter has species differētes: ꝛ hoc quia quandiu continuatur putrefactio continuatur et febris putrida. Ex causis etiam sunt que antecedentes appellantur omni repleto corpori congruentes. clxxvij.

Ex causis efficientibus vniuersaliter est quicquid corrumpit membri complexionē ex infusione humoris ad ipsum. clxxviij.

Hec sunt potentia impellētis ꝛ debilitas seu in potentia recipientis ꝛ multitudo mali humoris fluētis: latitudo meatuum: ꝛ debilitas nutritiue: hec em̄ est sufficiēs summa eaꝝ: necnon etiam qꝛ videbis qualitatem in substātia corporis existentem superari: ꝛ ad sui contrariā declinare. clxxix.

Quod generat in eo calorē est quidem causa quare contingat corpori illud quod inde eidem contingere cōsueuit. Usus autē ꝛ esus allei est calidū in potētia: sed calidū in actu est sicut calor solis. clxxx.

Ex his sunt motus anime sicut ira: ꝛ motus corporis sicut labor: ꝛ corruptio et putrefactio: et cibi paruitas: ꝛ quod poros corporis cutis claudit ꝛ constringit sicut aer. clxxxi.

Causa vero harū egritudinū est quicquid in eo frigiditatē generat: ꝛ quicquid soluitur ex eo dissolubile: cuius virtus aut est in potētia velut cōtingit in iusquiamo assumpto: aut in actu sicut in niue. clxxxij.

Famis est cum pabulum spirituū terminatur: ꝛ sic contingit cū terminatur ꝛ consumitur oleū in lampade vel surcibulo. Uehemens etiā saturitas. ꝛ crapu-

la calorem suffocat ⁊ extinguit. clxxxiij.
¶ Motus aũt fortes ⁊ diurni sunt causa euacuatio-
nis spirituum ⁊ infrigidationis corporis. Quiete etiã
infrigidat̃ calor sicut flãma fumo extiguit̃. clxxxiiij.
¶ Fortis ⁊ valida corporis dẽsitas concludit calorẽ
in corpore donec extinguatur corpus: immoderate
rarum seu spongiosum de facili infrigidatur cum sit
propinquũ ⁊ dispositum ad hoc vt in eo calor de faci-
li dissoluatur. clxxxv.
¶ Cũq3 sunt numero scripta humiditatẽ generantia
ex quibus aqua calida dulcis super totum infusa est
humida in actu. clxxxvi.
¶ Ex humectãtibus aũt in potẽtia est vsus pisciũ de-
lectabiliũ: casei recentis: quies corporis: ⁊ imodera-
ta refectio vel saturitas. clxxxvij.
¶ Cũq3 siccitatem generantia sensu intellectu ve ap-
prehensa: ex quibus quedam actu existunt sicut bo-
reas: ⁊ quedam in potentia sicut esus sinapis ⁊ tan-
ta famis seu abstinentia per quam humiditas cor-
poris consumatur: ⁊ omnis motus fortis ⁊ violen-
tus. Cõtingit etiam corporis exiccatio ex ventris so-
lutione. clxxxviij.
¶ Cause magnitudinis mẽbrorũ sunt fortitudo ⁊ po
tentia formatiue ⁊ etiã nutrientis. clxxxix.
¶ Cause paruitatis mẽbroꝝ sunt contrarie eis q̃ ma
gnitudinẽ efficiunt in eisdẽ. cxc.
¶ Cause corruptionis formarũ est in numero simili-
tudinũ: qd̃ quidez ratione malitie cõplexionis existẽ-
tis in matrice cõtingit: aut paruitate spermatis: aut
malo egressu fetus in ortu suo ex cuius tortura cõtin
git peccatum in figura ⁊ forma. cxci.
¶ Ex his etiam est nutrix si deliquerit fasciãdo ipm
aut eleuando vel deprimendo ipsum. cxcij.
¶ Vel si forsan augeatur in eo cib⁹: aut ad nutriẽdũ
cui malus existat. cxciij.
¶ Aut si puer debilitate sua cadat cũ nõ regit̃ ab alio

⁊ ipsius tibia aut crus inde frãgãtur: vel eius nasus percutiat taliter q̄ inde tensionem ⁊ pressionē patiatur. Nō eñ pōt materia ratificari si moueat̄ q̄s impotens se sustinere ratione fracture ossis nondū perfecte consolidate. cxciiij.

¶ Hoc etiã facit multitudo humoꝝ in leprosis ⁊ paruitas eorūdē ⁊ cōtinuitas febres facientibus. cxcv.

¶ Aut tortura oris ⁊ faciei contingens ex mollitie ⁊ relaxatione nerui aut corrugatione ⁊ tensione nerui versus collum declinante. cxcvi.

¶ Vestigia apostematū ⁊ cicatrices vlcerū ⁊ vulneꝝ ꝓculdubio formas in sup̄ficie corrūpunt. cxcvij.

¶ Sapientes dederunt operam in collectione eorū q̄ sunt de genere claudētiū ⁊ obturãtiū poros ⁊ meatus: ex quibus sunt fortitudo retentiue ⁊ debilitas expulsiue: interdum etiã frigus est cã huius. cxcviij.

¶ Siccitas etiã coartat eos valde ⁊ similiter faciūt ligature. apostema etiã angustat ⁊ obliquat per cōstrictionem exterius in aliquo mēbro generatã. stringit etiã eos medicina stiptica. cxcix.

¶ Hoc etiã contingit interdum cōsolidatione vulnerū ⁊ vlcerū: ⁊ etiã verruca seu porro ⁊ carne naturaliter augmentata. cc.

¶ Hoc etiam humor facit aut sanies vel sanguis lac coagulatum ⁊ aqua. cci.

¶ Hoc etiam faciunt vermes lapis ⁊ fex sicca ⁊ dura ⁊ aer. ccij.

¶ Cause operationis meatuum sunt fortitudo expulsiue ⁊ debilitas retentiue. cciij.

¶ Ex his etiã est oīs medicina aperitiua calida ⁊ humida necessario. cciiij.

¶ Quicquid auget̄ ⁊ excedit numero in nobis: augetur sic ex multa materia: vt digitus si fuerit materia laudabilis: aut rana si materia illaudabilis. ccv.

¶ Quicquid minuitur in nobis numero: contingit cōtrario eius cuius rememorationem fecimus. ccvi.

¶ Causa generās asperitatē est ablatio humiditatis que interdum ex humore frigido cōtingit puluere sti pticitate ciboꝝ ꝛ medicinaꝝ. ccvij.
¶ Causa leniens asperitatem est sicut humor visco-sus: ꝛ omne pingue vnctuosum. ccviij.
¶ Proculdubio omne illud de cuiꝰ natura est vt stet separatū ab aliquo: cum aliquo modo ei vnitur si cuꝫ eodem coniungetur. Si vulnus nō debite solidetur: ꝗ res in mēbro inopinata ostēdetur. ccix.
¶ Ex hoc etiam est fortitudo ī mutatiōe: ꝛ debilitas informatiue. ccx.
¶ Quāuis separatio contingens cuilibet ex eis quorum natura est vt sunt in situ coniuncta sit de genere ꝛ numero egritudinum situs et positionis in membris organicis: ꝛ nihilominus etiā proprie de genere solutionis diuisi seu continuitatis: cuius quidē solutionis cause he referuntur. ccxi.
¶ Humor quidem habens vim ꝛ qualitatem vstiuam ꝛ calefactiuam ꝛ corrosiuam vel sanatiuam: aut hypostasis impulsa seu imbibita contusioneꝫ inferens: vel viscositas relaxans quod mouere deberet: vel saltus contūdens lanians ꝛ disrumpens vel lapis offendens ꝛ contundens. ccxij.
¶ Ex eis sunt medicine corrosiue ꝛ vstiue: vt ferrum corrodens ꝛ lanians. Et quandoqꝫ ventus scindit ratione tensionis. Idem etiam agit ignis sicut in ceteris. ccxiij.
¶ Quedā ꝛ accidentia reperiūtur in operationibus: ꝛ quedam in quibusdam corpori contingentibus: et quedam in egredientibus ab eodem puta in fecibus egressu scilicet sanguinis sudore ꝛ vrina. ccxiiij.
¶ Egressus naturalis operatiōis a dispositione sua est triplex scilicet ipsius debilitas: ipsius ablatio: ꝛ ipsius immutatio seu corruptio: qđ in quolibet morbo est etiam manifestum. ccxv.
¶ Debilitas enī operationis visus est cum aliquis de

biliter videt: ꝛ ipsius ablatio cum omnino visus pro-
hibetur vel aufertur: ꝛ ipsius corruptio ꝛ inconue-
niens immutatio cum imaginatur se videre que non
videt. ccxvi.

¶ Exempla accidentium proportionabilia reperiun-
tur in accidentibus contingentibus alijs operationi
bus. ccxvij.

¶ Sensus visus attingit ꝛ percipit interdū aliqđ ex
accidētibus qualitatū corpori cōtingentibus citrini
tatē ꝛ tumorē visu perceptibilē. Et interdū attingit ꝛ
percipit auris aliqđ ex eisdē sicut sonū vētris ī hydro
pe. Percipit etiā ex eis aliqđ sensus odorat⁹ quem-
admodū fetorē cōtingētem in vlceribus putridis et
corruptis. Ex eis etiā est qđ suo sapore ꝑcipit ꝛ sic cō
tingit cum acredo vel acetositas in ore ꝑcipitur. Ta-
ctū etiā qđ ex eis cognoscitur: sic em̄ ꝑ tactū cognosci-
tur cācri durities. ccxviij.

¶ Super accidētia ab egrediētibus a corpe sumpta
excitantur siquidē quinqꝫ sensus. ccxix.

¶ Sicut ī vrina si rubea sit vel nigra: ꝛ sputo si fuerit
vel vt sanguis vel sicut butyrū: ꝛ in eo qđ quidē rōne
dissolutionis vel resolutiōis egreditur sicut cōtingit
vētositate sternutatiōe oscitatiōe. In vomitu etiam
reperitur interdum acetositas amaritudo vel stiptici
tas: ꝛ cum vrina fuerit fetida significat quidē super
vesice vlcera: ꝛ si in sudore sentitur si frigidus fuerit
vel calidus tenuis vel viscosus. ccxx.

¶ Et quedam accidentia sunt patientium passiones
et apud nos signa et demonstrationes. Et post ꝙ fe-
ci rememorationem de his quasi transitorie ꝛ in ge-
nerali: faciam nūc rememorationem de eisdē in spe-
ciali. ccxxi.

¶ Omne signum sicut dictū est rememoratiuū aut p̄-
sentis indicatiuū: vel futuri ꝓnosticū. Est tñ vtile nō
necessarium nobis ꝙ referimus ex eo qđ preterijt si-
cut humiditas terminati sudoris. ccxxij.

¶Omne illud quod significat super illud quod iam existit: necnon etiam quod significat super illud quod speramus est quidem multum necessarium: cura eni conueniens fit a nobis cū auxilio huius rei. ccxxiij.
¶Ex his quidem signis sunt quedam generalia: et quedam specialia: et particularia alicui ex membris de quibus quidem specialius faciam rememorationē in arte seu parte artis curatiue. ccxxiiij.
¶Omne signum generale sumitur a membris principalitatem et dominium habentibus: puta ab epate cerebro ⁊ corde: hec eni scḋm veritatem dicuntur principalia. ccxxv.
¶Et cum est recte formationis seu imaginationis ⁊ ratiocinationis seu cogitationis sane memorie ⁊ recordationis. ccxxvj.
¶Motus etiam ⁊ sensus laudabilis significat super capitis sanitatem: et nocumenta eius contingentia denotant proculdubio quod morbi existant in cerebro. ccxxvij.
¶Cū cor incedit recte in passione sua: tūc eius dispositio est pacifica ⁊ tranquilla. ccxxviij.
¶Nequaquam fuerunt genera pulsus in numero denario posita nisi ab ore sapiētis. Quorū quidem primus ab estimatione dilatationis est assumptus: ipse enim significat super dn̄ium ⁊ fortitudinē virtutis ⁊ ipsius equalitatem. ccxxix.
¶Magnus autem est cuius dimēsiones eminēt ⁊ descendunt ⁊ significāt super fortitudinē scḋm suā existimationem. ccxxx.
¶Paruus pulsus est cōtrarius in virtute: ⁊ etiā pulsus longus ⁊ breuis. ccxxxj.
¶Ex eo strictus ⁊ latus necnon etiam eminens ⁊ profundus. ccxxxij.
¶Genus eius relatum temperiei motus est varius ⁊ diuersus. Ex quo est pulsus velox magne iactantie: ⁊ significat quidem super vim ⁊ calorem. Ex eo etiam

pulsus est tardus dominās cōgelationis: vnde signi
ficat super debilitatem cū frigiditate. ccxxxiij.
¶ Genus sumptū ab existimatione temporis quietis
diuiditur in suas species: scꝫ in frequentē spissum ꝛ si
ne quiete significantē super debilitatē virtutis ꝛ ca-
loris. Et in tardo sibi contrariū qui super laxitatem
et frigiditatem attestatur. ccxxxiiij.
¶ Genus sumptum a dispositione virtutis diuiditur
in fortē pulsantem ꝛ magnū in sibi contrariū debilē:
cuius pulsatio ꝓfunda est ꝛ exilis. ccxxxv.
¶ Ex genere sumpto a corpore vene per tactum pul-
sus durus qui attestatur sup̄ siccitatē. Et ex eo est qui
tactu mollis ꝛ humidus reperitur significās super sui
corporis mollitiem. ccxxxvi.
¶ Genus sumptum a prima qualitate corporis vene
significat recte super cōplexionē: scꝫ frigidus super
frigidā: ꝛ calidus super cōtrariā. ccxxxvij.
¶ Genus sumptū ab eo ꝙ repletur vena declarat di-
spositionem ꝛ esse humorꝝ eius. Plenus em̄ super hu
morꝝ abundantiā. Et vacuus super ipsorꝝ diminutio
nē habet attestari. ccxxxviij.
¶ Genus sumptū ex motionibus ꝛ quietibus pulsus
detegit quidem ad sensum species eorꝝ. Est autem ex
eo species iusti ponderis: ꝛ conueniens pulsibus eta-
tum temporum anni ꝛ regionis. Ex eo etiam est egre
diens a debito consueto. ccxxxix.
¶ Ex eo etiam est sine pondere contrarius ei quē pre
misi sine pondere. ccxl.
¶ Aliud genus eius sumitur ab equalitate vniformi
tate aut diuersitate ꝛ inequalitate ipsius. ccxli.
¶ Qui recte incedit vniformiter ꝛ ordinate dicit̄ vni
tus siue equalis. Qui ꝟo claudicat ꝛ deuiat in hoc in-
equalis dicitur ꝛ diuersus. ccxlij.
¶ In diuersitate generis sumpti in numero percus-
sionum arterie sunt differentie. ccxliij.
¶ Differens pluribus percussionibus diuidit̄ in duas

species. ccxliiij.

¶ Inequalitate ⁊ diuersitatibus ordinatum ⁊ ordine carentē quē scȝ aīa percipere nequit. ccxlv.

¶ Dn̄s huius ordinis dicitur reuersiuus: et est ſm dictū nostrū ille qui postꝙ nūc sic ꝑcussit ⁊ reuertitˀ cōsequēter ad percutiendū sicut prius. ccxlvi.

¶ Ex eo etiā est cuius regressus minime sunt vniformes: ⁊ talis est qui cauda soricis appellatur .ccxlvij.

¶ Et etiā ex eo qui differēs seu diuersus in vnaquaqꝫ percussione reperitur cū mēsura quattuor digitorum capitis. ccxlviij.

¶ Ex his quidē est pulsus intercisus ⁊ dn̄s cōiunctionis. Ex his etiā est altus humilis ⁊ depressus. cxlix.

¶ Ex his etiā sunt in cuius ꝑcussione duo sunt ictus: ⁊ ex eis etiā in quo sunt plures. ccl.

¶ Est etiā ex eis vermicularis ⁊ serrinus: similiter formicularis ⁊ vndosus. ccli.

¶ Ex his etiam est ille qui tremulus dicitur ex quo est significās super ethicam. cclij.

¶ Dis quidē pulsus cōtinet duas spicies: est etiā vna equalis que ex ambabus cōtrarijs descēdit seu reponitur in gradu. ccliij.

¶ Inter species ꝟo generalis diuersitas nō est equalis ⁊ media in diuersitate. ccliiij.

¶ Ex pulsu temperati corporis cognosces pulsum cuiuslibet: donec scias ex eo cui lateri equatˀ aut inequalis efficiatur. cclv.

¶ Dis pulsus egrediēs a dispositione cōuenienti dicitur cōparari ad egressum cōplexionis eius. cclvi.

¶ Scito esse varias spēs pulsuū in diuersis etatibus quattuor anni tꝑibus ⁊ diuersis regionibus. cclvij.

¶ Et etiā in diuersis cōplexionibus hoīm ⁊ habitudinibus masculis ⁊ mulieribus. cclviij.

¶ Pulsus velocitas cū magnitudine est in calido. Sicut etiā ⁊ in etate iuuētutis: ⁊ in masculo. cclix.

¶ Talis aūt est in regione ⁊ habitatione meridiona

li: macro: impregnante: et estate. cclx.

¶ In frigido enim est pulsus paruitas et tarditas: et consimilis quidem est in senibus et autumno. cclxi.

¶ Consimilis quidem est in mulieribus: et in pingui carne laxam habenti: talis etiam est in septentrionali. cclxii.

¶ Cuiuslibet sicci quidem pulsus est durus: et cuiuslibet humidi est quidem pulsus mollis. cclxiii.

¶ Pulsus cuiuslibet habentis complexionem equalem et temperatam similatur quidem pulsui perfecto ipsius veris. cclxiiii.

¶ Quartum clima sequitur complexionem predictam. cclxv.

¶ Pulsus infantis frequens est mollis. Pulsus autem senis est tardus et durus. cclxvi.

¶ Pulsus cuiuslibet corporis multum humorem ferentis est valde plenus. cclxvii.

¶ Omne corpus vacuum a materia habet pulsum illaudabilem et vacuum. cclxviii.

¶ Pectus et pulmo sunt organa anime: que siquidem sana fuerint vite conseruabuntur. cclxix.

¶ Si operationes eorum declinant ad aliquam malitiam: cor siquidem ignietur ex sui inflammatione. cclxx.

¶ Et sputum quidem habet significare super accidentia pectori contingentia in quacunque egritudine eidem contingente. cclxxi.

¶ Ablatio sputi proculdubio super principium attestatur: significatur enim quod materia in nullo est digesta. cclxxii.

¶ Si autem fuerit paruum et tenue: habebit super digestionem debilem attestari. cclxxiii.

¶ Si vero fuerit medium et equale: in hoc quidem significatur quod morbus iam ad medium augmentum peruenerit. cclxxiiii.

¶ Si autem fuerit multum spissum: tunc proculdubio est morbus in statu. cclxxv.

¶ Tenuitas etiam sputi significat quod humor faciens morbum leuis sit et subtilis. cclxxvi.

¶ Tale etiã significat ꝙ morb⁹ sit velocis ⁊ cite dige stionis. Si ṽo fuerit grossum significabit supra con trarium ⁊ tardũ. cclxxvij.
¶ Nigredo sputi sigat sup violẽtiã vstiõis. cclxxviij.
¶ Sputũ ṽo viridis coloris significat super coleram citrinam al's prassinã ⁊ porrinam. cclxxix.
¶ Sputum habens citrinitatẽ claram significat su per coleram vitellinam. cclxxx.
¶ Sputum album significat super humorez flegma ticum: ⁊ rubeum super sanguinem: ⁊ sputum cuiusq; fetidum est proculdubio putrefactionis significa tiuum. cclxxxi.
¶ Omne sputũ sine fetore significat ꝙ in ei⁹ nulla sit putrefactio. cclxxxij.
¶ Si sputi figura rotũda sit: ⁊ cũ hoc patiens febrez patiatur: hoc erit quidem ꝙ in diafragmate eius sit apostema. cclxxxiij.
¶ Si patiẽs nõ cessauerit tussire: iam q̃dẽ incidit in ptisim. Sputũ aũt egrediẽs sine tussi ⁊ difficultate si gnificat super perfectã digestionẽ. cclxxxiiij.
¶ Generatio .iiij. humoꝝ est in epate ex cui⁹ augmẽ to augetur humor in corpore. cclxxxv.
¶ Omne membrũ ratione ipsius augeť: est nihilomi nus in ipso mẽbro propria operatio. cclxxxvi.
¶ Ex vapore autem ipsius fit spiritus. cclxxxvij.
¶ Ex reliquo corpore seu humore ei⁹ sano fit corpus sanũ. est aũt hũor san⁹ cũ epar sanũ fuerit. cclxxxviij.
¶ Et aque quidẽ deuehũt cibũ ad ipsum: miscẽturq; cuilibet humori super eum dominanti. cclxxxix.
¶ Aque etiã mittunť ab ipso epate ad ei⁹ colatoria: ⁊ ipse nihilomin⁹ cũ humoribus cõmiscetur. ccxc.
¶ Et ipsa quidẽ aqua fert secũ colores eoꝝ: necnon etiã omne illud qđ est necessarium in declinatione ⁊ significatione eius. ccxci.
¶ Et proculdubio q̃cquid duximus est manifestũ su per cuius veritatem sensus etiã attestatur. Sunt eñi

apud nos ex vrina significantes qualis sit processus patientis. ccxcij.
¶ Albus calor vrine est ex signis sup multitudinem cibi et pot⁹ seu nauseatiuã satietatẽ significãtib⁹: aut sup dñium frigoris vel humiditatis flegmatice: aut sup fluxũ vrine vel opillatiõis epatis. ccxciij.
¶ Cũ aũt vrina videt̃ modicũ citrina significat quidẽ sup paruitatez colere. Sed cũ est ĩ colore ignea significat sup multitudinẽ colere. ccxciiij.
¶ Et color quidẽ clarus sub rubeo ponit̃: in eo tñ est amplior colera rubea. ccxcv.
¶ Valde autem rubeus erit color eius a natura sanguinis nisi tamẽ fuerit talis ex assumptiõe croci aut applicatiõe alicui⁹ cõtingẽtis: neq̧ ex colica. ccxcvj.
¶ Si autem videatur nigra: postq̄ visa fuerit fusca significabit quidem super fortem algorem. Si vero talis appareat postq̄ precessit valde rubea significabit super fortem humoris vstionem. ccxcvij.
¶ Judica autem super morbum ex colore vrine: nisi tamen fuerit talis ex cibo ipsam tingente puta oleribus cassiafistula et omni re eam breuiter tingente sicut almuri et similibus. ccxcviij.
¶ Tenuitas quidẽ substãtie in vrinis significat super paruitatẽ digestionis. ccxcix.
¶ Et proculdubio efficitur vrina tenuis p corruptionem cibi et opillationem epatis et apostema. ccc.
¶ Vrine autem grossities significat super digestionem: aut super multitudinem humoris flegmatici in corpore existentis. cccj.
¶ Cum hypostasis videbitur alba in colore significabit quidem super salutem infirmorũ. cccij.
¶ Si aũt color eius appareat citrin⁹ hoc erit ex acumine colere rubee. ccciij.
¶ Si vero appareat velut sanguis significabit proculdubio sup malitiã digõnis ipsi⁹ sanguinis. cccitij.
¶ Et si talis dispositio ipsius plonget̃ neq̧ variet̃:

erit ex epate apostemato. cccv.
¶ Et si fuerit nigra post intēsam rubedinez ⁊ petens fundū postꝙ prius apparuerit in alto: significat quidem ꝙ iam peruenit patiens ad hoc ꝙ anima separetur ab eo ⁊ potissime cū casu virtutis: neqȝ est spes de eo aliqua: neqȝ potest ei quicꝙ ꝓficere cū sit mors propinqua ex violētia vstionis. cccvj.
¶ Et si appareat nigra post eius fuscedinem preter ꝙ morbi materia sit acuta: ⁊ potissime si cum tali fuscedine assit aliquod signum laudabile: ⁊ radix morbi fuerit ex melancholia: significabit quidez sup morbi consumptionē: ⁊ hoc ſm plurimū. cccvij.
¶ Si appareat nubes supernatās in superiori parte vasis significabit super cruditatē: lȝ sit in ea aliquid digestionis que ex ventositate cōmiscente se ei impeditur ⁊ inde sursum eleuatur. cccviij.
¶ Et scito ꝙ si videatur pendere in medio ꝙ ꝑua vētositas est in tali hypostasi. cccix.
¶ Et scito ꝙ si preeūte citrina fuerit alba lenis ⁊ coniuncta inferius depressa ⁊ talis cōtinuo appareat: ꝙ digestio morbi sit cōpleta. cccx.
¶ Cum aūt apparet hypostasis nō cōtinuata significat super debilitatē virtutis. cccxj.
¶ Si ꝟo fuerint cōtenta in ea similia fragmentis ordei: significabit quidē sup rasurā venaꝝ. Sed si assimilēt furfuri ⁊ sine fetore: significabit super vlcera vesice. Si autem similetur squāmis metallorū: significabit super vstionē ⁊ laminationē cōtinētē. cccxij.
¶ Si sanies appareat in vase significabit sup apertionē apostematis. cccxiij.
¶ Si ꝟo ꝓlongetur egressus eius cum sanguine corrupto significabit sup apostema flegmonicū. cccxiiij.
¶ Cum autem hypostasis petit fundum ⁊ spermati similatur est quidem ex humore grosso et crudo. Et si cum eadem sit arena mixta scita illum cuius est esse calculosum. cccxv.

¶ Priuatio quidem fetoris contingit ex priuatione coctionis ⁊ digestionis aut ex indigestiōe ratione ci bi indigestibilis. cccxvi.

¶ Omne illud qđ est vltimati fetoris est vltimate cor ruptionis. cccxvij.

¶ Si autem odor eius sit extraneus horribilis scito illū cuius est pati morbū vesice. cccxviij.

¶ Jam quidem retuli genera vrine simplicia. Ex dictis meis poterit quis vti in iudicijs compositorū ex eis. cccxix.

¶ Interdū attestanť feces super stomachū ⁊ interdū super intestina: ⁊ ipsum epar. cccxx.

¶ Feces quidem minuuntur ratione magne trāsmu tationis alimenti cum cōuertitur in mēbris: nisi illi⁹ cuius expulsiua fuerit debilis ⁊ attractiua fortis: ra tione alicuius nocumēti contingentis. Et hoc quidez significat repletionem corporis patientis ex malis humoribus. cccxxi.

¶ Si autez fuerint magne in quantitate: erit quidē signum ꝙ cibus nō prebeat augmētū corpori: aut ꝙ attractiua sit in eo debilis ⁊ diminuta ⁊ expulsiua for tis ratione alicuius morbi vel nocumēti. cccxxij.

¶ Si aūt feces fuerint albe erit opillatio vel scliro sis ī meatibus kistis fellis ⁊ icteritia quidē ex signifi cantibus super hoc sensibiliter. Sub hoc etiā genere est vrine citrinitas: nisi cū corpus humore flegmati co vel mala cōplexione frigida inficiať. cccxxiij.

¶ Si vō appareāt rubee vel ignite significant super excessum ⁊ dominiū colere rubee. cccxxiiij.

¶ Sed si similentur porro aut viridi eris in colo re significabunt quidem morbum et malitiam ma gnam. cccxxv.

¶ Cum autem apparebunt nigre in colore: hoc qui dem cōtinget ex forti ⁊ antiqua frigiditate corporis cuius sunt. Et si tales appareant in morbo acuto si gnificabunt super mortē futurā in ꝓpinquo. cccxxvi.

¶ Si autē feces fuerint dure significabunt super fortitudinē attractiue: aut super calorē ventrem: vel super cibū stipticū ꝛ constrictiuū. cccxxvij.
¶ Si ꝟo fuerint feces molles ꝛ liquide nō erit fortis attractiua in corpore: aut in corpore erit frigiditas mala: aut hoc contigit ex mala alia dispositione corporis: vel ex cibo qui soluit ventrem ꝛ mollificat per naturam suam. cccxxviij.
¶ Si differatur ꝛ tardetur egressus secum post cibū sumptum: hoc quidem contingit ex difficultate digestionis ipsarum: aut diminutione ꝛ debilitate expulsiue: aut forti frigiditate: aut ex ventrē necessario cōstringentibus. cccxxix.
¶ Si autem citius debito egrediātur: hoc quidē erit ratione cibi non constrictiui: sed potius per naturam suam mollificantis ꝛ soluentis: aut ratione humorꝝ ꝛ humiditatū ad eas fortiter impulsorum: vel ratione meatuū sugētiū ꝛ attrahentiū: aut relatione nocumētorꝝ in intestinis cōtingentiū vtpote apostematis in al's vlceris corruptionis digestionis ꝛ aliarꝝ specierū morborꝝ eisdem contingentium. cccxxx.
¶ Si egrediantur cū sono significabūt super magnā ventositatem. cccxxxi.
Si ꝟo fuerint mixte saniei significabūt super apostema in organis cibi existentia. cccxxxi.
¶ Sed si appareat sanguis cū eis significabit quidē super vlcera ꝛ tenasmonem. cccxxxij.
¶ Si autem sunt multum fetide significabunt super magnā corruptionem. Si ꝟo velut oleū supernatat eis significabunt super liquefactionem pinguedinis corporis. Et erunt proculdubio odoris acetosi ex humore acetoso. cccxxxiij.
¶ Sudor multus in morbis humidis factus quidem est ex accidētibus vim ꝛ naturam ipsorꝝ referētibus: neqꝫ est sicut ille ex quo fit iuuamentū. cccxxxiiij.
¶ Superfluus aūt in vltimo cū casu virtutis patiētis

contingit proculdubio ex labore ꝛ debilitate virtutis ꝛ nature: vnde mors est in ꝓpinquo. cccxxxv.

¶ Sed paruus sudor in morbis super opillationē et clausionē cutis: ꝛ grossitiē humoris: ꝛ debilitatem expulsiue: ꝛ paruitatē digestionis: ꝛ ventris mollitiē et fluxum. cccxxxvi.

¶ Si appareat sudor valde albus in morbis significabit super humorē flegmaticum. Si vo sit citrinus significabit super colerā citrinā. Et si niger super melancholiā. Si aūt sit rubeus erit morbus ex sanguine. Et silr prebet nobis signa suo sapore. cccxxxvij.

¶ Sudor subtilis contingit ex subtilitate humoꝝ. Et grossus ex grossitie eorundem. cccxxxviij.

¶ Si autem fuerit vniuersalis in toto corpore est bonus. Sed si sit particularis ꝛ specialis in vno loco est malus ꝛ illaudabilis. cccxxxix.

¶ Qui etiā contingit tpe suo vna cū circuitibus ꝛ paroxismis febrium: aut in die cretica: est quidem bonus ꝛ laudabilis. Contrarij autem bonitas loginqua est ꝛ remota. cccxl.

¶ Pronosticatio diuidit in referentē: ꝛ significantē morbū futurū generari in sano: ꝛ in significantē qđ debet cōtingere patiēti in morbo suo. cccxlj.

¶ Signa aūt referētia super egritudinē futurā sumūtur ex accidētibꝰ significātibus super repletionē vel euacuationē cerebri aut residui corporis. cccxlij.

¶ Significat aūt super repletionē quies: multitudo cibi: raritas balnei ꝛ exercitij: ex his nanqꝫ accidentibus cōtingit repletio. cccxliij.

¶ Genus repletionis diuiditur in repletionem penes virtutem aīe: que si fuerit respectu immutatiue ꝛ digestiue nequaqꝫ erit appetitus comedendi laudabilis eritqꝫ egestio mollis ꝛ liquida: neqꝫ erit digestio in vrina. cccxliiij.

¶ Significatur aūt super repletionē respectu virtutis motiue ex grauitate ꝛ lesione motus. cccxlv.

¶ Si autē sit repletio respectu pulsatiue: erit q̄dē pa tēs debilitas ⁊ pigritia pulsationis eius. cccxlvi.
¶ Causa v̄o debilitatis aīaꝝ seu potentiaꝝ est illud quod nequeūt pati ex chimis: nam parū ex eis ledit ⁊ grauat eas: nō autē ideo q2 membroꝝ continuitates ex eis repleantur. cccxlvij.
¶ Est aūt alia repletio a predicta penes cōcauitates organoꝝ: scꝫ cū nō poterūt tolerare ex eo ꝙ membro rū cōcauitates replebūtur. cccxlviij.
¶ Hoc aūt genus cōtingit ex repletione: aut sangui nis puri ⁊ mundi: aut colere: aut humoris flegmatici. Interdū autē aīe sue potentie fortes sunt: nec gra uant eas chimi. cccxlix.
¶ Cum dn̄atur sanguis alijs humoribus assunt som nus ⁊ dolor capitis in excessu cū tumore ⁊ rubore ve narū. Estq3 possibile ꝙ inde cogitationes mutentur cum grauitate capitis ⁊ debilitate ⁊ fatigatione sen suū. Reperitur em̄ tactu calidus cū grauitate humoꝝ ⁊ scapulaꝝ ⁊ cū oscitatione. Et sunt interdū grauia la tera ⁊ hypocūdria. Et manifestus fluxus sanguinis a naribus cū alicibus. Et etiā vēter est laxus: nō tamē multū cum delectatione ⁊ suauitate vite ⁊ apparebūt somnia letitie ⁊ iocūda cū varietate ⁊ multitudine co loꝝ. Accedet etiā pruritus in loco flobothomie cū ru bedine oculi insolita ⁊ apostematibus aut variolis aut pustulis corporis: ⁊ opinabitur se comedere dul cia in somnis ⁊ videbit ꝙ gustet dulcia: ⁊ si prius ea nō comederit. Unde si hec accidētia sint in vere aut in principio iuuētutis nouelle significabūt quidē no bis super egritudines ex sanguine generandas: que quidē de facto cōsequēter apparebūt. cccl.
¶ Cū dn̄atur colera citrina aut crocea apparet q̄dē color cutis citrinus cū debilitate ⁊ casu appetitus ci bi: ⁊ reperit ille in quo dn̄atur oris amaritudinem ⁊ mordicationē ex ipa colera rubea in stomacho cōtin gentē. Acciditq3 ei vētris solutio cū qua est colera ru

bea ꝛ insomnietas cum profunditate oculorum ꝛ sic-citas oris ꝛ lingue: ꝛ eius vrina est in colore valde ci trina. Acciditq; ei sincopis: ꝛ riget cutis eius cũ per-mixtione ꝛ perturbatione. Acciditq; ei sitis post ieiu niũ: ꝛ apparẽt ei in somno coruscationes cũ subtilita te pulsus ꝛ calore corporis. Sũt etiã ex his acciden-tibus multa ꝛ frequens balneatio in aquis calidis ꝛ sulphureis: ꝛ motus laboriosi qui fiũt in regionibus ꝛ villis septẽtrionalibus: ꝛ freqũes ꝛ continuus esus acutoꝝ ꝛ maxime si fiat tpe estiuo. cccli.

¶ Si vo colera nigra in corpore dominetur erit qui dem fuscus color corporis cũ forti ꝛ iugi meditatio-ne ꝛ cogitatione ꝛ appetitu cibi forti: ꝛ reperietur in ore sapor acetosus. ccclij.

¶ Est etiã cũ malitia aĩe intuitus fortis ꝛ affixus: et pulsus durus est ꝛ tardus. cccliij.

¶ Et vrina quidem tenuis ꝛ cruda nec in digestione decoctio. cccliiij.

¶ Et cibus siccus aridus anxietas timor cõtinuus ꝛ tristitia. ccclv.

¶ Videtur etiã q interficiat in somnis: apparẽtq; in somno eius oĩa eũ exterrentia. ccclvj.

¶ Estas senũ autũnus ꝛ habitationes meridionales ꝛ corporis macies. ccclvij.

¶ Si dñetur humor flegmaticus in corpore aggra-uabitur caput eius. Sõnus eius lõgus: ꝛ fatigabitur iter agendo de facili: ꝛ erit eius appetitus debilis cũ repletione penes virtutẽ ꝛ turbationẽ seu permixtio nem ꝛ sopita laxitate. ccclviij.

¶ Ex his etiã est fluxus saliue ꝛ sputi ꝛ tumor vultus ꝛ color patientis albus. Et erit in pulsu eius occul-tatio ꝛ tarditas: ꝛ in vrina turbulentia ꝛ grossities ꝛ cruditas. ccclix.

¶ Nec est in eo sitis: nisi fuerit flegma salsum aut pu-trefactio affuerit. ccclx.

¶ Ex his etiã accidẽtibus sunt vsus omniũ ciboꝝ hu

le: ⁊ priuatio exercitij ⁊ balnei: ⁊ excedēs quātitas ci-
bi: ⁊ habitatio humida rōne fluminū: ⁊ apparitio ma
rium in sonnis: ⁊ q̄rimonia ex incubo facta: ⁊ ipoten
tia digestionis chili. ccclxi.
¶ Cū aūt apparebūt tēpore sanitatis cōtinuo accidē
tia de necessitate super aduentū egritudinū significā
tia: esto solicitus in ablatione eorundē. ccclxij.
¶ Ex signis pronosticis est significans mortē futurā
⁊ ex eis est q̄ significat futurā sanitatē seu euasionē:
⁊ ꝓprie ex his est scientia pronostica. ccclxiij.
¶ Ex scientia istoꝝ videbit medicus ⁊ sciet quis mo-
riat̄ retraheṫq̄ inde manus suas cura eius: sicut etiā
videbit ex scientia eorūdē quis euadere debeat: ⁊ cu
rari ꝑ tanto notificabit et ꝓnosticabit illud. ccclxiiij.
¶ Principium huius scientie est scientia de tempori
bus morboꝝ ⁊ eo q̄ apparet ī eis de dispositiōe mor
boꝝ: ⁊ etiā scientia de longitudine ⁊ breuitate ⁊ for-
titudine ⁊ violentia debilitate seu trāquillitate egri
tudinū. Et etiā de iudicio eius q̄d debet generari ex
crisi in tēporibus morbi. ccclxv.
¶ In quolibet morbo sunt diuisa tēpora. In quorū
aliquo contingit mors ⁊ vita vel salus: ⁊ sunt princi
pium augmētū status. In quolibet pōt mors cōtinge
re. In qnarto aūt q̄d declinatio appellat̄ nō cōtingit
mors: nisi cōtingat error vndecunq̄. ccclxvi.
¶ Principiū autē est in quo cōtingit nocumētū ope-
rationibus: ⁊ debilitas ī negocijs assuetis. ccclxvij.
¶ Et hoc quidē tp̄e durat donec digestio appareat ī
hypostasib⁹: sputo fecib⁹: ⁊ vrina. Et post ipsū appa
ret ⁊ cognoscit̄ augmētū ex lōgitudine paroxismoꝝ
febriū: ⁊ operationibus: ⁊ accidentibus. ccclxviij.
¶ Status ꝟo est cū regimē post dictū perfecta dige-
stio apparebit: paroxismi morboꝝ augebunt̄: ⁊ acci-
dentia in q̄titate equabuntur. ccclxix.
¶ Accipit etiam morbus diminutionē ⁊ fit interdū
midorum ⁊ frigidorū: ⁊ etas senectutis: ⁊ tp̄s hyema

crisis perfecta. Unde cū hoc signū videbit̄ pronosti-
cet̄ pax ꝛ salus patiētis: nā mors minime accidit in
declinatione: nisi errore super patiētecommisso: aut
aere cōplexionis male ꝛ illaudabilis: necnō etiā om-
ni extrinseco cōtrario eidē cōtingente. cccl xx.

¶ Sciētia autem nostra per quam coguoscimus ter
minum principij confert quidem in subtiliando cibū
ꝛ dietam sicut decet: ꝛ in mediando subtilitatez eius
in augmento. Nam hoc expedit patienti donec mor-
bus ad statūm peruenerit: tunc autem decet medi-
cū esse solicitū ad subtiliandū ꝑfecte dietā. ccclxxi.

¶ Oīs morb⁹ perficit̄ in mēsura. Que si fuerit breuis
dicit̄ acutus. Et hic aut interficit ī breui tēpore: aut ꝑ
crisim laudabilē terminatur. ccclxxij.

¶ Ipse etiā est cite digestionis: ꝛ breuiū tempoꝝ: au
sterus: ꝛ periculosus. ccclxxiij.

¶ Cognoscit̄ aūt ex breuitate sui principij: ꝓ tāto re
gatur dieta cōuenienti. ccclxxiiij.

¶ Non enim sunt multe aggrauande eius virtutes.
Nec est auferendus ꝛ prohibendus ei cibus omnino
a principio: nā forsitan caderet virtus eius. Nec etiā
est debilitandus ante statū ipsius: sed est potius pru-
denter in quātitate reficiēdus sufficiēti ſm exigētiaz
sui itineris. ccclxxv.

¶ Si autem videas difficultatem ꝛ malitiam signo-
rum ꝛ periculorum ꝛ dolores fortes ꝛ violētos cū ma
la dispotione ꝛ casu virtutis ꝛ ratione diminuta ꝛ ꝑ-
mixta ita ꝙ virtus nequeat morbi malitiam tolera-
re ꝓnostica mortez eius futuram ante statū: qm̄ qui
dem ex malitia accidentium ex morbo colico contin-
gentium pronosticabis. ccclxxvi.

¶ Ex morbis etiam est diu durans et longi tempo-
ris qui cronicus seu temporalis appellatur. Qui qui
dem minime corpus celeriter consumit ꝛ dissoluit: sꝫ
aut necat ipsum cum ptisi ꝛ ethica egressu sanguinis
aut macie: aut patiens etiam longo tempore curabi-

tur: ⁊ morbus per paulatinam dissolutionem ⁊ dige
stionem cōsumetur. ccclxxvij.
¶ Cognosces autē ipsum ex leuitate ⁊ facilitate acci
dentium eius: ⁊ frigiditate cuiuslibet ex his mor-
bis. ccclxxvij.
¶ Nō cibes ipm patientē modico cibo: qm caderent
virtutes eius. ccclxxviij.
¶ Inter autem morbos sunt alij medij quorum.s.tē-
pora non sunt absolute breuia nec longa: tunc cibus
eorum in subtilitate medietur nunꝙ sit multus neqꝫ
paruus. ccclxxix.
¶ Scito ꝙ crisis est velox ⁊ subita mutatio que suo tē
pore ex difficultate seu malitia accidētiū ⁊ pugna exi
stente inter virtutē ⁊ morbū generantur vt celeriter ad
vitā vel mortē perueniatur. ccclxxx.
¶ Sex sunt spēs mutationū in morbis cōtingentiū.
Nam aut negocia tardantur: aut citantur in eis. vnde in
terdum conuertitur in temporibus breuibus corpus
ad bonum ⁊ vitam. ccclxxxj.
¶ Si fuerit laudabile qđ precedit eā: pronosticabit
sic super ipsam scilicet super crisim securam ⁊ lauda
bilem. ccclxxxij.
¶ Est autem alia mutatio velox ad predicta que qui-
dem significat mortē. In hac quidem veloci malitia
est angustus processus medici: nam hec crisis est ne-
cans ⁊ perniciosa. ccclxxxiij.
¶ Tertia ex predictis mutationibus ⁊ mutatio tar-
da inducens ad dispositionem sanitatis ⁊ curās mor
bū: non tamen cū crisi: sed potius per dissolutionē pau
latinam in ea contingentē. ccclxxxiiij.
¶ Quarta autem species predictarū mutationuꝫ est
mutatio parua ducēs patientem ad interitum: nec fit
cum euacuatione: sed potius cū ethica dissoluēte cor
pus patientis. ccclxxxv.
¶ Quinta autē ex predictis est inter eas media dū in
ducit mortem ⁊ malitiā vltimatam. ccclxxxvj.

¶ Sexta vero perducit ad vitam in medio tempo-rum. ccclxxxvij.
¶ He autem crises sibijnuicem dicuntur contrarie composite. ccclxxxviij.
¶ Crisis quidē laudabilis accidit in statu cū pfecta digestione & virtutis fortitudine. Contraria vero ei puta illaudabilis fit in augmēto. ccclxxxix.
¶ Tria oportet scire in crisi. cccxc.
¶ Scientiā videlicet de pnosticatione ei⁹. Et de diebus creticis. Et scientiā etiā ei⁹ qđ significat p signa nobis significātia ī quā crisis spēm terminet cū perficiet crisis cuiuslibet morbi. cccxcj.
¶ Omnis autem crisis pronosticat ex violētia accidētiū que dicimus. cccxcij.
¶ Et sunt permixtio sensus & intellectus: & dolor aurium: & capitis. cccxciij.
¶ Et fluxus lachryme: angustia parua: famis seu casus appetitus: motus laboriosus: & vigiliarū instātia: & dolor in pectore vel collo: & illaudabilis excitatio a somno cū motu & rubedine oculorū. cccxciiij.
¶ Et frēdere dentib⁹: & limatio eorūdē ī somno: & eorūdem pcussio: & fortis fricatio nasi patiētis. cccxcv.
¶ Et interdū insinuabit aliqs conniuendo cū labijs suis. Videbiturqȝ interdū sugere ea. cccxcvj.
¶ Et velocitas quidē anhelitus & desideriū trahendi aerē frigidum cum angustia. Et velocitas pulsus et frequentia: & tussis cum infusione & sonitu & gargarismatis. cccxcvij.
¶ Et pulsatio cordis cōtinua: & sincopis: & conat patiēs a lecto suo surgere & recedere. cccxcviij.
¶ Et dolor gutturis & meri cū angustia: q̄ si pseuerauerit cōtinget ei sincopis magna & fortis. cccxcix.
¶ Et pulsatio in lateribus & dorso cum torsionib⁹ violentis & fortibus & continuo dolore stomachi cum querimonia stomachi vel epatis: aut dolor ventris: aut circa pecten: aut etiam in renibus & vesica aut dolor

fortis circa virgam: vel in virga: aut in matrice: aut in omnibus iuncturis: aut quibusdam: aut ex eis intus vel exterius. cccc.
¶ Cum ergo videbitur augmentum horum accidentiũ in die cretica: erit procul dubio bonũ & laudabile: et potissime si prius digestio apparuerit. Sin autẽ erit quoddam contrariũ manifestum. cccci.
¶ Causa quidẽ crisis si sit eorum relatio vera est: quoniam luna variat actionẽ in morbis. ccccij.
¶ Jam quidem peragrat et abscindit celeriter circulum suum: est quidem causa celeris motus: et mutationis: fortificatur quidem interdum in hoc: et interdum debilitatur: hoc autẽ notum est in arte astronomorum. cccciij.
¶ Nequaquam est operatio vel actio sue actionis sensibilis in eius iuuamento: sicut quidem est ad sensum. visibilis est eius figura ex eo quod in ea existit de claritate vel lumine solis. ccccitij.
¶ Eius autem quarta relucet in quarto. Et eius medietas in septima. ccccv.
¶ Et morbus quidem minime contingit: nisi ex dispositione qua debilitatur opus nature. Qui si cum auxilio producatur curabitur quidem patiens & vita prolõgabitur. Sed si cum detrimento: morietur quidẽ & vita perdetur & separabitur. ccccvi.
¶ Crises contingunt interdum in quaternis: & interdũ in septenis: & ille quidem bone sunt & laudabiles quibus coniunguntur digestio & pronosticatio attestantes super ipsas. ccccvij.
¶ In alijs quidem ab istis nequaquam circuitus & periodi reperiũtur ratione turbationis & dubitationis cõtingentis in eisdem. ccccviij.
¶ In non habentibus ergo digestionem & pronosticationem cõtingit quidẽ dubiũ in accidentibus. Nec cõtingit crisis in his diebus nisi cũ contingit cõsequenter aliquod sinistrum. ccccix.

¶Cum videris morbũ sanguineũ aut austerũ ⁊ violentũ valde cum illaudabili ⁊ impetuoso motu cuius signa patula sint in capite et manifesta que vsqꝫ ad omnes sensus extendantur cum rubore ⁊ pruritu nasi: erit proculdubio crisis eius per fluxum sanguinis narium. ccccx.

¶Si vero accidẽtia ipsius deorsum ⁊ in parte inferiori appareant cũ dolore continuo vmbilici ⁊ precesserit retentio menstruorum: continget quidem crisis per fluxum menstruoꝝ. ccccxi.

¶Sed si pars suprema corporis incolumis fuerit et a dolore in humeris cũ dolore tamẽ hypocundrioꝝ ⁊ patiẽs querulosus sit de epate ⁊ dolor vsqꝫ ad anũ extendatur: nequaqꝫ quidem cõmittetur error si pnosticetur crisis illa futura per fluxum sanguinis emorroidarum. ccccxij.

¶Si aũt morbus ex colera rubea sit in statu: acciderítqꝫ apostema capiti: ⁊ dolor capitis ⁊ angustia augeantur: nequaqꝫ quidẽ est desperandũ: qm̃ cõtinget crisis eius per fluxũ sanguinis nariũ. ccccxiij.

¶Verum si eius accidẽtia sint in stomacho ⁊ cũ hoc prius conquestus fuerit patiens de epate cum angustia ⁊ sincopi valida: erit quidem crisis eius per vomitum. ccccxiiij.

¶Si vero caput eius fuerit sine dolore ⁊ cũ angustia vẽtris ⁊ eminentia vmbilici ⁊ precedente ventris cõstipatione: pronosticanda quidem erit futura crisis per fluxum ventris. ccccxv.

¶Qꝫ si vẽter eius pacẽ habuerit ⁊ digestionẽ laudabilẽ preter qꝫ morbus eiꝰ violentꝰ sit austerus cũ aliquãdo tamẽ labore ⁊ vigilijs circũscriptis accidentibus sudoris: morbo quidẽ sic molli ⁊ lẽto existẽte cũ doloribus pectinis: erit sermo meus veridicus: scꝫ qꝫ crisis huius patiẽtis cõtinget per vrinã. ccccxvj.

¶Verũ si cũ pace ⁊ quiete predicta retineatur vrina preter qꝫ morbus sit in vltimo acuminis cũ apertio-

ne tamē poroꝝ sine forti dolore ꝛ vigilijs ꝛ siccitate: erit quidē crisis eius forsitā cū sudore. cccc.xvij.

¶ Si aūt dolor mēbri vel iuncturaꝝ in acutis cōtinget ꝓculdubio crisis eaꝝ per apostemata. cccc.xviij.

¶ Utere laudabili regimine ex signis super mortem euasionē seu quietē ꝛ pacē significātibus. cccc.xix.

¶ Ex his quidē sunt horror luminis ꝛ lucis ꝛ fluxus lachryme cū rubore motu forti ꝛ vertigine. cccc.xx.

¶ Et puitas oculi in vno latere: ꝛ apertio oris absqꝫ oscitatione. cccc.xxi.

¶ Et cū quis iacet ꝛ dormit resupinus manibus ꝛ pedibus suis ꝓtensis ꝛ relaxatis. cccc.xxij.

¶ Ex his etiā est si videatr patiēs descēdere in lecto suo ꝛ manus ꝛ pedes suos detegere. cccc.xxiij.

¶ Necnō mala ꝛ illaudabilis imaginatio qua videatur fila a pānis suis euellere. cccc.xxiiij.

¶ Ex his etiā est vltimata grauitas: aut eius manifesta suspensio. cccc.xxv.

¶ Et etiā frendere dētibus preter solitū: ꝛ apponere manus super caput ꝛ puluinar. cccc.xxvi.

¶ Aut etiā si imaginetur ꝙ vespilionē nigri coloris capiat ꝛ velit eū interficere. cccc.xxvij.

¶ Nam hoc cōtingente in morbo acuto: mors quidē appropinquabit. cccc.xxviij.

¶ Ex his etiā est si tacitus efficiatur verbosus: ꝛ mitis pacificus iurgiosus. cccc.xxix.

¶ Aut si cōqueratur de cecitate ꝛ surditate vel casus virtutis ratione violentie morbi. cccc.xxx.

¶ Uel etiā si videatur patiēti dū dormit in statu ꝙ cadat nix super caput eius. cccc.xxxi.

¶ Et aīa quidē inquieta dn̄a magne frigiditatis: est res mala ꝛ illaudabilis. cccc.xxxij.

¶ Ex his sunt vigilia nocturna ꝛ somnus diurnus: aut omnimoda priuatio somni. cccc.xxxiij.

¶ Necnō si dispositio egri in somno ꝛ post somnū deterioretur ꝛ cū dolore efficiatur. cccc.xxxiiij.

ꝯ

¶ Si etiam medicus ordinate et recte operetur preter quam operationis intentũ erit malũ. ccccxxxv.
¶ Ex his autẽ sunt facies mortuorum faciebus consimiles cũ planitie seu extẽsione temporum ex morbo cõtingente et constrictione auriũ et ipsarum frigiditate et earum inuersatione et oculorum profunditate. ccccxxxvj.
¶ Etiã rubor vel nigredo oculorum aut eorum eminentia vel principiũ fuscedinis ipsorum. ccccxxxvij.
¶ Aut etiã si quieuerint vel si fuerint infrigidati aut palpebrarum tortura. ccccxxxviij.
¶ Aut si fuerit nasus acutus cũ obliqua fronte ex latere labij cõtracto vel marcido. ccccxxxix.
¶ Frigiditas quidẽ extremorum patiẽtis cũ vlcere et nigredine lingue laboriosa et similia cruciantia: sunt quidẽ illaudabilia cum febre vrente. ccccxl.
¶ Ex his etiã viridis rubor vnguiũ et viror in corpore cũ vestigio nigredinis. ccccxlj.
¶ Ex his etiam est icteritia si ante septimã diẽ appareat cũ macie hypocundriorum. ccccxlij.
¶ Et si frigiditas sit in manifesto et superficie corporis et talis fuerit et sit interius. Et presertim adhuc sit et remãserit super mẽbra principalia ccccxliij.
¶ Et tumor quidẽ vultus cũ tumore extremitatũ ante duo septenaria est quidẽ terribilis: nã huius patiẽtis materia velox est et cita: vnde nõ videtur quod ad terminũ duorum septenariorum valeat peruenire. ccccxliiij.
¶ Aut si quiescat et cesset febris absque crisi: aut si eius fortificatio palã augeatur in diebus paribus. ccccxlv.
¶ Ex his quidem est fex nigra vel viridis fetida pinguis rubea et sicut aqua butyrosa et alba. Que nãque male sunt et illaudabiles. ccccxlvj.
¶ Necnõ etiã si appareat diuersorum colorum: hoc nanque mortẽ aut crisim futurã significat. ccccxlvij.
¶ Et si cũ casu appetitus egestio sit colerica cum qua egrediatur frustũ sanguinis congelatũ primo et consequẽter frustũ carnis. ccccxlviij.

¶ Et etiam si post egressum colere appareat sanguis absq͡ punctione ⁊ stimulatione. ccccxlix.
¶ Et si post extenuationē ⁊ emaceratione corpis apparet ⁊ egrediatur fex nigra. ccccl.
¶ Et constipabitur vēter in febre vrente: ⁊ vexabitur cerebrum. ccccli.
¶ Si etiā egrediatur ventositas: cum sono inuerecūdo preter solitū erit malum. cccclij.
¶ Et vrina quidē nigra tenuis ⁊ pauca significat patiētis interitū. Estq͡ timēdū vt plurimū ⁊ piculosum cum accidit permixtio rationis ⁊ intellectus cum tenuitate vrine. cccclitj.
¶ Ex his etiam sunt vomitus ⁊ fluxus cuȝ nigredine. Et fetor cū exputrefactione cōtingēs. cccclitij.
¶ Frequens etiā tussis cuȝ modico sputo est signum malū ⁊ illaudabile. ccccl v.
¶ Sputum etiam diuersoꝝ colorū in pleuresi cū tussi laboriosa et difficili significat mortis propinquitatem. cccclvi.
¶ Et sudor solius capitis ad quem seu ad cuius euacuationē nō subsequit quies est malus. cccclvij.
¶ Si facies eoꝝ appareāt q̄les fuerīt tpe sanitatis: eoꝝ q̄dē cura ⁊ certa euasio erit manifesta. cccclviij.
¶ Ex his etiā est vniformitas ⁊ equalitas caloris circūscripta macie hypocundriorum. cccclix.
¶ Icteritia post septimā diē manifesta ⁊ perfecta ratiocinatio absq͡ malitia ⁊ vigor motus ⁊ sensuū omniū concomitante facilitate ⁊ lenitate sui corporis: ⁊ solitus decubitus ⁊ somni aduētus in nocte vt plurimum sine somno diurno cū vigore patienti post somnum. Ois etiam somnus tollens dolorē ⁊ pturbationem seu permixtionem rationis ⁊ mitigans egritudinem est laudabilis. cccclx.
¶ Cerebrum quidē patitur ex q̄busdam mēbris compatientibus secū in passione. Unde si tunc euaserit a permixtione continua: euadet quidem patiens lau-

dabiliter ab hoc morbo. cccclxi.
¶ Et si cum apostemate capitis assit sternutatio ex signis erit super sanitatem significantibus. cccclxij.
¶ Omnis fluxus sanguinis etiam ab aure i morbis capitis est curatiuus corporis. ccclxiij.
¶ Anhelit⁹ manifest⁹ nō frequēs aut tardus est laudabilis: nec est verēdus si nō fuerit itercisus sepatus aut orthomiosus cogēs erigere patiētē. cccclxiiij.
¶ Et similiter est laudabile cum pulsus est virtuosus fortis sine angustia. Nec est anhelitus vrens nec inflamatiuus. cccclxv.
¶ Ex his etiā sunt bonitas appetit⁹ ⁊ digestionis cū equalitate ⁊ laudabili substantia secum et colore medio in citrinitate, circumscripta nigredine; earum vstiua ⁊ viriditate. cccclxvi.
¶ Aut exitus etiā humoris cū lūbricis in die cretica: hoc quidē est signū vite: hoc em̄ contingente aufertur morbus cū fuerit ex illo humore. cccclxvij.
¶ Egrediēte colera rube[illegible] aufert̄ surditas tolliturq́ʒ inde nocumentū in morbo [illegible]ebri. cccclxviij.
¶ Sanguis etiā emorroidarū curat morbū splenis hoc etiā est laudabile in melācholia. cccclxix.
¶ Et fluxus quidez aque ⁊ hūoris flegmatici est cura morbi in hydropisi. cccclxx.
¶ Egressus quoq́ʒ colere citrine in obtalmia festinat curā eius. cccclxxi.
¶ Ex his quidem signis: est: vt videas vrinam similē in colore pomo citriuo cum hypostasi alba in fundo residente. cccclxxij.
¶ Et si etiam videas sudorem infirmi equalem in febre continua. cccclxxiij.
¶ Et tumorē exterius apparentem in squināntia: hoc em̄ bonū ⁊ laudabile est. cccclxxiiij.
¶ Tumor quidem testiculorū in tussi cronica est cura corporis. cccclxxv.
¶ Et similiter apostema pedis in morbis pulmonis:

necnon apostema generatum in iunctura cruris ꝛ in inguinibus. cccclxxvi.
¶ Et pustule narium aut labiorum in tertiana est signũ salutis ꝓnosticum. cccclxxvij.
¶ Et varices quidẽ innate sunt cura alopitie: necnõ eius quod est in ventre ꝛ splene. cccclxxviij.
¶ Et oxiremia quidem in lienteria intestini cõtingit ex retentione cibi. cccclxxix.
¶ Et febre contingẽte in spasmo vel epilepsia fit eorum cura. cccclxxx.
¶ Si patienti singultuȝ contingat sternutatio est cura eidem. cccclxxxi.
¶ Decet quidẽ vt cũ volueris iudicare patientẽ ꝙ vtaris ꝓportione. cccclxxxij.
¶ Nam ex signis sunt quorũ virtus vera est ꝛ certa: ꝛ ex eis sunt que ꝑ alia falsificantur. cccclxxxiij.
¶ Justa autẽ significatio sumitur inter mẽbra ex eis que apparent in capite. cccclxxxiiij.
¶ Si ergo videas aliquã significationem iuste significantem in corpore ꝛ aliam sibi contrariam sic significantem. cccclxxxv.
¶ Contingit etiam ꝙ apparens super contrariũ corporis non sint nisi testimonia debilia. cccclxxxvi.
¶ Omne signũ non habens cõtrariũ significat ratione super curã ꝛ euasionem. cccclxxxvij.
¶ Et omne signum pronosticationis predictis cõtrariũ significat mortem ꝛ perditionẽ. cccclxxxviij.
¶ Cum autem apparebunt tibi signa contraria ꝛ debilia: sequitur quidem ad hoc dubium. Unde sta tunc ꝛ proroga iudicium. cccclxxxix.
¶ Cuȝ ergo erunt equata in dispositionibus suis sta. Sed iudica a predominante cum erit contingẽtia in equalitate sua supple. ccccxc.

¶ Finis prime partis canticoꝝ Auicẽne.

Incipit secunda pars canticorum Auicēne. Et est practica.

ʃ.



Ostq̄ ordinaui ī parte theorice medicine quod seriatim audiuistis: et hoc ſm quod in mea mente preordinaueram: incipiam quidem nunc in practica ipsius. Jam autem retuli in principio huius libri illud propter quod est necessarium illud cuius relationē faciā in hoc capitulo. ¶ Operationis autem practice sunt duo. modi. Quorū vnus manualis exercetur. Alter vero medicinis ꝛ conuenienti regimine in cibis. Est autem nō modicum quod per illud regimen exercetur. Hoc autem regimē in duas partes diuiditur. Quarū vna cōseruatiua sanitatis dicitur. Et altera egritudinis curatiua. Et hoc per vitam meā in perfectione medicine continetur. ʃ.

¶ Et cōseruatiua quidē sanitatis dicit̄ ſm veritatē de hn̄te eā perfecte ꝛ absolute: necnō etiā de eo cui⁹ sanitas est imperfecta. Et huius quidem sunt ſm opinionē due species. Una est in eo cuius debilitas per mixta est per totā suā substantiam in omnibus partibus suis: sicut in sene cōualescēte: ꝛ puulo in quib⁹.ſ. debilitas est p totū mixta: ꝛ in eo in quo apparet aliquod signum precedens metum q̄ appareat in eo lapsus in aliquem morbum. ij.

¶ Alia est ī eo ī quo appet morb⁹ in aliqua ex ptibus solū sui corpis. Puta in cute ei⁹ aut carne vel ossibus ei⁹. Et sicut etiā est ī habēte stomachū debilē frigidū egrū naturalr̄. Necnō etiā in hn̄te lesionē ab vtero ꝛ mr̄ice sicut ī hn̄te sextū digitū aut tumorē gibbū. iij.

¶ Et in eo in quo apparet in aliqua etate ꝛ in aliquo ex tēporibus anni ꝛ nō in alijs: sicut humidus ī com-

plexione est debilis in pueritia: ꝛ postꝗ̄ actus fuerit est sanus ꝛ fortis. Et siccus ꝑ cōplexionē destruet viribus in autūno preter ꝙ in vere debilis efficiat. iiij.

¶ Cōseruatio quidē sanitatis est quoddā genus generale duas cōprehēdēs spēs ex operationibus medicine. Ex quibus est vna vt cū intēdet ad cōseruationē cōplexionis alicuius ꝙ ordinet ꝛ cibus ꝛ dieta similis. Sed cū intēdet trāslatio corporis eius a sua complexione fiat hmōi eo ꝙ cōtrarietur cōplexioni antedicte. Verū regimē sani simpliciter ꝛ absolute est ꝙ attēdat ad cōseruādū ipsi⁹ laudabilē dispositionē. v.

¶ Et moretur seu faciat residentiā suā in aliqua ex ciuitatibus quarti climatis que scʒ perfectū aerem habeāt ꝛ vaporē: ꝛ habeāt speculā versus heremū ꝛ siluam: et inspiciant etiam versus partem orientalem quia ipsa est subtilior. vi.

¶ Tempore vō estiuo declinet ad mōtes. Sitqʒ habitationis locus aptus a parte septētrionali. vij.

¶ In noctibus quoqʒ habitet et quiescat in superioribus locis et sedibus. In die vō descendat ad inferiores. viij.

¶ Caueat etiā ꝛ vitet pānos laneos: ꝛ de bombace: ꝛ condescēdat ad subtiles lineos. ix.

¶ Vtatur etiam aromaticis frigidis: sicut ex oleo rosaceo. x.

¶ Protegatqʒ oculos suos a puluere fumo vapore turbido ꝛ corrupto ꝛ a radio solis hora meridiei ꝛ feruoris: necnō ab occursu fortis caliditatis: nec etiā attente inspiciat figuras exiles ꝛ subtiliter intricatas: nec litterā minutā ꝛ subtilem. xi.

¶ Debeat autē ad minus quilibet comedere semel inter diē ꝛ noctem. ad plus bis. Mediū autē inter hoc est si comedatur ter in duobus diebus. xij.

¶ Prolōgetur etiam tempore refectionis: vt fiat cibi bona digestio: fiant etiam parue bucelle vt bene digerantur. xiij.

¶ Nam omne aliud quod cõtundere non poteris: erit apud te digestionis difficilis. xiiij.

¶ Attẽdatur etiã vt omne preter naturã ꝛ illaudabile curetur cũ cõtrario eius cõueniẽtis ꝑm cõplexionẽ ꝛ malitiã ipsius. xv.

¶ Sunt autẽ ꝗ̃plures cõplexiones inequales cũ malitia cibi rectificabiles. xvi.

¶ Utatur ergo eis homo ꝑm vsum ꝛ consuetudinem suam. Nec sunt appetitus nec delectatio cibi omittendi. xvij.

¶ Omnis nanqꝫ cõsuetudo subito ꝛ sine gradatione ablata: nocet ꝛ offendit illũ cuius est. xviij.

¶ Est aũt humidũ ꝛ lubricũ stiptico imponendũ. Estqꝫ sapor dulcis acetoso miscẽdus. Et siccũ cum humido rectificandũ. Et frigidũ cũ calido: ꝛ ecõtrario. Qꝫ si timeatur defedatio oleaginosi vel eius qđ est male digestionis ratione pinguedinis: addat̃ sal eis aut aliquid acutũ. nam hec iuuant ad subtiliandũ. xix.

¶ Post exercitiũ quoqꝫ est refectio facienda: ꝛ ipsum post ꝙ̃ exiuerit fex ab eo. xx.

¶ Est autẽ querẽdus locus trãquillus ꝛ frigidus ꝛ a vẽto euẽtatus ad laudabilẽ refrigerationẽ faciẽdã. Necnõ etiã tp̃s ꝛ hora frigida: vnde decet hoĩem esse attentũ in hoc regimine. xxi.

¶ Tempore quidẽ estiuo est cibi quãtitas minuenda. Estqꝫ tunc ad subtilitatẽ nutriẽtia declinandũ. Unde vitande sunt tũc carnes grosse. Et vtendum est oleribus ꝛ lactis speciebus. xxij.

¶ Et piscibus recẽtibus: hedo ꝛ agno mediocris etatis: ꝛ pullis gallinaceis ꝛ gallinis: carnibus quoqꝫ colũbaꝝ ꝛ coturnicum. xxiij.

¶ Sunt etiã ex cõferẽtibus tũc ex coriandro ꝛ agresta cõposita ꝛ satabeg ꝛ ceribat: xxiiij.

¶ Si quis ergo velit a morbis euadere diuidat regimen suum in tria: quoꝝ vnũ tribuatur aĩe: ꝛ aliud cibo: ꝛ aliud potui vel aque. xxv

¶ Et parum quidem aque frigide satiat te ꝛ sitim sedat: ad hoc tamē nō sufficeret multū tepide. xxvi.
¶ Non est autē aque potus frigide nimiū frequētandus: eo ꝙ neruis obsit. xxvij.
¶ Nō est etiā offerēdus potus aque niuis nisi pingui sanguineo multe carnis. xxviij.
¶ Est etiā vitādus potus aque in mensa nisi ratione adherentie ꝛ tardi descēsus bucelle. xxix.
¶ Non est etiā sumenda aqua cum cibo nec ingressu a balneo. xxx.
¶ Nec etiā post forte exercitiū ꝛ coitū: hoc enī est malum ꝛ illaudabile. xxxi.
¶ Si tamen quis ex modica tolerandi potētia sitim vrgeatur: sumat ex ea parū tm̄: scʒ ꝙ declinatio ꝛ impulsio cibi ad inferius stomachi compleatur: quatenus ibidem digeratur. Sumatur tamen ex aquis illa que sitim sedet ꝛ satiet: aut ex vino quod ꝛ quantū cōgruat ꝛ sufficiat. xxxij.
¶ Et si sumpta aqua ad satietatē aut vino sufficienti accidat sitis: vitentur potus eoꝝ: quoniam talis sitis est mendosa. xxxiij.
¶ Non est curādū de assumptione multi vini: debetqꝫ sufficere modicū cū est in vsu: nec est cōtinuādus omni die potus vini: nec est bibendus in ieiunio: nec etiā post sumptionē cibi subtilis vel acuti. Estqꝫ omni tpe vite nisi semel in mēse ebrietas euitāda. xxxiiij.
¶ Et bibat vinum aromaticū adiūcta sibi acetositate mali granati aut succo citonioꝝ ꝛ cucumeris: ille cui accidit ex potu vini dolor capitis supercalefactio ꝛ ebrietas: bibatqꝫ ipm̄ cū aqua mixtū. xxxv.
¶ Et dandū est in potu ei qui querulosus est ratione ventositatū in corpore suo existentiū vinū purū ꝛ citrinū: nam fortius ex eis congruit eis: amplius expedit etiā vt cū salsis cōiungatur. xxxvi.
¶ Tpe autē estiuo sumendū est vinū albū ꝛ aquosum eo ꝙ sit subtilitati et simplicitati ꝓpinquius: cui ad-

dantur acetosa: ⁊ super comedantur stiptica. xxxvij.
¶ Non prolongetur somnus: quoniam hoc obest anime. Nec etiam vigilie: quoniam inde debilitãtur sensus. xxxviij.
¶ Prolongatio veri somni congruit eis cuius cibus est indigestus: necnon super malitiam cibi non recipientis digestionem. xxxix.
¶ Sic nec est somnus ꝓlongãdus in ieiuno ⁊ tpe famis. Nam repletur caput fumo ⁊ vaporibus a fecibus ⁊ superfluitatibus eleuatis. xl.
¶ Est quoqꝫ immediate post cibũ vel comestionẽ dormiendũ accũbendo donec ad locum digestionis peruenerit cibus assumptus. xlj.
¶ Non est exercitandũ exercitio magno ⁊ forti: nec est tamen quiescendũ ꝙ omittatur omne exercitium: immo quidẽ est hoc vitandũ. xlij.
¶ Sunt ergo taliter mẽbra exercitãda ⁊ per exercitiũ adiuuanda ne colligatur qḋ timetur colligi in eis ex malis humoribus. xliij.
¶ Eundo vel clamãdo si volueris donec appareat velox ⁊ cita expiratio. xliiij.
¶ Macer antẽ ⁊ extenuatus non debet exercitari ne ipsius dissolutio amplius augeatur. xlv.
¶ Necnon debet exercitari pinguis et multe adipis axungie: et tamen accingendus si habuerit ventrem magnum. xlvi.
¶ Tempore ṽo estiuo est minuendum exercitium: cum tunc dissoluatur et subtilietur homo per sudorem. xlvij.
¶ Jam quidem retuli in capitulis theorice regimen eius: cuius corpus indiget euacuatione superflui: aut retẽtione cõtrarij addẽs huic qḋ mihi placuit. xlviij.
¶ Cõgruit quidẽ vsus omniũ ⁊ quoꝝ premisi relationẽ ꝫm qualitatẽ dictam in tpe estiuo supercalefato iuueni ⁊ ciuitatibus meridionalibus. xlix.
¶ Et tempore quidẽ hyemali est vtendum contrarijs

eis que retulimus vt obuietur et resistatur frigiditati ipsius. l.
¶ Vere quoque et autumno incedēdū est inter estatem et hyemem. lj.
¶ Congruitque regimen exiccatiuum in vere. Et humectatiuum in autūno. Unde fugienda est exiccatio in eodem. lij.
¶ Est aūt vtendū regimine cōuenienti tempore estiuo: et in fine veris: et in principio autumni. liij.
¶ Verū in principio veris et in fine autumni dz regimen cōformari regimini hyemis. Unde vtendum est tunc cibus calefacientibus. liiij.
¶ Regimen aūt eius cuius relatio dicta est congruit habitantibus et residentiā facientib9 in ciuitatibus et castris. Verum mercatores sunt regendi regimine iter agentium. lv.
¶ Et quidem vitanda nauigatio per mare in hyeme. Et volens nauigare debet assumere et colligere aquā multam et multa vasa munda. Cui preparāda et offerēda sunt cibaria humida. Vēter et natura eius est cū medicinis mollificāda. Unde si timeat vomitus colere euacuetur per secessum. Quibus pactis ingrediatur nauim. Et imponat secum succos acetosos et cum eis stipticos. lvj.
¶ Et ad vitādum defedātia et sordes pparet sibi mūdas vestes. lvij.
¶ Cum aūt in aliquo ex iter agentibus multiplicabūtur pediculi: quos nō possit interficere: lana cōtrita et mersa in oleo: in quo argentū viuum fuerit extinctū appēdatur vestibus eius donec videantur cadere pediculi ab eo. lviij.
¶ Iter autem agens per siccum regatur cū regimine frigoris. lix.
¶ Est ergo cauendū ne obuiet ei frigus: qm̄ perdetur ratione algoris et congelationis. lx.
¶ Et reficiat vsque ad saturitatē ne moriat fame. lxj.

¶ Et si fuerit infrigidatus ingrediatur balneum. Et vniatur cum habētibus corpa pinguia ꝛ carnosa. lxij.

¶ Et si caligent oculi eius: visusqꝫ ipsius disgregetur ex gelu: ponatur super faciem eius peplum nigrum. lxiij.

¶ Et eius extrema ꝓtegantur a frigore: ꝛ oleo fomētent: vñ inuoluantur pedes eius multis coopertorijs postq̄ sotulares calcientur. lxiiij.

¶ Unde si cessante dolore extremorum nō recuperēt sensuꝫ scito ea dissoluta ꝛ mortificata a frigore. Pro tāto tūc iugiter sunt fricāda ꝛ calefaciēda cū oleo de sinapi calefacto ꝛ cōsequēter fasciāda. lxv.

¶ Et si inde pedes fuerint nigri aut liuidi: scarificentur. Et si fuerit in eis putredo mundetur. Et si aliqd dissolutū fuerit abscindatur illud ab eis. lxvi.

¶ Qui vo inde lassitudinē īcurrerit curetur cū oleo. Et seruet regimē ꝛ dietā subtilē. Fricenturqꝫ ꝛ extendātur ipsius mēbra in balneo. Et requiescat cōsequēter aliquibus diebus. lxvij.

¶ Iter agens tempore estiuo ꝛ calido sic est regēdus vt. s. ꝓhibeatur ei ne aggrediatur iter suum hora estus ꝛ feruoris in meridie. Estqꝫ prio minuēdus ne supercalefaciat ex labore itineris. Pro tāto extrahatur sanguis ab eo in magna quantitate ꝛ sic efficietur securus ab apostemate. s. per flobothomiā. lxviij.

¶ Verū si colera ī eo dñetur educatur ab eodē: ꝛ sic sitis malitia alleuiabitur aut tolletur. Estqꝫ ante agressum itineris succis cōueniētibꝰ extinguēda: alia verēda est: ne calor ipsius periculo exponatur. lxix.

¶ Et fiat vt comedat aliquātulū ex herbis frigidis ꝛ simul saturetur aqua. Et quiescat cū poterit. Nec irascatur fortiter aliquatenus. Et moretur in locis vmbrosis. Et vitet seu dimittat clamorē ꝛ sermonē: necnon etiam bellū ꝛ iurgiū. Nec moretur in loco nimis calido. Et sumat ī potu sirupū ex succo vue acerbe cū succo portulace ꝛ aqua. lxx.

¶Et si sitiat in meridie teneat in ore suo pillulā vnā ad quantitatē lupini factā ex trociscis cāphore. Et si timeat ne facies alteretur a sole ⁊ nigrescat eius cutis: dissoluat seu liquefaciat rector ei⁹ oleū cū cera simul iuncta: ⁊ presertim in mulieribus. lxxi.
¶Custodiat taliter infans in vtero: ne cōtingat corpori eius aliquod nocumentum. lxxij.
¶Et eligat nutrix que cibabit ⁊ potabit eū vt sit boni nutrimenti apud eum. lxxiij.
¶Talis est etiā apponenda intentio super stomachū pregnantis ne contingat corruptio in desiderijs seu appetitibus. lxxiiij.
¶Rectificetur etiā sanguis ei⁹. Et ipsius superfluitates educant: ne infantes superfluitatibus offendant. Verꝫ si sanguis excitaret ī eis: minime tñ minuant. Sed vice predicte euacuatiōis infrigidetur sanguis seu eius feruor extinguatur. lxxv.
¶Si etiam flegma in ea excitetur: minime tñ euacuatur secessiuis: vtat nihilominus tunc cōiter subtiliantibus. lxxvi.
¶Cū aūt instabit tp̄s partus vtendū est partū facilē efficiētibus. Vñ fricent in balneo ex omni parte cū oleo ilia ipsius: ⁊ qđ cōiungitur vētri eius: vt sic nerui eius ⁊ musculi mollificentur: ne partus eius laboriosus efficiatur. lxxvij.
¶Unde vtatur oleo in cibis eius. Et sorbeat brodiū seu ius pingue. lxxviij.
¶Et ꝓtegat a clamore: saltu: timore: pugna: ⁊ percussione. Et in agone ⁊ violētia eius offerat ei decoctio dactiloꝝ ⁊ fenugreci. lxxix.
¶Expedit etiā vt in partu habeat obstetrix discreta q̄ circunscripta oī pusillanimitate trahat fortiter pedes eius ⁊ imprimat vētrē eius: caute tamen ⁊ discrete: postq̄ subito eam surgere fecerit. lxxx.
¶Et si fluat ex ea sanguis mult⁹ offerant in potu trocisci ex karabe. Si ꝓo ratione alicuius impedimenti

non egrediatur ab ea sanguis in conuenienti quan-
titate sumat in potu trociscos de myrrha. lxxxi.
¶ Et vtatur fumigijs dissolutis ex myrrha kytrã sa-
nina sulphure ꝛ colloquintida factis si secundina nõ
egrediatur. lxxxij.
¶ Est ergo nutrix eligẽda: sit mediocris etatis ꝛ car
nosa: non tñ laxe carnis per complexionẽ suã: appro
pinquans qualitati ꝛ temperiei: alti ꝛ erecti corporis
ꝛ magnaꝝ mãmillaꝝ: habens caput mũdũ ꝛ sanũ: ꝛ
oculos immunes ab omni nocumẽto intrinseco: ꝛ ꝙ
sit sana breuiter in mẽbris ꝛ iuncturis suis. lxxxiij.
¶ Et habeat multum lac cuius calor sit albus: nec sit
nimis subtile nec nimis grossum: ꝛ sit sapor eius dul-
cis sine horrore aliquo: sitq̃ꝫ coniunctum in partibus
ꝛ non fluidum. lxxxiiij.
¶ Congruit autem vt dulcibus pinguibus ꝛ piscibus
recentibus cũ oleo nutriatur. lxxxv.
¶ Ungatur ergo ꝛ liniaꝛ stipticis cũ fasciabiꝛ: donec
manifeste indureꝛ cutis eius ꝛ calefiat. Et ab humi-
ditatibus eius mundetur. Et mediocri ligatura fa-
scietur. lxxxvi.
¶ Nec est etiam ei lõgo tẽpore prohibendũ: quoniã
sup calefieret inde. lxxxvij.
¶ Suntq̃ꝫ tollenda ꝛ vitanda omnia ipsum ad irã ex
citãtia: ꝛ ipsius somnũ impedientia. Si enĩ velit quis
somnũ ꝓuocare ponaꝛ stratus ei⁹ capax ꝛ latus satis
in loco opaco. Et imponaꝛ papauer in cibis suis: si ex
ablatione somni seu vigiliarũ instãtia cõtingeret ei
aliquod nocumentum. lxxxviij.
¶ Utilius tñ eẽt multũ magisq̃ꝫ necessariũ ne alicui
infantiũ dareꝛ aliquid ad comedẽdũ excepto lacte so
lo donec habuerit dẽtes suos. lxxxix.
¶ Et cum surget a somno ꝛ excitabiꝛ nec exercitetur
ad vidẽduꝫ lucẽ: taliter etiã ꝙ inspiciat astra in celo:
videat etiam in die colores varios ꝛ diuersos: quate
nus in hoc exercitetur. xc.

¶ Et loquatur semper alte quicunq; aut quecunq; habebit accessum ad ipm cū voluerit quis ipm instruere ⁊ assuescere ad loquendum. xci.
¶ Et ponat mel in ore eius leniēdo ⁊ fricando ex eo palatū gingiuas ⁊ lingua eius. Et addatur cū eo aliquantulū thuris ⁊ liquiritie. xcij.
¶ Et puocet ei sternutatio quatenus ipsius nasi opillationes aperiant ⁊ mūdent: hoc enī rectificat ⁊ clarificat vocē suā oēs etiā sensus eius: ⁊ cū hoc dilatat pectus: ⁊ anhelitū bonū facit. xciij.
¶ Et vitet flobothomiā ⁊ farmaciā donec ad etatem adolescētie peruenerit. Nec resistat apostematiuario le seu exiture eidē cōtingēti cū attractione. xciiij.
¶ Licet cōualescētes ab egritudine sani existāt: eorū tamē corpora nō sunt fortia sed debilia: sicut sunt debiles immues a morbo quor virtutibus accidit fatigatio ⁊ sanguinis priuatio in eor corporibus. xcv.
¶ Si aūt macies ⁊ extenuatio corpor suor fuerit lōgi tpis ⁊ cronica reducant paulatim ad cōsuetudinē ppriā: nec fiat hoc subito ⁊ festināter. Si vo emacerati fuerint ⁊ extenuati in tpe breui reducant celeriter ad solita: est nihilominus gradatim regimē subtiliandū donec euasio corporis ipsor sit manifesta. xcvi.
¶ Detur ergo ei parū ex cibo qui tñ laudabilis sit virtutis ⁊ chimi. xcvij.
¶ Et sit in quiete ⁊ tanquillitate eo q eorum mēbra tenera sint ⁊ mollia. Rectificenturq; eorū anime bono consortio ⁊ laudabili sede. Et ministrentur ei aromata ⁊ omnes flores laudabilis odoris. Et gaudeāt ⁊ letentur ipsum. Ex hylarantibus rectificētur. Et vitet meditationem ⁊ tristitiam. Et ingrediatur tinas in balneo: nec tamen ibi diu sedeat. Et vngantur ibi membra eorum oleis conuenientibus: non tamē cum forti fricatione: nam hec efficiunt in eis colorem innaturalem. xcviij.
¶ Vires ⁊ virtutes senū retrocedūt omni die ⁊ etiā

minuuntur. xcix.
¶ Unde detur eis fortis cibus in parua quantitate
ſumptus: que ſcꝫ nō aggrauet membrum. c.
¶ Et ſi ea euacuantur nequaꝙ̄ colera educatur: ſed
potius dimittaẛ: cū ſit in eoꝝ corpibus medicina. ci.
¶ Nec ꝓhibeaẛ eis totaliter flobothomia ſi iam vſi
fuerint ea: immo minuatur etiā in hoc caſu ſexagena
rius ſi corpulētus fuerit ⁊ carnoſus bis in anno: nec
abducaẛ in hoc duobus anni temporibus. Prohibea
tur tamen ei omnino flobothomia ex cephalica: ⁊ ſic
erit eius regimē bene ordinatū. cij.
¶ Cū etiā peruenerit ad. lxx. annū minuaẛ ſemel in
anno: nec ſecūdeẛ in eo etiā in corpulentis. Nec etiā
extunc de mediana minuendus: ⁊ ſi fuit corpus eius
quaſi plenū: vnde cū ꝓceſſerit in etate amplius. v. an
nis minuaẛ bis de baſilica in duobus annis. ciij.
¶ Poſt hanc autē etatē eſt eis omnino flobothomia
ꝓhibenda. Nam obeſt multū ſenioribus ⁊ decrepitis.
Nec etiam ſunt eoꝝ apoſtemata mitiganda. Nec eſt
etiā attractio in apoſtematibus eoꝝ fortificāda. ciiij.
¶ Sūt nihilominus mūdificādi cū fricatione ⁊ ſudo
re: dētur ꝗ eis pingues: ſcꝫ ficus per interualla: ⁊ mū
dificenẛ etiā cū cibis mollificātibus. Deſtructio autē
eoꝝ cū medicinis eſt omnino ꝓhibēda. cv.
¶ Qui ergo patitur in aliquo tpe determinato: cure-
tur prius ꝙ̄ incurrat morbū. cvi.
¶ Et curetur cū cōtrario eius de quo conqueritur. Et
cōmuta tempus ꝓ tempore. cvij.
¶ Si ergo aliquis patiatur in aliquo ex mēbris ſuis
attēdatur ⁊ recipiatur cura eius ex his que colligam
in curis morborum: donec liberetur ⁊ mundetur ab
illo morbo. cviij.
¶ Et ſi appareat in alicuius corpore ſignum ſignifi-
cās ſuper morbū futurū: ꝓhibeaẛ attēte aduētus eiꝰ:
qm̄ occulta eſt cauſa in corpore eius. Jam autē retuli
quid ſignificet accidēs apparēs in corpore: ⁊ de qua

egritudine timendum sit ex eo. Unde attente curandum est de eo faciẽdo cessare causas eius ex his que retulimus in capitulo suo. cix.


Ostq̄ ergo seruaui cõtẽta sub genere cõseruationis sanitatis: nũc incipiã loqui de cura ipsius morbi. Et hoc quidem est vnũ ex generibus practice. Hoc autẽ fit obuiando ei cum suo cõtrario. Ut si fuerit morbi ex caliditate curetur cũ frigiditate ⁊ econuerso. Et si fuerit ex humiditate curetur cum siccitate ⁊ econuerso. i.

¶ Curetur ergo cerebri repletio cũ euacuatione: ⁊ sic fiat de mẽbris aliijs: ⁊ in patiẽte obturationẽ ex opillatione fiat apertio donec eius malitia fuerit rectificata: ⁊ lenitas corporis nociua exasperetur: ⁊ similiter asperitas leniatur. ij.

¶ Hic quidẽ faciam mentionẽ medicinarꝝ humores educentiũ per secessum. iij.

¶ Unde referã illã super quã dñatur aliqua cõpositio ⁊ habentẽ potentiã educẽdi aliquã humorẽ ⁊ habentẽ vim aperitiuã aut mollificatiuã ⁊ habentẽ potentiã vrendi vel putrefaciendi claudendi ⁊ opillatiuam operationis et attractiuã ⁊ exiccatiuã sanatiuã carnis generatiuã aut sigillatiuã ⁊ his similes in virtutibus secũdis ⁊ tertijs. iiij.

¶ Educit autẽ fortiter colerã rubeã scamonea cuius dosis est attractio vnius darhan vsq; ad vnum kirat. habet etiam potentiam super alios humores. Cuius quidem rectificatio fit cum citonijs ne ledat stomachum ⁊ epar. v.

¶ Detur autẽ ex aloe solidũ vnũ: ⁊ si fuit necesse duplicetur pondus illud in speciebus conuenientibus: ⁊ si detur multũ ex eo rectificetur cum bdellio gummi ⁊ dragaganto. vi.

¶ Et ex mirabolanis citrinis offeratur in potu. ℥. s. ⁊ tantundẽ offerat̃ de violis. Sic etiã fiat de medullis

cassiefistu. ⁊ tamarindis: ⁊ non amplius. vij.
¶ Dentur ad hoc dauic. ij. ex pulpa colloquintide mũde ⁊ rectificate cũ bdellio: ⁊ similiter fiat cũ cucumere amaro qđ est ei simile in hac operatione rectificato cũ põdere sui ex cõueniẽti ad hoc. viij.
¶ Detur autem. ʒ. v. ex salenitro ⁊ sale. nam expellũt flegma. Sed dẽtur ex turbith darhan. ij. Et cũ dabit̃ in potu ponatur in decoctione sequali. ix.
¶ Et det̃ ad minus ex agarico darhan. j. ⁊ quattuor ex granis. x.
¶ He quidem medicine educunt aquam citrinam scilicet pondus. ij. dauic laureole: ⁊ põdus vnius dauic euforbij nõ antiqui: tãtundẽ ex titimallo rectificato sicut rectificaui ipm aloem: ⁊ etiam põdus darhan. j. ex centaurea. xj.
¶ Detur ergo ĩ potu ex sene polipodio epithima mirabola. indis ⁊ etiã ex fumo terre ⁊ buglosa ẜm quãtitatem quam ex ea educere intenderis. vnde si equaliter ⁊ temperate eam velis educere da. ʒ. v. ⁊ ex lazulo darhan. v. ipse tamen est signanter periculosus et verendus. xij.
¶ Radix aũt veridica esset vt si posset fieri ministrar̃ semper vnica ⁊ simplex medicina in omni morbo donec ei⁹ operatio pãderetur. Fuit nihilominus necessaria ea cõpositio ꝓpter illud qđ nũc dicã. xiij.
¶ Scilicet ꝓpter morboꝝ compositionẽ adinuicẽ: ⁊ ꝓpter medicinaꝝ adequationẽ: ⁊ dulcorationẽ mali saporis ⁊ amaritudinẽ ipsaꝝ. Et adiuuãt eaꝝ trãsitũ si fuerit difficilis ⁊ tardus. Et rectificãt difficilẽ glutinationẽ ipsaꝝ ⁊ vẽtris solutionem. xiiij.
¶ Cum ergo fueris attentus in cõpositione solutiuarũ pone debitũ ordinẽ ⁊ numerũ eaꝝ in cõpositione. Accipe ergo cũ ꝓprijs dosibus ⁊ determinato numero medicinas solutiuas sicut volueris rectificatas ⁊ diuide cõsequenter certis portionibus doses eaꝝ: ⁊ detur in potu ex ea ẜm numerũ componentiũ ipsam:

⁊ sic fiat cū sic cōponentur qd̄ totum compositū pro-
pinetur: ⁊ sic composite seruētur necessitati tempore
oportuno. xv.
¶ Huiusmodi sunt mirta sumach berberis ⁊ fex fer-
ri mirabol'.acatia coralli ⁊ emblici lutū armenicū vel
terra ⁊ rumex seu arius. xvi.
¶ Et cuppe glandiū sanguis draconis gallia musca.
⁊ balaustia cū spodio mixta: ⁊ auellana indica ⁊ co-
riandrum siccum ⁊ folium cum plātagine. hec enim
stiptica sunt in actione sua. xvij.
¶ Et galle lapatium ribes berberis sunt frigida et
constrictiua. xviij.
¶ Scito ꝙ calefaciētes medicine ſm' ꝙ retulerūt: ⁊
expertū est: sunt cōdisi: thus: piper: cardamomū: ⁊ pi-
per longum. xix.
¶ Et cartamū menta squinantū ⁊ cinamomū ⁊ passe
montane.i. staphisagria ⁊ capparis. xx.
¶ Et cētonica vrtica ⁊ melissa storax ⁊ ambra. xxi.
¶ Et lignū aloes acorꝰ mellilotū cuscute ⁊ ʒiʒib. xxij.
Et gētiana: basilicō: peonia: lacca: ⁊ reubarb. xxiij.
¶ Et folium laudanū ⁊ bacce lauri ⁊ ameos. xxiiij.
¶ Et anetū ⁊ cataputia ⁊ alcāna rub. ⁊ myrrha. xxv.
¶ Prassium sagrapinū acorus ⁊ anisum. xxvi.
¶ Et carui ciminū ⁊ semen apij campestris. xxvij.
¶ Et spica capil. ve. satureia ⁊ darsaan. xxviij.
¶ Et cassialignea galanga celidonia ⁊ assa pix yso
pus ⁊ alchitran piretrum ⁊ balsamus. xxix.
¶ Et maiorana ⁊ papauer ru. celicerta calamus aro.
⁊ camomilla. xxx.
¶ Et nigella assafetida terbētina ⁊ sulphur amonia
cū sinapis inest alleū cubebe costum. xxxi.
¶ Omne aūt frigidū ⁊ calidū erit siccū vel molle seu
humidū. Et ex stipticitate quidē siccitas cognoscetur
Ex lenitate ꝟo humiditas. xxxij.
¶ Est autem apud medicos nota graduū diuersitas.
Nam immutatio ⁊ alteratio solo intellectu ⁊ ratione

percepta est in primo gradu. xxxiij.
¶ Omne autem cuius immutatio sensu pcipitur sine violētia hꝫ manifestā significationem quod fit ī gradu secundo. xxxiiij.
¶ Omne aūt quod sui violētivstione aut stupefactione seu narcoticatiōe corrumpit qđ īmutat exiuit a tēperie vsqꝫ ad.iiij. gradum. xxxv.
¶ Scito ꝙ in omni maturatiōe est viscositas cū dolore mediocri ꝛ tēperato ꝛ ꝓportionali cū calore membri in quo maturatio intēdiᵭ: cuiusmodi sunt adipes pix ꝛ gūmi pini ꝛ oleum cum cera simul mixta ꝛ oleuꝫ cum cera bene mixtum ꝛ agitatum ꝛ frumentum in oleo coctum. xxxvi.
¶ Omnis medicina mollificatiua est fortioris caloris ꝙ̄ sit mēbrū in quo mollificatio intendiᵭ: non tñ est tante virtutis ꝛ potentie: ꝙ sui dissolutione ꝛ subtiliatiōe manifesteᵭ in corpore nocumentū: cuiusmodi sunt galbanū bdelliū ammoniacū storax ꝛ medulla tibie ceruine. xxxvij.
¶ Indurātes quidē medicine sunt sicut solatrū lentigo vallorꝫ ꝛ similes his. xxxviij.
¶ Ois medicina opillatiua cuꝫ caliditate ꝛ siccitate expoliata manifesta: non mordificans mēbrū cui coniungiᵭ: ꝛ cū hoc terrestris est: aut viscosa. xxxix.
¶ Est aūt notū ꝙ ois medicina aperitiua incisiua est ꝛ subtiliatiua: cui⁹ sapor est salsus vel amarus: cuiusmodi sunt cepe marine ꝛ radix lilij ꝛ radix prouinche sal nitrū capparis ꝛ faba lupina. xl.
¶ Et stipticum quidem potest esse aperitiuum: nullo modo aperiet exterius applicatum: nihilominus ī potum assumptum opillationeꝫ aperiet in membris existentem. xli
¶ Medicina quidē mūdificatiua ꝛ abstersiua est minoris subtilitatis ꝙ̄ sit p̄cedens sicut fabe. Fortius tñ eis est dulce sicut mel ꝛ dulces amigdale. xlij.
¶ In omni quidē rarificatiōe ꝛ resolutiōe existit ca-

loꝛ tēperatus: ſicut eſt oleū cataputie ⁊ camomille ⁊ oleū radicū feniculi. xlij.
¶Omnis quidē medicina orificioꝝ venaꝝ aperitiua ⁊ mūdificatiua eſt habēs caloꝛem mixtū cū groſſitie: cuiuſmodi ſunt allea cepe ⁊ fella. xliij.
¶Quicquid confert ad obturandum ⁊ conſtringendū meatus debet eſſe ſtipticum ⁊ moꝛdicatione priuatum. xlv.
¶Omnis medicina vſtiua eſt magni ⁊ foꝛtis caloꝛis ⁊ inultimate groſſitiei. xlvi.
¶Omnis medicina putrefactiua eſt perfecte caliditatis ⁊ ſubtilis ſubſtātie. xlvij.
¶Medicine aūt carnis diminutiue ſunt debilioꝛes pꝛedictis. Sed ſigillatiue vlcerum abſterſiue ſunt et deſiccatiue. xlviij.
¶Medicina q̄ a tota ſpecie attrahit humoꝛē ſeu humiditatē aliquam eſt bezaar ⁊ medicine laxatiue ſeu eductiue. xlix.
¶Omnis aūt actio medicine attrahētis rōne qualitatis note fit a coloꝛe ipſiꝰ naturali ⁊ ſubtilitatis ſubſtātie: cuiuſmodi ſunt ammoniacū bdelliū: aut a putrefaciēte ſicut in egeſtionibus ⁊ ſtercoꝛibus. l.
¶Bezaar aut cōfert cū ſuperat: aut rōne q̄litatis cōuertētis ⁊ īmutātis: ant ex ſui natura ſiue ex pꝛopꝛia: aut eo etiā qḋ cōfert educēdo ꝑ modū qualitatis neceſſitatis a veneno. Uſus aūt harum hoc eſt tpe ſanitatis: ideoq̄ʒ qui vtitur frequēter eis incurrit inde nocumentum. lj.
¶Hec medicina calida eſt ⁊ aperitiua ⁊ mollificatitiua. Ex ea etiā eſt que ſtupefaciēdo cōfert ſicut opiū ⁊ cetere narcotice. lij.
¶Poſt relationē quidē pꝛedictoꝝ reperietur relatio tertiaꝝ virtutū ſuꝑ his que cōtingunt ⁊ generant ex quibus eſt cōminutio lapidis in renibus: que quidē fit ex omni eo qḋ diſſoluit incidit ſubtiliat ⁊ mollificat: dum tamen caloꝛem non habeat manifeſtum:

cuiusmodi sunt radix asparagi: ꝛ radix arūdinis: ꝛ vitrum vstum: ꝛ passe mōtane.i.staphisagria. liij.

¶ Et similes istis habentes.s.aliquam caliditatem ꝛ humiditatem: faciunt egredi quod est in pectore per screatum. liiij.

¶ Que etiam sunt temperate caliditatis generant lac. lv.

¶ Et oīs medicina iuuās screatū ꝓuocat dū auctā ī habuit caliditatē: preter ꝙ forti⁹ exiccet. lvi.

¶ Et he q̄dē oēs ꝓuocant vrinā: acute tñ sunt in hoc certiores ꝛ magis cōuenientes. lvij.

¶ Post ꝙ ergo rettuli vires ꝛ virtutes cōplexionum medicinarū: incipiā nūc referre modos medicaminū ꝛ antidotoꝝ. Referam ergo oēs modos eaꝝ quibus vtunt medici tam in interius assumptis ꝙ in exteri⁹ applicatis. Et sunt velut decoctiones pillule sirupus loc linimēta cerata ablutiones fomētatiōes fricationes stuffe vel pirria balnea trocisci electuaria suppositoria licinia clysteria stille seu stillicilia iniectiones magdaleones dentifricia sternutatoria acciatoria siringa emplastra ꝛ vnguenta pulueres oculoꝝ ꝛ finapisma ꝛ sunt caputpurgia collíria nastallia decoctio colatura opiate ꝛ fumigia ꝑ traiectoriū ꝛ sine fricatoria sacellatiōes infusiōes trazee cōfectiones. lviij.

¶ Omnis morbus quē sumus relaturi existit vniuersaliter in toto corpore: aut specialiter in aliquo ex mēbris eius. Qui si fuerit sine materia erit q̄dez cū complexioni sue/suo cōtrario eius cura. lix.

¶ Discernitur aūt morbus repleti corporis a morbo predicto sumēdo experientiā ab eo per inuestigationē artificialē: si.s.nō assit cū eo aliq̄d ex signis super repletionē corporis significantibus. lx.

¶ Si autē cōtingat nocumētū ex operatione in cura morbi: erit q̄dē medicamē simile.s.morbo ī cōplexione. Et recipiet iuuamētū ex eo ꝙ cōtrariat cause efficienti corruptionē ꝛ morbū seu egritudinē. lxi.

¶ Potest etiã sumi significatio super morbũ ex sensu tactus ꝛ debilitate operationis. lxij.
¶ Et etiã ex eo qđ apparet ex illaudabilibus ẜm species ꝛ modos suos. Et etiã ex eo ꝙ videtur de superfluitatibus exeuntibus. lxiij.
¶ Si ergo patiẽtis vrine fuerint sine hypostasi ꝛ residẽtijs: ꝛ pulsus inequalis: nequaꝗ̃ ex repletione patietur: sed morbus eius reponetur potius sub genere morbi inanientis ꝛ consumptiui. lxiiij.
¶ Et si dolor sit in aliquo loco specialiter significabit super passionẽ illius loci. lxv.
¶ Sumitur etiaꝫ significatio super ipsum ex etate ꝛ complexione corporis ꝛ ipsius colore ꝛ quattuor anni temporibus ꝛ eorum constitutionibus ꝛ ipsius propria habitatione ꝛ ciuitatibus eius ꝛ ex eo qđ precessit de regimine ꝓprio. ex his em̃ fit iuuamentũ super cognitionẽ ꝛ precognitionẽ morbi. lxvi.
¶ Si ergo corp⁹ patiat̃ de caliditate ledet̃ q̃dẽ ab oĩ calido: ꝛ tactu calidũ reperiet̃: eritq; ei⁹ vrina rubea ꝛ pulsus inquietus cum siti ꝛ labore seu angustia ꝛ vigiliaꝝ instãtia: cũ motu inordinato ꝛ habitudine extenuata: ꝛ colore citrino: ꝛ habitatione meridionalis ciuitatis: ꝛ etate iuuenili: ꝛ discursu eoꝝ q̃ calorẽ efficiũt. Pro tãto curet̃ cũ infrigidãtib⁹ febrẽ vrẽtẽ ꝛ oẽ qđ laborẽ infert curãtibus. Et sit cibus eius ẜm quãtitatem virtutis ꝛ quantitatẽ eius quod apparebit ex appetitu ipsius. lxvij.
¶ Si vo ex mala cõplexione frigida patiat̃ constat ꝙ infrigidãtia oberũt ei: ꝛ oĩa calida ꝓderũt eidem. Eius etiã frigiditas percipiet̃ sensu tact⁹: ꝛ color ei⁹ signãter albus reperietur: pulsus tardus. Nec patietur sitim: nec vigiliaꝝ instantiã. Q; si pateretur non tamen inde molestaretur. Et si cum colore albo assit lassitas et mollities corporis: etas senectutis: ꝛ locus quem inhabitat fuerit septẽtrionalis: et tempus anni hyems: ꝛ vsus fuerit in preterito infrigidantibus

erit quidem significatio certa super isto. Pro tanto si medicetur ⁊ curetur in aliquo curetur cum calefacientibus. Et breuiter intēdatur in cura eius ſm curam qua curatur spasmus. lxviij.

¶ Hic quidē duo morbi nō priuantur altero ex duobus. Unde si fuerit morbus siccus videbis patientē siccum. Et si fuerit humidus videbis patientē latum ⁊ spongiosum. lxix.

¶ Humidū ergo exiccetur subtiliter: siue fuerit cum caliditate: siue cū frigiditate. Et siccū cū sibi cōtrario rectificet. Et in oibus sunt prius auferēde cause efficiētes si fiat recta curatio. lxx.

¶ Cū ergo erit morbus ex repletione: nequaꝙ curabitur nisi per euacuationē. lxxi.

¶ In oī euacuatione sunt. x. obseruāda: que si nō possint seruari: reguleť tū quātitas et mēsureť ſm exigētiā eoꝝ. Quoꝝ primū est laudabilis dispositio accidētiū. Et scōm vt sint de repletione. Et tertiū etas a iuuentute vsqꝫ ad senectutē. Et quartū cōsuetudo euacuādi. Et quintū cōsistētia ꝟtutis. Et sextū tp̄s veris vel autūni. Et septimū ꝙ locus quē inhabitat equalis sit in oib⁹ ⁊ tēperatus. Octauū silr tp̄s pn̄s. Et nonū ꝙ patientis cōpositio sit calida ⁊ humida. Et decimū vt corp⁹ bone habitudinis sit ⁊ bene carnosum. lxxij.

¶ Cum ratione eius qd̄ gn̄atū est in aliquo ex mēbris corporis volueris ip̄m trahere abinde trahe ip̄m per euacuationē ab ip̄o mēbro: aut per attractionē ip̄ius solū ad alia mēbra cōtraria: siue eis equipollētia. Et interdū fiet eius attractio ad mēbrū: habēs colligantia cū mēbro patiente. Et sic fiat attractio cum ventosis positis super māmillas in cōstrictione mēstruorum matricis. lxxiij.

¶ Iam quidē premisimus signa repletionis ⁊ medicinas eductiuas. lxxiiij.

¶ Galienus q̄dē aperiebat venā ⁊ sanguinē minuebat cū erat chimus auctus ⁊ magnificatus. lxxv.

¶ Fiat igitur minutio sanguinis in corpore apparẽtibus signis: ⁊ potissime cũ apostemate: seruatis cōditionibus istis. Nō aũt in aliis humoribus. lxxvi.

¶ Fiat ergo flobothomia in his que intellexit ĩ hoc tractatu et in morbis illis etiam in quibus ipse fecit eam. lxxvii.

¶ Inchoetur ergo a flobothomia in omni flegmone habito testimonio certo super ipso. lxxviii.

¶ Fiat ergo siue sit in capite interius vel exteriꝰ nec nō etiã in tali facto in iũcturis: fiat etiã in apostemate facto sub auribus ⁊ obtalmia oculoꝝ ⁊ apostematibus lingue meri gingiuaꝝ ⁊ squinãtie: ⁊ in apostematibus intestinoꝝ ⁊ cruriũ ⁊ splenis: testiculoꝝ renũ ⁊ vesice: necnon in apostemate matricis ⁊ vmbilici et iussarri ⁊ aliis speciebus rubedinis. lxxix.

¶ Fiat etiã in vlceribus capitis ⁊ oculoꝝ ⁊ rubigine auriũ scabiosa. lxxx.

¶ Est etiã facienda in volatilibus vlceribus pulmonis ⁊ oris ⁊ rasuris ⁊ excoriationibus. lxxxi.

¶ Et fiat in passione intestinorum: cũ tamen cõstabit de notitia ipsorum: ⁊ cum erit in eis carnis augmentum innaturale. lxxxii.

¶ Est etiã faciẽda in variola vbicũq; fiat ⁊ scabie humida: postq̄ fuerit notum ⁊ manifestũ sicut in variola oris ⁊ oculorum: et siue in variola in hypocundriis generata. lxxxiii.

¶ Est ergo faciẽda in repletione venarum ⁊ egressu sanguinis ab eis: sicut in fluxu sanguinis nariũ: ⁊ in manãte a dẽtibus ⁊ gingiuis: ⁊ etiam in egrediẽte ab auribus et ab ore matricis et in emorroidibus ani et menstruoꝝ ⁊ in sanie rubicũda. lxxxiiii.

¶ Fiat etiã ĩ dolore capitis ꝟtigine ⁊ fetore oris: nec nō in dolore dẽtiũ ⁊ casu capilloꝝ seu alopitia. lxxxv.

¶ Est etiã in mẽbri dissolutione ⁊ spermatis egressu vel expulsione ⁊ dolore artuũ ⁊ reumate. lxxxvi.

¶ Cõpetit etiã in epilepsia ⁊ in zebel vngue ⁊ moro:

necnon etiam casu ⁊ ablatione appetitus. lxxxvij.
¶ Et etiā vena est incidenda in passionibus ani ⁊ sedis anchax sciatica ⁊ dolore stomachi. lxxxviij.
¶ Sic etiam in dolore epatis pungitiuo ⁊ in opillationibus eius. lxxxix.
¶ Intendatur ergo cum regimine ⁊ cura horū morborū sicut in cura ⁊ regimine sinochi cum eductione colere rubee: post flobothomiam ⁊ vsum ciborum infrigidātiū ⁊ fuga calefacientiū: ⁊ ꝙ sanguinē auget ⁊ magnificat: ⁊ qd eis affertur declinet ad stipticitatem: ⁊ ꝓpinentur eis acetosa. xc.
¶ Sumantur autem signa super hanc passionē significantia ex capitulo sanguinis dominium significantiū. Et in summa declinare ad infrigidationē ⁊ exiccationem est actus medici expediti ⁊ ingeniosi. xcj.
¶ Morbi qui ex colera rubea generantur sunt sicut vlcera in lubricitate intestinox contingentia ⁊ permixtio rationis: suffocatio matricis: tertiana: sciatica: ⁊ fluxus sanguinis per secessum. xcij.
¶ De tertiana iam fecimus mentionem in his que precesserunt. Et in summa febris est calor extraneus per totum corpus dispersus nocens operationibus suis. xciij.
¶ Et tussis ⁊ dolor capitis ⁊ apostema qd ꝑm latum ⁊ longum in corpore dispergitur. xciiij.
¶ Et fortis ⁊ acutus dolor aurium: ⁊ multitudo scabiei palpebrarum. xcv.
¶ Et vlcera ⁊ apostemata in iuncturis ⁊ dolor pūgitiuus ⁊ mordicatiuus in eisdē ⁊ fissura digitorum et panaritium vnguium: ⁊ macule apparentes in corpore lentibus similes: ⁊ morbus cum citrinitate dentiū ⁊ vesice dolor fortis. xcvj.
¶ Et amor herenos et fluxus sanguinis et apostema existens in extremitate oculi et citrinitas cutis et variola. xcvij.
¶ Et macule subtiles et nigre et opillationes epatis

ꝛ apostema matricis ꝛ pleuresis ꝛ casus ꝛ ablatio appetitus. xcviij.
¶ Et vertigo ꝛ fissura labiorum ꝛ dolor vue et fortis fluxus ventris. xcix.
¶ Et vlcus quod dilatatur ꝛ dubailet ꝛ tumor existēs in ano. c.
¶ Et pruritus ꝛ variola aut formica: ꝛ herisipilla et pulmonis vlcera. ci.
¶ In cura quidē horū est sicut in cura febris tertiane ꝓcedendū. Educatur ergo colera absqꝫ flobothomia: et attēdatur ad infrigidationē ipsorum sicut in morbis sanguineis. Uerum morbi colerici specialiter humectentur. Nam predicti ambo morbi vniuocātur et cōueniunt in caliditate: necnon etiam in omni eo ꝙ per eā inferetur patiētibus nocumentū. Sumantur autē signa super hos morbos significantia ex capitulo signorum dominiū colere significantium. cij.
¶ Omnis ꝗdez morb⁹ ex humore flegmatico generatus est sicut apostema tumidū ꝛ laxū paralisis ꝛ relaxatio dolor capitis de frigida ꝛ epilepsia. ciij.
¶ Et sicut scabies magna ꝛ grossa ꝛ ipsius cōstipatio ꝛ retētio ꝛ tumores colli.i.glandule: ꝛ squāme capitis ꝛ obliuio ꝛ dolor auriū de frigida: ꝛ borat ꝛ macula alba seu morphea ꝛ apoplexia tussis sicca ꝛ tortura oris. ciiij.
¶ Et sicut elephātia pedū casus appetitus ꝛ pediculi ꝛ tumor ani ꝛ anchaꝝ ꝛ aqua oculoꝝ ꝛ ipsoruꝫ dilatatio ꝛ fetor ascellarum. cv.
¶ Et ex passionibus vētris sicut lubricitas intestinorum ꝛ vermes. cvi.
¶ Uermes etiam ex humore flegmatico generant ꝛ difficultas part⁹ ꝛ secūdine ꝛ retētio in eodē. cvij.
¶ Et dolor renum ꝛ febris quotidiana ꝛ frigiditas splenis ꝛ epatis ꝛ egressus seu eminentia vmbilici ꝛ passio cū egestione saniei. cviij.
¶ Et dolor artuum ꝛ nigredo corporis et viror cutis

⁊ superficiei aut ipsius fuscedo et morbus hydropi-
cus sicut vterina carnosa ⁊ tympanites. cix.
¶ Procedendū est in cura huius speciei sicut ꝓcedit
in cura cōplexionis frigide ⁊ humide. Super cuius
cōplexione vtendū est signis positis in capitulo de si
gnis dominiū humoris flegmatici significātib⁹. Est
q̄ꝫ vtendum in euacuatione hoꝝ morboꝝ eo q̄d retu-
limus in cura per quā euacuat flegmaticus humor.
Estq̄ꝫ cōsequēter vtendū in his corporibus his q̄ cor
pus calefaciunt ⁊ exiccant ⁊ cibo calido et subtili. Et
in summa curentur calefacientibus intus ⁊ exterius
sicut fit in paralisi cum pillulis fetidis et similibus
eductiuis. cx.
¶ Omnis morbus ex colera nigra generatus in cor-
pore est sicut verruca ⁊ febris q̄rtana emorroide epi-
lepsia polipus ⁊ spasmus. cxi.
¶ Et dolor ventris ⁊ cancer ⁊ morphea ⁊ dolor capi
tis ⁊ vigiliarum instantia. cxij.
¶ Et apostema durum ⁊ lepra ⁊ quod ex cibo in cor-
poribus corrumpitur ⁊ tussis sicca ⁊ splenis durities
⁊ vētositas. cxiij.
¶ Et melancholica passio in capite ⁊ retentio vrine
in ea. cxiiij.
¶ Et passio colica alopitia et morsus canis rabi-
di. cxv.
¶ Ut fic⁹ ⁊ lac coagulatū ī corpe ⁊ algor epatis. cxvi.
¶ Et caninus appetitus ⁊ rimulatio seu ruptura ī an
chis facta: ⁊ lapis factus in renibus ⁊ vesica: ⁊ tumor
anchaꝝ dolorosus: ⁊ tumor in duobus lateribus seu
hypocūdrijs fact⁹: necnō etiā tumor in capite aurib⁹
palpebris ⁊ pedibus generatus. cxvij.
¶ Procedat in hac specie morborum ꝑm q̄ ꝓceditur
in cura ⁊ regimine lepre. Accipiātur q̄ꝫ signa sup ip-
sam ex capitulo signoꝝ dn̄ium melācholie significā
tiū. Euacuētur ergo cū epithimo vel polipodio ⁊ cum
alijs que retuli. Si aūt vtat quis calefaciētibus ⁊ hu-

mectantibus ꝓſperabūt ipſius opera in eiſdē. xviij.


Oſtq̄ iam perfeci primum regimen curationis: incipiam nunc in operatione manuali. Ex qua faciam primum regimē in venis magnis ⁊ paruis. Et ſecundum faciam in carne. Et tertiū in oſſe. i.

¶ Ex genere venarum ſunt quedā quas aperimus: ⁊ quedam quas ligamus ⁊ in parte ſcindimus ⁊ ſequeſtramus. ij.

¶ Eſt autem mediana aperienda in omni morbo capitis ⁊ pectoris ſicut in apoſtemate ipſius. iij.

¶ Et cephalica ſuperior aperiēda eſt in forti dolore capitis ⁊ fluxu ſanguinis narium. iiij.

¶ E inferior in medicatiōe nocumētoꝝ pectori ⁊ pulmoni cōtingentiū. v.

¶ Et que dicunt̄ almerina ab arabis ī malitia morborum ſplenis ⁊ epatis. vi.

¶ Et in abſentia baſilice dꝫ funis brachij apiri. vij.

¶ Vene quoqꝫ tympanoꝝ ſunt in cōtinuo dolorum ipſorum aperiende. viij.

¶ Et exiſtens poſt aures in emigranea ⁊ antiquo vlcere capitis. ix.

¶ Sed que ſunt in ambabus oculorū extremitatibus in morbis eorum aperiantur. x.

¶ Et minuat̄ exiſtēs in ſupremo capitis in vlceribus ⁊ apoſtematibus ſeu puſtulis in ſuꝑficie ⁊ cute eius generatis. Vene aūt colli ſunt in lepra aperiēde. xi.

¶ Et vena frontis eſt aperienda in paſſionibus oculi: ⁊ in cōtinuo dolore capitis: ⁊ tinea. Aperiatur etiā in parte poſteriori exiſtens in continuo dolore capitis: ⁊ exiſtens inter nares meatus naſi ratione puſtule ſeu variole faciei: exiſtens ſub lingua in ſquinantia. xij.

¶ Et aperiatur vena cauille in morbis inteſtinorum ſub vmbilico exiſtētiū. Et ſaphena exiſtens in tibijs in morbo crurium. xiij.

¶ Et minuatur sciatica in sciatica: ⁊ vena pedis in accidentibus eius. xiiij.

¶ Vene quoq; pulsatiles sunt in dolore capitis incidende ⁊ sequestrande: ⁊ in dolore oculi cum etiam timuerit ex violentia morbi ex fluxu ⁊ descensu aque ad locum. xv.

¶ Cum etiam generabitur apostema: ex apertione ipsius preter ꝙ fluat sanguis ex ipsius superficie incidemus ⁊ sequestrabim⁹ eā vel cauterizabimus ipsaȝ aut siquis maluerit minuatur aut omnino abscindať ⁊ sistatur fluxus sanguinis ab ea cū ligatura vel cauterio: deinde curetur cum medicinis quibus vulnera curantur: donec sanitati fuerit restitutus. xvi.

¶ Ex operibus autem in carne facienda sunt scarificatio: incisio: et cauterizatio. Sunt ex scarificationibus quedam quibus fluit sanguis a superficie cum ventosis: ⁊ hoc corporibus patientibus vlcera ⁊ variolas. xvij.

¶ Ponimus autem ventosas sine scarificatione ī eo in quo intendimus solum euulsionem ⁊ diuersionem materie. xviij.

¶ Et interdū coniungimus eas vacuas: ⁊ interdum cum cocto vrente ad consumendum illius loci ventositates ⁊ ad rectificandum membrorum malitiam cum caliditate. xix.

¶ Quod scinditur ab ea est sicut claui ⁊ altezar. xx.

¶ Et omne qđ superfluit ⁊ putrefit in extremitatib⁹ sicut basbeia nasi: ⁊ digitus superfluus aut inseparabiliter cōiunctus: ⁊ cōiūctio palpebrarū. xxi.

¶ Et vuea eminens: ⁊ preputium claudēs cannalem virge. xxij.

¶ Et caro in vlcere innaturaliter aucta ⁊ putrefacta: ⁊ vlcus ex cōtusione putrefactū. xxiij.

¶ Est etiam abscindendū quod innaturaliter augeť in lingua: ⁊ qđ cadet in auribus. xxiiij.

¶ Est etiam caro incidenda super vitium in membro

fixum ꝛ profundatū: spinam aut festucam vt inde pre
dicta extrahantur. māme etiā hominū abscindantur
ꝛ varices in tibijs apparentes. xxv.
¶ Et bosissar ꝛ nosissar. xxvi.
¶ Et ꝙ fuerit iam denigratū ex pinguedine aut pu-
trefactum ex carne. xxvij.
¶ Et etiā omne illud quo elōgatur vulua: al's vuula.
Et omne qđ augetur super gingiuas. xxviij.
¶ Abscindatur etiam caro vene madan. Et omne qđ
nobis aures claudit ꝛ obturat. xxix.
¶ Et omne qđ existit super visum ꝛ velat ipsum. Et
quod denigratur in nobis ex preputio. Et qđ claudit
anū: ꝛ tussea: ꝛ satera: ꝛ tussar: ꝛ habēs: al's nō habēs
sexū manifestū: ꝛ ruptura vmbilici. xxx.
¶ Et vulnus quod cōtingit ex omni eo qđ scindit vni
uersaliter: cura cum sutura. Et omne membrū vulne-
ratum consolidando ipsum. xxxi.
¶ Omne corpus cauterizatur ad sistendum emoro-
fagiā sanguinis a vena pulsatili aut apertione vene
magne fatigāte medicum in sistendo fluxum sangui-
nis ab ea. xxxij.
¶ Fit etiā in corporibus humidis ad exiccandū ea: et
in carnibus laxis ad indurandū eas ꝛ ad calefacien-
dum corpora infrigidata: necnon ad tollendū humi-
ditates egredientes a natura. xxxiij.
¶ Utimur quacunqꝫ perforatione ad extrahendum
humiditatem nociuam sicut saniem quam sic extrahi
mus ab apostemate: et sanguinem alicubi corruptū:
et aquam ab oculo vel grandinem: et aquam a capi-
te et nodum. xxxiiij.
¶ Et sicut in Hydrope et Hernia aquosa et carno-
sa. xxxv.
¶ Quicquid fit per operationem in osse est sicut in
fractura aut dislocatione ipsius. Curabimus autem
quancunqꝫ fracturam cum cōsolidatione ipsius ꝛ re-
ductione ipsius fracture in osse donec inde ad ꝓpriū

sitū reducatur ⁊ ablatione cuiuscūq₃ pūgentis ⁊ mordicātis ip̄z: ⁊ ligatura manu facte q̄ neq₃ laborē neq₃ molestiā inferat. s. nō minus forti aut debili. Inchoetur au̅t fasciatio in medio ipsius ⁊ fortificet̄ strictura super amplius ⁊ ligetur: ⁊ superaddātur puluilli ⁊ desuper astelle coniunctim. xxxvi.

¶ Subtiliabimus quoq₃ dietā eius a principio ⁊ in fine ingrossabimus eā quaten⁹ bene restauret̄. xxxvij.


¶ Est au̅t cauendu̅ a principio ne apostema calidum generet̄ diuertēdo ⁊ attrahendo ad locu̅ fracture qd̄ infunditur ex sanguine toto posse: ⁊ ꝓhibēdo fluxum eius cu̅ omni frigido cōpetēti: ⁊ ꝓhidendo donec curatus fuerit motu̅ patienti. Cura enim eius sine lōga quiete non perficitur. xxxviij.

¶ Cura au̅t dislocationis est cum eo qd̄ trahit ipsum os dislocatum donec ipsum ad locum propriu̅ redire faciat. xxxix.

¶ Po₃q̄ au̅t reductu̅ fuerit sic ligetur stricte ⁊ stet sic quāto tp̄e dicemus. Et vescat̄ stipticis medicinis. Et comedat patiēs cibos acetosos: donec fuerit securus ab apostemate: nec timeat̄ de collectione sanguinis. Cōtinuetur au̅t cura ista ad minus per mensem vnu̅ ⁊ interdu̅ amplius per decē dies. Jam ego perfeci curā omniu̅ morboꝝ. Et exnunc abscindā sermonē meu̅ ex quo iam perfeci libru̅ istum. xl.

¶ Expliciunt cantica Auicenne.

¶ Hoc opus impressum fuit Lugd̄. per Gilbertu̅ de villiers. Impensis honesti viri Bartholomei Trot. Anno dn̄i Millesimo quingētesimo decimoquarto. Die. xxviij. Nouembris.



viticella · i · momordica oleu ex cortice
vitis granorum valet fragmis aliis balsamita